






V.S.S.C.
136



XVIIII

VITAE PATRVM,

IN VSVM MINISTRORVM VERBI, QVOAD EIVS fieri potuit repurgatæ.

PER D. GEORGIVM MAIOREM.

CVM PRÆFATIONE D. DOCTORIS MART. LVTH.



VVitebergæ,

1562.

M. Nicol. S[illegible]

D: MARTINVS LV-
ther, pio lectori salutem.



NTER CAE-
tera Satanici fu-
roris opera hoc
non minimũ est,
quod historias,
seu quas uocant,
Legendas Sanctorum, quam
plurimas aboleuerit, Et quas
extare passus est (haud dubie
non uolens) ita corruperit fa-
bulis stultis et impijs mendaci
is, ut ueri multo sint similiores
& utiliores gentium quædam
fabulæ. Tantũ est odium Ser-
pentis cõtra semen mulieris &
Ecclesiam Christi, ut etiã post
mortem persequatur memori-

am Sanctorum, ne uel eorum egregia dicta & facta uiuentibus salutari exemplo uel cõsolationi esse possent, Hinc illud mali uenit, ut nec Apostolorũ historias, quas maxime oportuit, fideles et puras habeamus, nisi quantum ex Luca, Eusebio, et alijs quibusdam relictũ est, Cætera desiderantur & optantur frustra.

Nam et in ipsa vrbe Roma nescitur, ubi sint Apostolorum Petri et Pauli capita et corpora cum integris suis historijs. Etsi Pontifices quotannis ostẽtent stultis populis duo lignea et factitia capita Petri et Pauli. Quæ sinunt & credi volunt vulgo esse ipsa natiua crania

Petri

Petri et Pauli, Et super eo Altari ubi condita sunt, consecrãt Episcoporum pallia, iactantes desuper capitibus Apostolorum ea mitti, ut Decretales loquuntur, incredibili perfidia et insanissima mentiendi libidine orbem fallentes, ad gloriam et honorem Diaboli patris mendaciorum, cuius sunt ministri. Idem faciunt cum fallaci illa Veronicæ tabula, Quam cum sciant esse nihil & inanem, tamen magna pompa ostentant pro imagine saluatoris impressa sudario (ut uocant) Sed pannis ita uelatam, ut nemo quicquam uidere posit, nec ipsi qui ostentant. Quis enim uideat id quod nihil est? Sed quid mul-

ta? Ipsa quondam Vrbs tempore martyrum, sanctissima, & totius Ecclesiæ locus unus in orbe terrarum omnium præclariss. post, ut & nunc est impudentissimis mēdacijs & stultissimis fabulis, conuiuentibus scilicet Pontificibus impijs & sceleratis, unus omnium refertissimus per omnes angulos, Et plane Sentina omnium turpitudinum & uitiorum, scilicet impletum est Diaboli tam dirum uotum, in quod semper hiauit, ut ex optima Ecclesia sibi faceret Satanicam speluncā Latronum horrendissimam & sterquilinium prorsus inexpurgabile.

Quod si Romam ausus est

tam

tam fœde cõſpurcare, permit
tente ira Dei, noſtra ingratitu
dine cogente, quam Chriſtu
maximo Spiritus ſui impetu
purgauit, ſicut ſcriptum eſt,
Conquaſſabit caput terrarum
multarum, Pſalm. cix. Quid
rogo in aliјs partibus orbis
(quantum potuit furor eius)
nobis purum & ſyncerum re-
linqueret? Hinc mundus ple-
nus eſt impietate, Idolatria, cul
tibus, fabulis & legendis ſan-
ctorum, miſsis prophanis, &
quis omnia ſcandala numeret
Ipſam uide ſcripturam & Sa
cramenta Dei, quod generibu
et ſpeciebus hæreſium et erro
rum tentauit prorſus perdere
nec hodie in hac re minus fur

quam antea ſemper. Ea malitia quoq; imprimis appetiuit hũc Librum celeberrimum, quem VITAS patrum appellat orbis totus Eccleſiæ.

Sed hic prius referam ipſius S. Hieronymi ſententiam, quæ eſt in Epiſtola eius ad Cteſiphontem contra Pelagianos. Euagrius, inquit, ponticus Hyperborita qui ſcribit ad Virgines, ſcribit ad Monachos, edidit librũ et ſententias περὶ ἀπαθείας, quam nos impaſſibilitatem uel imperturbationem poſſumus dicere, quandò nunquam animus ullo perturbationis uitio commouetur; & (ut ſimpliciter dicam) uel ſaxum uel Deus eſt. Huius libros per orientem Græ-

Græcos,& interpretante disci pulo eius Ruffino, Latinos pleriq; in occidente lectitant. Qui Librũ quoq; scripsit quasi de Monachis, multosq; in eo enumerat qui nunquam fuerunt, et quos fuisse scribit, Origenistas, et ab Episcopis damnatos esse nõ dubium est, Ammonium uidelicet et Eusebium & Euthimium & ipsum Euagrium. Or quoq; et Isidorum et multos alios, quos enumerare tedium est, Et iuxta illud Lucretij.

Ac ueluti pueris absynthia tetra medentes.
Cum dare conantur, prius oras pocula circum,
Contingunt dulci mellis flauoq; liquore.

Ita ille unũ Iohannem in ipsius libri principio posuit, quem

& Catholicum & sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem cęteros (quos posuerat) Hæreticos, Ecclesiæ introduceret &c. Reliqua tu ipse lege Lector, dura certe de Ruffino & Eusebio Cæsariensi, si uera est narratio.

His uerbis uidetur S. Hieronymus hunc Librum nominare, et plane uelut digito monstrare. Qui si tempore illo sic fuit corruptus & confusus Liber, quid & quantum putas post illa tempora accesserit fabularum & mendatiorum? Qualia illa sũt de Martino, Euphrosyna, Simone super Columna, & similia multa, quæ partim Poetica sunt, quibus uaniloqui

niloqui homines Stoicas illas Apathias voluerunt in Ecclesia superatas videri, quas tamē nullus Stoicus vnquam uidit neq; sensit, partim prorsus impudentissima figmenta, quibus irrisa est Ecclesia in suis ueris miraculis.

Sed id obseruandum est in uerbis S. Hieronymi, qui damnat in isto genere Monachorum, tantum eos qui Pelagiani et Origenistæ fuerunt. Et cum negari non posit, multos fuisse eiusdem nominis, quorum alij Hæretici, alij Orthodoxi fuerint, fit ista confusio, ut nescias, quis, qualis fuerit. Nam si vniuersum Monachorum genus (ut illo tempore fuit) damnes

ipsum

ipsum S. Hieronymum imprimis damnabis, qui non solum laudauit plus nimio hoc uitæ genus, ut uides in Antonio, Paulo, Hilarione, Malcho, Sed ipse quoque factus est urbe relicta Monachus, satis periculoso exemplo multorum.

Fuit istius seculi mos, si mos uocari potest tantus furor Sathanæ, ut inciperēt magno impetu agere, quod Paulus prædixit. 1. Timoth. iiij. Prohibentium nubere et cibis abstinere &c. Quasi nulli possent esse Christiani, nisi cœlibes essent et Stoicis dogmatibus satisfacerent, ita ut etiam ipsius Hieronymi libri opus habeant acris iudicij Lectore, ubi nuptijs ini-

quissi-

quissimus est, et secundas, si licuisset, prostibulis comparasset. Sed reuocauit et correxit eũ postea Episcoporum fidelium ministerium, qui Pelagianos et Origenis errores (quem prius nõ dubitauerat scribere, Magistrum Ecclesiarum post Apostolos) damnauerunt.

Quæ cum ita se habeant, ut Liber iste VITAS patrum opus habeat seueriore censura, postquam sunt omnia fanda, nefanda malo permixta furore ut nescias, quæ Ruffini, quæ Hieronymi uel aliorũ, deinde quę Hieronymi certa sunt, quo spiritu hæc uel illa scripserit, Impuli et uix perpuli precibus D. Georgiũ Maiorem, ut hoc onus

onus ſeligendi et purgandi om
nia ſuſciperet, haud dubie mo-
leſtiſsimum. Sunt enim in eo
Libro, ut & in Hieronymo,
multa egregiè dicta & facta,
quæ ut fragmenta Euangelicæ
menſæ colligere oportet, &
non abijcere: cum iſtis ſordi-
bus, quas alij imprudentes mi-
ſcuerunt, uelut illæ diræ uolu-
cres apud Vergilium dapes
AEneæ fedauerunt.

Non eſt autem difficile inter-
noſcere & diſcernere utri ſint
probandi. Pelagiani enim &
Origeniſtæ urgent Stoicas
Apathias & neſcio quas perfe-
ctiones uitæ. Qua in re etiam
Auguſtino fecerũt negocium.
Cęterum de gratia, fide, remiſ-
ſione

sione peccatorum et ueris magnalibus Dei, quo etiã infans, ut Isaias dicit, uincit mortem, peccatum, infernum, satis modeste susurrant et leniter, ne dicam, in totum silent, suas autem Stoicas Apathias ambabus buccis inflant. Contra Orthodoxi, media & regia uia incedentes, uec peccatis indulgent, nec perfectiones sibi arrogant, sed peccatoribus pœnitẽtibus & credentibus remissionem peccatorum, gratiam, uitam et salutem tribuunt. Quæ opera, ut sunt ipsius Dei & CHRISTI Domini nostri, ita sunt abscondita sapientibus istis & intelligentibus. Quis est enim inter eos qui uideat paruulum baptisatum,

tiſatum, eſſe Dominum & uictorem peccati, mortis & Diaboli? Sed obliti iamdudum ſui Babtiſmatis, eundem inuadũt hoſtem ſuis proprijs uiribus ſuperandum, id eſt, Diabolum, peccatum, mortem, quem debebant agnoſcere uictum eis eſſe in ſuo Baptiſmate, id eſt, in Chriſto, ſemine mulieris. Hæc

eſto Regula quæ fuit &
erit in ſecula. DEO
laus & gloria,

AMEN.



Egregia

EGREGIA PIETATE & doctrina præditio D. M. Gregorio Iostelio, Pastori & Superattendenti in VVeissensehe, oppido Turingiæ amico suo

GEORGIVS MAIOR. S. D.



AGNA PARS HOminum eodem consilio Ecclesiæ historias, & prophanas legunt. Exempla morum esse iudicant proposita ut recte facta imitemur, fugiamus contraria, quod honeste facta laudentur et plerunq; exitus habeant placidos, econtra uero iniuste facta uituperentur & plerumq; tragicis calamitatibus puniantur. Nec uero negandum est prodesse moribus has imagines uitæ undecunq; sumptas. Admonent enim Lectores de humanæ naturæ imbecillitate, & de fortunæ inconstantia, easq; ob causas hortantur ut frenum

iniiciamus

inijciamus cupiditatibus, moderemur impetus, nec discedamus à morum Regula, nec indulgentes libidini, iracundiæ, aut alijs prauis adfectibus, ea faciamus, quæ pœnæ & fatali lege, & hominum iudicijs comitantur.

Etsi autem in bona natura plus ualet hæc commonefactio, tamen adsentior omnis generis historias mediocribus ingenijs proponendas esse, easq; multum conducere, ad flectendos animos ad moderationem, ut credibile est Augustum, colligentem animo Tyrannos omnium ætatum & eorum exitus, magis coluisse iusticiam, ac repreßisse iracundiam, quæ in Imperij fastigio fulmen esse dicitur. Sed historiæ quæ sunt Ecclesiæ propriæ, quanquam et ipsæ morum exempla proponunt, tamen de rebus alijs maioribus Lectorem commonefaciunt. Et ut iam de ea parte loquar, quæ uitas piorum continet, in hac quinq; gradus sunt, quorum consideratio, tum ad erudiendos, tum ad confirmandos Lectores conducit.

Primum in singulis pijs doctrinæ genus quæratur, ut in Prophetis & Apostolis quid possessi sint, quid docuerint, multo prius quærendum est, quam quales fuerint domestici mores, qualis uestitus, quæ priuata exercitia. Sic deinceps cum legimus in Ecclesia, qui Doctores Apostolis successerint,

rint, qui puritatem doctrinæ retinuerint, horum testimonijs magnopere confirmamur, ut cum legimus Gregorij Neocesariensis ac Irenei & aliorum uetustißimorum testimonia de filio DEI, et de Spiritu sancto, ualde confirmamur, præsertim cum ostendant, se certis testibus hanc sententiam ab Apostolis accepisse. Profeßio igitur doctrinæ primum spectetur, quæ quidem præcipue pios ab impostoribus discernit. Magno animo adijt supplicium Polycarpus, et perferre cruciatus maluit, quam à uera sententia deficere. Hac constantia confirmauit cæteros, præsertim cum in ipso supplicio, miraquædam facta ostenderint, Deum adesse suis in hoc ipso agone. Sed tamen plus mihi Polycarpi historia prodest, cum lego quid sentiret de filio Dei, deq; cæteris doctrinæ articulis. Nam exempla constantiæ etiam aliæ multæ historiæ suppeditant. Doctrinæ testimonia rariora sunt. Et inter Martyres multi dißimiles, multi prauis opinionibus polluti, supplicijs adfecti sunt. Doctrina igitur quærenda est. Nam ut scripsit Apollinaris: Vbi non est Christi ueritas, ibi nec ueritas est Martyrij.

Secundo. Postquam inspeximus doctrinam, miracula considerentur, quæ Deus edidit, ut testaretur se adesse Ecclesiæ, ac exaudire inuocantes, & hos ipsos se inter membra Ecclesiæ, tanquam recte sentientes, complecti,

Tertio. Etsi multa sunt prouidentiæ testimonia in hac natura, quæ ostendunt non casu regi naturam, ut certitudo motuum cœlestium, discrimen honestorum & turpium in mente humana, pœnæ atrociorum scelerum in Politijs, tamen euidentissime conspicitur DEI præsentia in piorum liberationibus. Adflictiones igitur & certamina eorum considerentur. Hæc confirmant nos curæ esse Deo, & exaudire inuocantes. Saul ornatus erat à Deo ingentibus uictorijs, quæ quidem & salutares fuerunt populo Dei. Quid potest autem cogitari gloriosius, quàm gerere res magnas ac difficiles ad Ecclesiæ defensionem? Lapsus, postea non solum armis uictus est, Sed quia non redijt ad Deum, æterna morte oppressus est. At Dauid & si admiserat exemplum plane Tyrannicum, rapta uiri Principis coniuge, & marito arte necato, tamen pulsus in exilium, agnoscit culpam, perfert pœnam, & intelligit non esse cumulanda priora scelera, maioribus flagitijs, desperatione & contumelijs Dei, sed redeundum esse ad Deum, petendam ueniam. Itaq; rursus exauditur, & in regnum diuinitus reducitur. In talibus historijs & pœnæ & liberationes mirandæ præsentiam Dei toti generi humano monstrant. At necesse est hæc testimonia de præsentia DEI in Ecclesia illustriora esse

ra esse, quam ubi ignota est uera doctrina. Ideoq; enim Deus uocat Ecclesiam, ut se ibi patefaciat, & hanc nominat suum domicilium & regnum.

Exercetur Ecclesia semper multis ingentibus periculis, ut omnium temporum historiæ declarant, & seruatur tamen, ac tandem inter confessionem & inuocationem eluctatur, ut adpareat inuocationem non esse irritam. Hæc cum in toto corpore, tum uero in singulis consideranda sunt, iuxta illud Psalmi dictum: Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum. Hæc enim exempla ideo Deus proponit, ut nos ad inuocationem exuscitet, ut discamus acquiescere in ipso, & ipsum uere statuamus nobis præsidio esse, nec esse inane murmur precationem, ut Ethnici sine fide recitant βαττολογίας, nec acquiescere in Deo possunt, non enim audiri se certò statuunt, ut ille in Creta statuam Iouis sculpserat sine auribus, dubitationem humanam significans.

Quarto in pijs uocatio & munera uocationum diuersa, & priuati mores spectentur. Apostoli inermes toto orbe terrarum circumtulerunt Euangelium, at Prophetæ suam politiam rexerunt, gubernarunt belli & pacis consilia. Fuerunt enim dißimiles uocationes. Et suum quisq; munus intelligat, ne in imitatione accidat κακοζηλία.

 Ipsorum

Ipſorum etiam Prophetarum uocationes diſſimiles fuerunt. Samuel, Eliſeus, Eſaias præliantur. At Ieremias nouo & contrario modo ſeruat Eccleſiam, ſuadens deditionem & migrationem tam diuturnam, ut poſt tantum interuallum reſtitui Rempub. incredibile uideretur. Hæc omnia ſignificant Eccleſiam regi non humanis conſilijs, ſed mirabiliter caſtigari, ac mirabiliter rurſus excitari. Vitandæ igitur πολυπραγμοσύναι, & uidendum quod noſtrum ſit officium, in eo præſtanda eſt fides, & hæc prudentia ut neceſſaria faciamus, curioſa uero conſilia de incertis commodis aut incommodis relinquantur.

Hanc regulam & has metas intelligere, & ſequi, ſapientia eſt neceſſaria & ſalutaris. Vetus eſt illud ἱππικῷ ἱππεύειν ἔδαν καὶ ἀοιδὸς ἀείδειν. Nunc equites ſibi iudicium de dogmatibus, de Eccleſiæ gubernatione ſumunt, Et ſæpe doctores equitum munera, hoc eſt, conſilia belli & pacis regere conantur. Hæ confuſiones uocationum, ſæpe pernicioſæ ſunt Eccleſiæ & Imperijs.

Quinto, Ceremoniæ & domeſtica exercitia ut lectiones, precum recitatio, temperantia in uictu, ſedulitas in laboribus, & ſimiles Pædagogiæ ſpectentur. Hi gradus omnes in Eccleſiæ hiſtorijs requirantur, ac præcipue priores quatuor qui

in hiſto-

in historijs, quas Prophetæ & Apostoli scripse=runt, accurate recitantur, ut in Dauide legis ipsius doctrinam, miracula, quæ testantur eum regi diuinitus ac Deo placere. Legis & ærumnas eius, & mirandas liberationes, ut exemplum nos moneat, pios exerceri ingentibus adflictionibus, labi interdum, & rursus ad Deum confugientes ac inuocantes recipi et exaudiri. Postremo uides quibus officijs Deo seruiat, scilicet muneribus uocationis, militando, & domi iudicia ac disciplinam regendo. Et hæc sunt fœlicia, donec manet inter metas uocationis. Sed cum labitur πολυπραγμοσύνῃ numeraturus populum, consilio ut uidetur politico, ut ordine certiore exercituum instituto, humana diligentia muniret Rempub. magnas dat curiositatis pœnas. De his quatuor gradibus historia Dauidis copiosior est, de quinto, de ceremonijs & priuatis exercitijs, non multa narrat, etsi longe sunt infra superiores illos gradus, tamen non prorsus aspernanda sunt, cum sunt Progymnasmata maiorum uirtutum, ut Dauidem legimus didicisse Musicen, & in choro ante arcam fœderis inter Musicos fidibus & cantu celebrare Deum. Ac tunc quidem Musica, ut uetus Poetica, multas disciplinas complectebatur. Nam historiæ carminibus comprehendebantur, ut uere inquit Lucanus.

O sacer & magnus uatum labor, omnia fato
Eripis & donas populis mortalibus æuum.

Multa & de natura rerum obiter discenda erant. Quare adolescentia eius certis lectionibus, precationibus & alijs exercitijs dedita fuit. Sed hæc ut dixi sint Progymnasmata maiorum uirtutum. Non consumatur tota ætas in solis Ceremonijs, nec sint plura πάρεργα τῶν ἔργων. Hæc præfanda esse huic libro duxi, qui Titulum habet satis splendidum, VITÆ patrum. Nam Prophetas & Apostolos potius agnoscamus esse patres, ut eos uox diuina nobis commendat. Hi Monachi fortasse Pædagogi dici possunt, quia aliquid de priuatis exercitijs & ceremonijs docent. De rebus grauioribus in hac historia fere silentium est. Deinde cur Vitas inscripserunt, cum non doctrinam, non uocationis officia, non certamina narrent, quæ sunt in uita magnorum uirorum in Ecclesia precipue spectanda, sed domesticas ceremonias? Quanquam autem tenuis historia est, tamen extare eam non est inutile. Prodest enim pijs & recte institutis in doctrina Christiana uidere, quam facile à puritate Euangelij, ad ceremonias humanæ mentes delabantur.

Postquam Antonius & Paulus exempla proposuerant deserendæ uitæ ciuilis, admiratio nouæ

& in-

& inusitatæ rei, quæ speciem uirtutis habebat, multos ad imitationem inuitauit. Et raro est fœlix imitatio. Fieri potest, ut aliqui recte instituti ac tenentes fundamentum, id est, fidei iusticiam, postea hoc uitæ genus tanquam ἀδιάφορον, sui studij aut exercitij causa secuti sint, ut Antonius & aliqui prudentes. Sed alij innumerabiles, offusa hac specie Ceremoniarum, obliti sunt fidei iusticiam, & hanc Monasticam disciplinam dixerunt esse iusticiam & eximios Dei cultus. Hoc ipsum interdum monent eruditiores narrationes in his historijs. Antonio monstratur in oppido Sutor, maritus, quærens uictum familiæ sua arte, credens in Christum. Huius sutoris similem esse narratio Antonium inquit.

Quid quod in tantis exercitibus Eremitarum, & hominum indoctorum, multos fuisse, consentaneum est, in quibus ocium, solitudo, neglectio doctrinæ, magna uitia aluerunt, fuisse flammas libidinum ipsi fatentur. Vtile est autem ad tuendam castitatem, in magna honestorum hominum frequentia uersari, uereri honestorum oculos et iudicia, audire de magna uarietate negociorum uitæ, honestos sermones, occupatum esse cura discendi aut administrandi mandata negocia. Certe solitudo & ocium, confirmant libidinum incendia.

Quid igitur accidit postea in monasterijs, postquam ad ocium, solitudinem, inscitiam accesserunt delitiæ & luxus?

Qui igitur hanc historiam legent, sint antea præmuniti Euangelij cognitione, & adferant rectum & pium iudicium de omnibus partibus uitæ Christianæ, uideant quæ sint Analoga fidei, quæ econtra sint superstitiosa. Interdum autem offerunt se dicta aut exempla, quæ prudenti et pio Lectori prodesse possunt. Cum autem extarent antea hi Libelli, confuse editi, & adpareret paßim ab impostoribus insertas esse fabellas, quæ ad deridendam Christianam promißionem confictæ uidentur, uir clarißimus ac reuerendus D. Doctor Martinus Lutherus, quem & propter publica, & propter priuata beneficia ingentia, tanquam patrem & amo & ueneror, cum in familiaribus sermonibus, de omnibus Ecclesiæ temporibus loquens, ut solet, interdum etiam aliquid ex his historijs recitet, mihi hoc negocium dedit, ut hunc librum recognoscerem, & fabellas alicubi quarum manifesta est uanitas, delerem. Huius uoluntati non duxi repugnandum esse. Relecta hac historia, distinxi narrationes, ut expeditius legi poßint. Ne uero in alieno Libro nimis seuere uti censura uiderer, pauciora sustuli quam uelit Lector seuerior, ac peto ut laborem meum studiosi boni consulant. Etsi

Etsi autem Concionatores ex ueris fontibus haurire doctrinam necesse est, hoc est, ex Prophetarum & Apostolorum scriptis, et res longè maiores proponendæ sunt, quàm quales hic Liber continet, tamen prudens doctor interdum adspergere dictum aut exemplum aliquod etiam, ex hac historia electum, potest. Interdum enim, collatio horum exemplorum aliquid lucis addit doctrinæ Euangelij, interdum ualent ad excitandos animos, ut bono doctori opus est, magna supellectile rerum, sententiarum, & exemplorum. Sed iudicium & delectus adhibeatur & sciat Concionator, quid, quibus doctrinæ locis ferè congruat, quid non congruat, ac studeat res utiles illustrare, nec prætextu antiquitatis, ut multi faciunt, errores stabiliat. Hunc uero laborem, pro tuo erga me studio ac obseruantia, & meo erga te amore, mi carissime Gregori, tibi dicare uolui, Bene uale VVitebergæ Calendis Ianuarij.

Anno 1544.

Prologus

PROLOGVS SANcti Hieronymi in vitas Patrum.



ENEDICTVS Deus qui uult omnes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, qui etiam nostrum iter direxerat ad Aegyptum, & ostendit nobis mirabilia magna ad posteritatis memoriam profutura, ex quibus non solum nobis causa salutis oriretur: uerum & historia salutaris atque ad doctrinam pietatis aptißima conderetur, quae uirtutis iter agere uolentibus, gestorum praecedentium fide amplißimum tramitem pandat. Quamuis ad tantarum rerum narrationem minus idonei simus, nec dignum uideatur ingentium rerum exiguos ac paruos fieri auctores: praecelsasq; uirtutes humili narrare sermone, tamen quoniam fratrum caritas eorum qui in monte sancto olineti commanent, hoc à nobis frequenter exposcit: ut Aegyptiorum Monachorum uitam, uirtutesq; animi, & cultum pietatis atq; abstinentiae robur, quod

quod in eis coram uidimus explicemus: precibus ipsorum, qui hoc imperant, adiuuandum me credens, aggrediar, non tam ex stilo laudem requirens, quam ex narratione rerum ædificationem futuram legentibus sperans: dum gestorum unusquisq; inflammatus exemplis, horrescere quidem seculi illecebras, sectari uero quietem: & ad pietatis inuitatur exercitia.

Vidi ergo & uerè uidi thesaurum Christi in humanis absconditum uasculis: quenq; thesaurum repertum nolui tanquam inuidus occultare: sed quasi pro multis inuentum proferre in medium, et facere communem: certus quod quanto plures ex eo fuerint ditati: tanto mihi amplius acquireretur. Ego enim locupletior fiam cum aliorum salus ministerij mei fuerit quæsita mercimonio. In principio ergo narrationis nostræ adesse nobis precamur gratiam domini nostri Iesu Christi: cuius uirtute omnia hæc pietatis exercitia apud Aegypti Monachos habentur.

Vidimus enim apud eos multos patres cœlestem uitam in terra positos agentes, & nouos quosdam Prophetas tàm uirtutibus animi, quàm uaticinandi officio suscitatos: quibus ad testmionium meritorum nec signorum quidem ac prodigiorum

orum deerat efficacia, & merito. Cur enim qui nihil terrenum, nihil carnale cupiunt, non accipiant cœlestem potestatem? Nonnullos namq; eorum ita ab omni malitia & cogitatione & suspitione uidimus alienos, ut nec si aliquid mali adhuc gereretur in seculo meminissent. Tanta in eis erat tranquillitas animi, tantusq; inoleuerat eis bonitatis affectus: ut merito de eis dictum sit: Pax multa diligentibus nomen tuum Domine.

Commanent autem per heremum dispersi & separati cellulis: sed caritate connexi. Ob hoc autem dirimuntur habitaculis, ut silentij sui quietem & intentionem mentis, diuina sectantes nec uox aliqua, nec occursus ullus: aut sermo aliquis ociosus obturbet. Intentis ergo in suo quisq; loco animis, uelut boni partes, Christi expectant aduentum, aut tanquam miles paratus in castris, Imperatoris præsentiam, uel ut fideles serui aduentantem dominum sustinent: libertatem sibi pariter et munera largiturum. Omnes ergo hi nullam cibi, aut indumenti, aut ullius horum sollicitudinem gerunt. Sciunt enim quia scriptum est: Hæc omnia gentes cogitant: ipsi uero iusticiam & regnum Dei requirunt, & hæc omnia secundum promissionem saluatoris apponuntur eis.

Deniq;

Deniq; eorum plurimi forte si in aliquo necessarijs ad usus corporis eguerint, non ad humana profugia, sed ad Deum uersi: & ab ipso tanquam à patre poscentes, quæ poposcerint ilico consequuntur. Tanta nanq; in eis fides est: quæ etiam montibus ut transferantur: ualeat imperare. Vnde et nonnulli eorum irruptiones fluuij in perniciem uicinarum regionum concitatas, orationibus represserunt. Et pede incedentes aluei eius profunda digreßi sunt, immanesq; eius bestias peremerunt. Et plurima atq; immensa signa, quæ à Prophetis & Apostolis antiquitus gesta fuerant, consumarunt, ut dubitari non debeat, ipsorum meritis adhuc stare mundum. Sed illud ualde mirum est, cum semper optima queque rara sint & difficilia, in illis tamen utrumq; pariter conuenisse, ut & numero immensi sint, & uirtutibus incomparabiles. Sunt enim & alij in suburbanis locis, alij per rura, plures autem & egregij per heremum dispersi: & uelut quidam cœlestis exercitus in procinctu positus, atq; in tabernaculis degens, ad obedienntiam præceptorum regi semper intentus, armis orationum pugnans, & scuto fidei ab inimico insidiante protectus, regnum sibi cœleste conquirunt.

Sunt

Sunt ergo ornati moribus, quieti, lenes, tranquilli, & caritatis uinculis uelut quadam germanitate constricti. Ad emulationem uero uirtutum, certamen ingens exercent & agones. Studet enim unusquisq; clementior altero, benignior: hic humilior, ille patientior inueniri. Si quis autem sapientior cæteris fuerit: hic ita communis erga omnes & mediocris existit: ut secundum mandatum Domini omnium minimus & omnium seruus esse uideatur. Quia ergo Dei munere donatum mihi est: & uidere eos: & interesse conuersationi eorum: & de singulis iam nunc quæ ad memoriam Dominus reduxerit enarrare tentabo: ut hi qui non uiderunt eos in corpore: opera eorum discentes, uitamq; eorum perfectam lectionis indicio colligentes: ad emulationem sancti operis inuitentur, et perfectæ patientiæ palmam requirant.

EXPLICIT PROLOGVS.

INCIPIT NARRATIO de sancto Ioanne Aegyptio hæremita.

uide Cath. l. 4 c. 24 (uide et Surium tom. 2. fol. 257. b.) Pri-

PRIMVM IGITVR TANQVAM uere fundamentum nostri operis ad exemplum bonorum omnium sumamus Aegyptium Ioannem, qui uere etiam solus satis superq; sufficiat, religiosas & Deo deuotas mentes ad uirtutum culmen erigere, & ad perfectionis uestigia concitare. Hunc enim uidimus in Thebaidis partibus in heremo, quae adiacet ciuitati Lyto, in rupe quadam montis ardui commanentem. Ascensus ad eum difficilis, aditus monasterij eius obstructus & clausus, ita ut à quadragesimo aetatis suae anno, usq; ad nonagesimum, quem tunc gerebat, cum eum uidimus, monasterium eius nullus intrauerit. Aduenientibus uero per fenestram se uidendum praebebat, & inde eis uel uerbum Dei ad aedificationem, uel siqua fuissent, consolationis responsa reddebat. Mulierum tamen illuc nulla nec ad conspectum quidem eius accessit, sed & uiri raro, & certis quibusdam temporibus.

Vixit sub Theodosio Imperatore.

Cellam sane hospitalem extrinsecus fieri permisit, in qua aduentantes è longinquis regionibus paululum requiescerent, ipse uero intrinsecus solus soli Deo uacans, non diebus, non noctibus à colloquijs Dei & oratione cessabat, diuinum illud & quod super omnem mentem est, tota men-

tis pu-

tis puritate consectans. Quanto enim se ab humanis curis & colloquijs sequestrabat, tanto illi uicinior & propinquior Deus erat.

In tanta deniq; mentis suæ sinceritate profecerat, ut non solum eorum quæ erant, scientiam consequeretur à Domino, uerum & eorum, quæ futura erant, præscientiam mereretur. Euidenter namq; ei Dominus prophetiæ gratiam contulit, ita ut non tantum ciuibus & prouincialibus suis, si forte percunctarentur, futura prediceret, Sed & Imperatori Theodosio, uel quos belli exhibitus habiturus esset, uel quibus modis uictoriam caperet de Tyrannis, sed & quod irruptiones passurus esset gentium barbararum, sæpe prædixerit.

Ioannes Aegyptius Propheta.

Nicepho: li: 12. ca: 39.

Quodam etiam tempore cum gens Aethiopum Romanum militem circa Cyrenen, quæ prima est ex Aethiopiæ partibus, Thebaidis ciuitas, incursaret, & strages plurimas nostrorum dedisset, prædamq; duxisset, uenienti ad se Romano duci, & metuenti confligere cum eis, eò quòd exiguus ei erat militum numerus, & hostilis contra se innumera multitudo, Ioannes statutum designans diem, perge, inquit, securus, die enim qua dixi, & hostem prosternes, & spolia capies, predamq; reuocabis. Quod cum fuisset impletum, etiam

etiam apud Augustum, quia carus acceptusq́; futurus esset, prædixit. Hæc apud illum Prophetiæ gratia habebatur, ut magis hoc illorum qui percunctabantur, quàm suis meritis ascriberet. Dicebat enim, non pro se hæc, sed pro illis qui audiunt, à Domino prænunciari.

Aliud quoq; per eum mirum ualde Dominus ostendit. Tribunus quidam ad agendum militem pergens, uenit ad eum, & obsecrare eum cœpit, ut permitteret etiam coniugem suam uenire ad se. Multa nanq; eam dicebat pertulisse pericula ob hoc tantum, ut faciem eius uideret. Tunc ille negat sibi unquam moris fuisse uidendi mulieres, & præcipue ex quo in illius rupis se monasterio conclusisset. Tribunus persistit obsecrando & confirmando, quod nisi uideret eum, esset sine dubio in multa tristicia peritura. Cunq; iterum ac sæpius eadem precaretur, & causam mortis eum suæ coniugis confirmaret futurum, atq; inde interitum, unde salutem sperauerat, accepturam, tunc fidem & importunitatem eius aspiciens senior, uade, inquit, uidebit me coniunx tua hac nocte, non tamen ueniet huc, sed in domo sua atq; in lecto suo manebit. Post hæc uerba abscedit uir ambiguitatem responsi in pectore suo uersans. Cunq; hæc

Meminit Augustinus de cura pro mortuis gerenda.

Ioannes apparet in somnis mulieri.

etiam coniugi nunciasset, simili modo nihilominus etiam mulier sermonis incerto fatigabatur. Sed ubi somni tempus aduenit, adest homo Dei per „ uisum, & adsistens mulieri, fides (inquit) tua ma„ gna est ò mulier, & ideo ueni desiderio tuo satis„ facere, te tamen moneo, non ut faciem corpora„ lem seruorum desideres Dei, sed ut gesta & actus „ per spiritum contempleris. Spiritus enim est qui „ uiuificat, nam caro non prodest quicquam. Ego „ autem non quasi iustus aut Propheta, ut putas, sed „ pro fide uestra intercessi pro uobis apud Deum, et „ concessit tibi omnium morborum, quos in corpore „ tuo pateris sanitatem. Eris ergo ex hoc sana, & „ tu & uir tuus, & benedicetur domus uestra. Sed „ & uos memores estote beneficij à Deo uobis col„ lati, & timete Dominum semper, nec amplius „ quam stipendijs uestris debetur aliquid requiratis. „ Sufficiat ergo tibi hoc quod uides me in somnis, „ & amplius non requiras. Euigilans autem muli„ er indicauit uiro suo quæ uiderat quæq; audierat, sed & habitum uiri & uultum atq; omnia signa eius exposuit. Super quæ admiratus uir eius, regressus ad hominem Dei gratias refert, & accepta ab eo benedictione, perrexit in pace.

Alio quodam tempore Prepositus quidam militum

militum uenit ad eum, cuius uxor grauida ab eo relicta est in domo sua. At illa ipsa die, qua ille ad beatum Ioannem uenerat, partum edens periclitabatur. Tunc sanctus homo Dei, si scires inquit, donum Dei, & quia tibi hodie, natus est filius, gratias ageres domino. Sed scito matrem pueri periclitatam, aderit tamen dominus, & inuenies eam sanam. Festina ergo & redi in domum tuam, & inuenies puerum septem dierum, & uocabis nomen eius Ioannem, hic nutriatur in domo tua absq; ulla contaminatione gentili, septem annis, quibus peractis, trade eum Monachis erudiendum, sanctis & cœlestibus disciplinis.

Multis præterea ad se uenientibus siue prouincialibus siue peregrinis, cum res poposcissent, occulta cordis eorum indicabat, & si quid forte peccati ab eis in occulto fuisset admissum, secretius corripiens arguebat, & ad emendationem ac pœnitentiam prouocabat.

Nili quoq; fluminis siue abundantia aquarum siue penuria futura esset, prædicebat, sed & si forte ex offensa hominum, plaga aliqua & correptio à Domino immineret, similiter præmonebat, & si quid causæ esset, pro qua introduceretur fames, aut castigatio, designabat.

Sanitates quoq; & curas corporum ita depoſcentibus conferebat, ut omnem ex hoc iactantiam fugeret. Non *enim permittebat ad ſe incommodantes deferri, ſed benedicens oleum dabat, ex quo peruncti, ſani fierent, à quacunq; infirmitate tenerentur.*

Senatoris cuiuſdam aliquando uxor ex coecata eſt, hæc deprecabatur uirum ſuum, ut eam perduceret ad hominem Dei. *Cui cum reſponderet uir ſuus, non ei eſſe moris uidendi mulierem, rogat, ut indicare ei tantummodo imbecillitatis ſuæ cauſam, & deprecaretur, ut orationem faceret pro ſe. Cumq; legationem pertuliſſet uir eius ad eum, orans et benedicens, oleum mittit ad illam.* Ex quo *per triduum contingens oculos ſuos uiſum recepit, &* Deo *gratias egit.*

Sed ut multa eius ſunt geſta, quæ narrare ſatis longum eſt. Vnde *omiſsis his interim quæ auditu comperimus, ad ea quæ oculis noſtris conſpeximus, ueniamus.*

Septem fuimus ſimul fratres comitantes, qui ad eum uenimus. Cunq; ſalutaſſemus eum, omniq; nos letitia ſuſcepiſſet, & unumquemq; noſtrum gratificè alloqueretur, rogatus à nobis orationem ſimul ac benedictionem dare. (Hoc enim

nim moris est apud Aegyptios Monachos, ut ubi aduenerint fratres, statim per orationem sibi inuicem fœderentur.) Interrogabat, siquis in nobis esset clericus. Et ut omnes negauimus, respiciens ad singulos, intellexit esse inter nos quendam, qui huius erat ordinis, sed latere cupiebat. Erat enim Diaconus, & hoc præter unum solum, qui ei fidus erat, etiam ipsi itineris comites ignorabant. Visurus enim tales ac tantos uiros humilitatis gratia celare uoluit gradus sui honorem, ut inferior haberetur in ordine his, quibus se longe inferiorem esse meritis iudicabat. Sanctus ergo Ioannes ut eum uidit, equidem cum esset adolescentior cæteris, digito ostendens eum, hic, inquit, Diaconus est. Et cum adhuc negaret, apprehendens eum manu sua exosculatus est, & dicit, Noli fili negare gratiam Dei, ne incurras pro bono malum, pro humilitate mendacium. Cauendum nanq; est omni modo mendacium, siue pro malo, siue etiam pro bono proferri uideatur. Quia omne mendacium non est ex Deo, sed sicut saluator dicit à malo est. At ille his auditis quieuit, blandam nanq; eius correptionem æquanimiter tulit, & cum orationem Domino obtulissemus, post finem eius ex fratribus nostris tertiano πυρέτῳ,

Mendacium reprehenditur.

id est, febri grauißime uexabatur, & rogabat hominem DEI, ut ab eo curaretur. Qui ait ad eum, Rem tibi necessariam cupis abijcere, ut enim corpora nitro uel alijs huiusmodi liniamentis à sordibus, ita animæ languoribus alijsq; huiusmodi castigationibus purificantur. Et postquam de his nobis multa per doctrinam mysticam disseruit, benedicens tamen oleum dedit ei. Quo perunctus æger, omnem continuò abundantiam fellis euomuit, & sanißimus redditus pedibus suis ad diuersorium redijt.

Morbi corporis salutares animæ.

Post hæc iubet officia erga nos humanitatis atq; hospitalitatis expleri, et corporis curam geri. Ipse uero sui negligens, nostri sollicitus erat. Iam enim continuo usu & iugi consuetudine, nec recipere cibum nisi in uesperum poterat, & hunc exiguum. Erat autem attenuati & aridi corporis, præ abstinentia. Capilli eius & barba quasi ex languore nimio rara & tenuis, utpote quem nullus sufficiens cibus nutriret, nec lætior aliquis humor infunderet. Obseruabat enim tunc, cum iam nonagenariam, ut supra diximus, ageret ætatem, ut nullum, ut paucis utar uerbis, per ignem paratum sumeret cibum. Igitur post hæc hospitalitatis officia regressos ad se sedere nos iubet, et tunc

demum

demum quidem, unde uel cur aduenerimus inquirit, cum iam nos lætos & omni cum gaudio tanquam notos proprios suscepisset. Cumq; respondissemus, quod de Hierosolymis ad eum utilitatis & profectus animæ nostræ causa uenissemus, ut ea quæ olim ad auditum nostrum fama pertulerat, ipsi nunc oculis nostris cerneremus, quandoquidem tenacius solent inhærere memoriæ, ea, quæ oculus uiderit, quam quæ auris audierit.

Tunc beatus Ioannes uultu placidißimo & quasi subridens ex abundantia leticiæ, hoc modo respondit ad nos: Miror: inquit admodum dulcißimi pueri, laborem uos tanti itineris suscepisse, cum nihil ad hæc dignum in nobis uidere poßitis. Homines enim sumus humiles & exigui, nihil habentes in nobis, quod uel expeti debeat uel mirari. Et tamen etiamsi esset aliquid in nobis secundum opinionem uestram, nunquid tale quale legitis in Prophetis Dei & Apostolis? Qui utiq; ob hoc in omnibus Dei Ecclesijs recitantur, ut exempla uitæ hominibus, non de longinquis & peregrinis locis quærantur, sed domi unusquisq; & apud se habeat quod debeat imitari. Vnde plurimum miror intentionem uestri laboris ac studij, quod profectus animæ uestræ causa, tantas superare regiones, tan-

Egregia & pia concio ob seruanda contra peregrinationes.

Non suam aut aliorũ Eremitarũ uitam, sed sacrã scripturã proponit sequendã.

nos, tantosq; labores adire uoluistis, cum nos eo usq; pigritia desidiaq; constringat, ut nec cellulas nostras pergredi audeamus. Veruntamen quoniam putatis esse in nobis aliquid ex quo proficere debeatis. Hoc primum uobis indicandum est, ut hoc ipsum quod uenistis ad nos, & tantum laborem uidendi nos suscepistis, ne iactantiam alicuius habeatis prospectum, ut non tam proficere ad animi uirtutem, quàm proferre se & iactare unusquisq; uestrum uelit, pro eo quod uiderit eos, qui apud alios ex auditu solo cogniti uideantur.

Contra iactantiam.

„ Graue est iactantiæ uitium & periculosum nimis, „ & quod de ipso etiam perfectionis fastigio deijcit animas, & ideo hoc uos primo omnium cauere uolo. Est autem species mali huius duplex quidem, Nonnullis enim accidit in ipsis statim initijs conuersionis suæ, cum parum aliquod uel abstinentiæ impenderint, uel pecuniæ in pauperes erogauerint, & cum de eis ita sentire debeant, quasi quod impediret abiecerint, ita agunt & ita sentiunt, quasi eminentiores sint illis, quibus aliquid elargiti sunt.

Duplex iactantia.

Alia uero est iactantiæ species, cum quis ad summam uirtutem perueniens, non totum Deo, sed suis laboribus ac studijs deputat, et dum ab hominibus

Contra confidentiam operum Matth. 6.

minibus gloriam quærit, perdit eam quæ à DEO est, propter quod, filioli mei fugiamus omni genere iactantiæ uitium, ne forte incurramus eum lapsum, quem Diabolus incurrit. Tunc præterea cordi nostro & cogitationibus precipua adhibenda est diligentia. Obseruandum nanq; est, ne qua cupiditas, ne qua uoluptas praua, ne quod desiderium uanum, & quod non est secundum DEum, radices in corde nostro defigat. Ex huiusmodi enim radicibus continuo pullulant uagæ & inutiles cogitationes, & in tantum molestæ sunt, ut nec orantibus nobis cessent, nec in conspectu Dei consistentibus nobis, & precibus pro salute nostra offerentibus erubescant, sed rapiunt à nobis captiuam mentem, & cum corpore stare uideamur in oratione, sensu & cogitatione euagamur & ducimur per diuersa.

Si quis ergo est, qui ipse putat renunciasse mundo & operibus Diaboli, non sufficit in eo, renunciasse, ut possessiones & predia cæteraq; seculi negocia reliquerit, nisi etiam proprijs uitijs renunciauerit, & inutiles ac uanas abiecerit uoluptates. Hæc enim sunt de quibus Apostolus dicit: Desideria uana et nociua, quæ mergunt hominem in interitum. Hoc est ergo uerè renunciasse, „ Quid „ sit re„ nunciare mun„ do.

Diabolo

Diabolo & operibus eius. Diabolus enim per alicuius uitij occasionem & prauæ uoluptatis aditum, irrepit in cor nostrum, quia uitia ex parte illius sunt, sicut uirtutes ex DEO sunt.

Vitia ex Diabolo, uirtutes ex Deo.

Si ergo sint uitia in corde nostro, cum uenerit princeps eorum Diabolus, quasi proprio auctori dant locum, & introducunt eum uelut ad possessionem suam. Et inde est quod nunquam huiusmodi corda pacem habere possunt, nunquam quietem, sed semper conturbantur, semper terrentur, & nunc uana lætitia, nunc inutili tristicia deprimuntur. Habent enim intra se habitatorem pessimum, cui introeundi ad se locum per passiones suas & uitia fecerunt. Econtra uero, mens quæ uere renunciauit mundo, hoc est, quæ abscidit & amputauit à se omne uitium, & nullum introeunti ad se Diabolo reliquit aditum; iracundiam cohibet, furorem reprimit, mendacium fugit, execratur inuidiam, & non solum non detrahere; sed ne malum quidem sentire aut suspicari de proximo suo patitur, quæ fratris gaudia, sua dicit, & tristitiam eius, suam tristiciam deputat.

Quæ hæc ergo & horum similia obseruat mens, Spiritui sancto aperit in se locum, qui cum ingressus fuerit & illuminauerit eam, semper ibi

iam

iam gaudia, semper lætitia, semper caritas, patientia, longanimitas, bonitas, & omnes qui sunt fructus Spiritus oriuntur. Et hoc erat quod dicebat Dominus in Euangelio, Non potest arbor bona, malos fructus facere, neque arbor mala fructus bonos facere, Ex fructibus enim probatur arbor & cognoscitur.

Sunt autem nonnulli qui uidentur seculo renunciasse, & curam non adhibent ad mundiciam cordis, neq; ut uitia & paßiones resecent ex anima sua, moresq; componant, sed hoc tantum student, ut uideant aliquos sanctorum patrum, & audiant ab eis aliqua uerba, quæ narrantes alijs, glorientur se ab illo uel illo didicisse. Et sicubi forte uel audiendo uel legendo parum aliquid scientiæ acquisierint, continuo Doctores fieri uolunt & docere, non ea quæ egerint, sed quæ audierint & uiderint, despicientes cæteros. Affectant ipsi Sacerdotium, atq; immergere se conantur ad clericatum, nescientes quia minoris condemnationis est, siquis ipse uirtutibus polleat, & alios tamen docere non audeat, quam si ipse paßionibus & uitijs prematur, & alios de uirtutibus doceat. Sic ergo filioli mei, neq; fugiendum omnimodo dicimus clericatum uel Sacerdotium, neq; rursus omnimodo

Qui non uere renunciarint mundo.

Neophyti ambitiosi.

Ministerium Verbi neq; fugiendũ, neq; expetendum.

nimodo expetendum, sed danda opera est, ut uitia quidem à nobis depellantur, & uirtutes animi conquirantur, DEI autem iudicio relinquendum est, quem uelit, & si uelut assumere sibi ad mini-
,, sterium, uel ad Sacerdotium. Non enim qui seip-
,, sum ingesserit, sed quem Dominus assumpserit, il-
,, le probatus est.

Monachi præcipuum opus.

Monachi autem illud opus est præcipuum, ut orationem puram offerat Deo, nihil habens in conscientia reprehensibile, sicut Dominus dixit in Euangelio, Cum steteritis ad orationem, remittite fratribus uestris, si quod habetis contra eos, ex cordibus uestris, nisi enim remiseritis fratribus uestris, nec uobis remittet Pater uester cœlestis. Si autem remiseritis fratribus uestris, & uobis remittet Pater uester qui in cœlis est.

Si ergo mundo, ut supra diximus, corde astiterimus ante Deum, & liberi ab omnibus his uitijs & passionibus, quæ supra diximus, poterimus inquantum possibile est, etiam Deum uidere, & orantes oculos cordis nostri in ipsum dirigere, & uidere inuisibilem, mente non corpore, intellectu scientiæ, non carnis aspectu. Nemo enim se putet posse ipsam, sicut est, diuinam substantiam contueri, ita ut speciem sibi aliquam aut imaginem

fingat

fingat in corde corpoream, alicuius imaginis similem. Nulla forma in Deo cogitetur, nulla circumscriptio, sed sensus & mens, quæ sentiri quidem poßit, & perstringere mentis affectum, non tamen comprehendi, aut describi, aut enarrari, ualeat. Et ideo oportet cum omni reuerentia & metu accedere ad eum, & ita in eum liberare mentis intuitum, ut omne quicquid potest splendoris, claritatis, fulgoris, maiestatis, mens humana conspicere super omnia esse eum sentiat semper, et hoc sicut diximus si pura mente fuerit, nec ullis prauæ uoluptatis sordibus occupata. Et ideo in hoc maxime oportet operam dare eos, qui renunctiare seculo, et Deum sequi uidentur, sicut scriptum est, Vacate & cognoscite, quoniam ego sum Deus.

Deum nō habere corporeā imaginem

Si ergo cognoueritis Deum, inquantum homini cognoscere poßibile est, tunc demum etiam reliquorum quæ sunt, scientiam capiet, & mysteria Dei agnoscet, & quantò purior in eo fuerit mens, tantò plura ei reuelat Deus, & ostendit ei secreta sua. Amicus enim iam efficitur Dei, sicut illi, quibus in Euangelio dicebat saluator, Iam non dico uos seruos, sed amicos, & omne quicquid petierit ab eo tanquam ab amico caro, præstat ei Deus. Ipse quoq; uirtutes angelicæ et cuncta myste-

rio di-

tia diuina, tanquam amicum DEI *diligunt eum, & obsequuntur eius petitionibus.* E*t hic est quem à caritate* D*ei, quæ est in* C*hristo* I*esu, neq; mors separat, neq; uita, neq;* A*ngeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; alia creatura.*

E*t ideo carißimi, quandoquidem hoc elegistis, ut* D*eo placeatis, & ad caritatem eius perueniatis, date operam alieni effici ab omni iactantia, ab omni uitio animi, ab omnibus delitijs corporalibus.* D*elitias autem corporales, non solum illas putetis, quibus homines seculi fruuntur, sed abstinenti delitiæ credendæ sunt, quicquid pro cupiditate sumpserit, etiamsi uile illud sit, & quod in usu esse abstinentibus solet.* A*qua deniq; ipsa uel panis, si cum cupiditate sumatur, id est, non ut neceßitati corporis, sed ut animi desiderio satisfiat, hoc etiam abstinenti in delitiarum uitium ducitur.* O*portet enim in omnibus consuescere, animam uitio carere.* I*deo deniq;* D*ominus docere uolens, animam desiderijs & uoluntatibus suis resistere, dicebat,* I*ntrate per angustam portam, quia lata est & spaciosa uia, quæ ducit ad mortem, angusta autem & arcta uia, quæ ducit ad uitam.* L*ata est ergo uia animæ, cum qualicunq; desiderio suo satisfecerit, angusta uero, est cum uoluptatibus suis repugnat.*

Multum

Multum tamen prodest ad hæc obtinenda secretior habitatio, & conuersatio solitaria, quia interdum per occasionem aduentantium fratrum, & euntium ac redeuntium frequentiam, abstinentiæ & parsimoniæ frena laxantur, & per huiusmodi occasiones uenitur paulatim in consuetudinem & usum delitiarum, & sic interdum etiam perfecti iam uiri capiuntur. Ideo denique & Dauid dicebat, Ecce elongaui fugiens, & mansi in solitudine, expectabam eum, qui saluum me faceret à pusillo animo & tempestate.

Cur solitaria uita expetenda.

Postquam autem multa nobis sanctus Ioannes de iactantiæ uitio alijsque quamplurimis utiliter disseruit, ad ultimum dixit, Retexam autem uobis, quid etiam nuper cuidam ex fratribus nostris acciderit, ut cautiores uos præcedentia exempla constituant.

Erat quidam apud nos Monachus in hac uicina heremo commanens, cui habitaculum spelunca erat, uir summæ abstinentiæ, quotidianum uictum labore manuum quærens, in orationibus die noctuque persistens, cunctisque animi uirtutibus florens. Sed hic lætis successibus elatus, confidere quasi in profectibus suis cœpit, & non Deo totum, sed sibimetipsi quod profecerat deputare.

Historia contra confidentiam operum ac propriæ sanctitatis.

Hanc autem eius intuens animi presumptionem tentator, continuo accedit, & laqueos parat. Quadam nanq; die ad uesperam, fingit speciem decoræ mulieris oberrantis per hæremum, quæ uelut fessa post nimium laborem accedens ad ostium speluncæ Monachi, se lassabundam simulans ac fatigatam, intrinsecus semetipsam proiecit, atq; aduoluta genubus uiri, ut misereatur exorat. Nox enim me infœlicem inquit in hæremo latitantem comprehendit, iube me requiescere in angulo cellulæ tuæ, ne forte efficiar nocturnis bestijs preda. At ille primo miserationis obtentu, recepit eam intra speluncam, requirens quæ ei causa errandi per hæremum fuerit. Illa causam fingit satis accurate, & interim uenena blandimentorum, atq; illecebræ uirus per omnem textum narrationis interserit, nunc se miserandam, nunc etiam defensione dignam ostendens, elegantia & suauitate sermonis inclinat animum hominis, & in affectum sui illecebroso amore deflectit. Hic iam inter blandiora colloquia iocus risusq; miscentur, manus etiam procax ad mentum barbamq; quasi uenerandi specie protendit, tum uero palpare ceruicem mollius, collumq; lenigare. Quid multa? Ad ultimum captiuum ducit militem Chri-

sti.

sti. Continuo enim perturbari intra semetipsum, & libidinis fluctibus æstuare cepit, nequaquam laborum præteritorum, nequaquam professionis ac propositi sui memor. Paciscitur cum cordis sui concupiscentia, & intra archana cogitationum suarum, fœdus cum falsa cupiditate componit. Inclinat stultus latera sua & efficitur sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Atque ubi obscenos iam conabatur inire complexus, illa ululatum teterrimum diræ uocis emittens, umbra ut erat tenuis, per manus amplectentis elabitur, ipsum quoque dedecorosis motibus inanes auras sectantem, fœdissima cum irrisione deseruit. Tunc preterea multitudo Demonum in aere ad hoc ipsum spectaculum congregata, clamore ingenti, cum cachinno exprobrationis eleuato, ò inquiunt, Monache, Monache, qui te usque ad cœlum extollebas, quomodo demersus es usque in infernum? Disce ergo, quia qui se exaltat, humiliabitur. Tunc ille uelut amens effectus, & deceptionis pudorem non ferens, grauius à semetipso decipitur, quam fuerat à Demonibus deceptus. Cum enim debuisset reparare semetipsum, & renouare certamen, ac satisfactione suis lachrymis & humilitatis fructibus, prioris elationis culpam delere, hoc non

Exemplum desperati animi.

non faciens, sed desperans semetipsum, sicut Apostolus dixit, tradidit omni impudicitiæ & iniquitati. Regressus *est enim ad uitam secularem, preda* Demonum *factus.* Refugit *nanq; conspectus omnium sanctorum, ne quis posset cum salutaribus monitis de precipitio reuocare. Si enim reddere semetipsum priori uitæ & abstinentiæ uoluisset, recuperasset sine dubio, & locum & gratiam.*

Exemplũ pœnitentiæ & uitæ in melius mutatæ.

D*Eniq; audite quid & de alio uiro gestum sit, similiter quidem tentato, sed non simili exitu tentationis effuso.* Fuit *quidam uir in hac proxima ciuitate uitam turpißimam per omne facinus ducens, ita ut opinatißimus in flagitijs haberetur.* Hic *aliquando* Dei *miseratione compunctus ad pœnitentiam conuertitur, & intra sepulchrum se quoddam concludens, priorum scelerum pollutiones lachrymarum fontibus diluebat, diebus ac noctibus in faciem prostratus, & nec alleuare quidem ausus oculos ad cœlum, neq; uocem emittere, & nomen* DEI *nominare, sed in solis gemitibus & fletibus perdurabat, & tanquam uiuens sepultus de inferno iam quodammodo mugitum cordis gemitumque reddebat.*

Cunq; in his posito eo, septimana una transisset,

ſiſſet, noctu ueniunt ad eum Demones in ſepulchro clamantes, & dicentes, Quid eſt hoc quod agis ò impuriſsime & flagitioſiſsime? Poſteaquam omni ſpurcicia omniq; impuritate ſatiatus es, nunc uis caſtus & religioſius procedere, & poſteaquam conſenuiſti in ſceleribus, nec iam ſufficiunt uires ad facinora delenda, nunc Chriſtianus uideri uis, & pudicus & pœnitens, quaſi uero alius tibi iam ullus poſsit dari locus ſatiato in malis, niſi ille qui tibi nobiſcum debetur. Vnus ex nobis es, alius iam eſſe non poteris. Redi ergo magis, redi ad nos, & quod ſupereſt tibi tempus, in perfruenda uoluptate non perdas, preparamus abundantes delitias, preparamus ſcorta nobiliſsima & cuncta alia quæ florem tibi poſsint reparare gratiſsime iuuentutis. Quid temetipſum uanis & inanibus conficis cruciatibus? Quid temetipſum ante tempus ſupplicijs tradis? Quid enim aliud eris paſſurus in inferno, niſi hoc quod nunc tibi ipſi concitas? Si te pœna delectat, expecta paululum & inuenies paratam, nunc interim fruere muneribus noſtris, quæ dulcia ſemper & grata duxiſti.

Hæc & huiuſmodi plura exprobrantibus eis, ille iacebat immobilis, nec auditum quidem ſuum conuertens ad eos, nec ullum pœnitus ſermo-

nem respondens. Cumq; illi sæpius & eadem repeterent & alia duriora, nec ille omnino moueretur, in furorem prolapsi Demones, ubi uiderunt uerba contemni, uerberibus eum aggreßi sunt, multisq; supplicijs excruciatum seminecem reliquerunt. Nec tamen in tot, tantisq; cruciatibus moueri saltem potuit á loco, in quo orationis causa iacuerat. Postera die quidam suorum requirentes eum humanitatis duntaxat gratia, inueniunt pœnis incredibilibus affectum, & causam percunctantes cum didicissent, rogabunt ut curæ gratia reportari se ad domum propriam patiretur. Abnegat, & in eodem permanet loco. Tunc uero & sequenti nocte repetentes Demones, grauioribus eum uerberibus cruciebant. Sed nec si quidem moueri uoluit à loco, melius esse dicens, mortem subire, quam ultra Demonibus obedire.

Nihilominus tertia nocte multitudo conuenit Demonum, & absq; ulla misera tione irruentes in eum, omnibus pœnis cruciatibusq; conficiunt. Cumq; iam corpus defecisset in supplicijs, extremus tamen spiritus obsistebat imperio Demonum. Quod ubi impij peruiderunt, exclamantes uoce magna, uicisti, inquiunt, uicisti, & mox

mox uelut uirtute quadam cœlitus fugati, præcipites abscedunt, nec ultra ei quicquam suæ artis aut sceleris intendunt. Ipse uero in tantum uirtutibus animi profecit, & ita ornatus moribus effectus est, ac totius diuinæ gratiæ gloria repletus, ut omnis hæc regio quasi è cœlo eum lapsum uideret, & unum esse ex numero crederet Angelorum, omnes pene simul atq; uno ore dicentes, hæc est mutatio dexteræ excelsi. Quanto exemplo eius, qui iam semetipsos desperauerant, rursus per pœnitentiam ad spem salutis regreßi sunt, & emendationem sui quam prius desperauerant, præsumpserunt, quanti ammiratione eius de ipso iam inferno peccatorum retracti sunt, & ad uirtutis indolem reparati? Illo nanq; tanta immutatione conuerso, omnibus omnia uisa sunt posſibilia. Non solum autem emendatio morum florebat in eo & aßumptio uirtutum, uerum et gratia Dei plurima ei collata est. Signa enim & prodigia, quæ ab eo facta sunt, quantum apud Dominum haberet meritum, testabantur. Sic humilitas & conuersio bonorum omnium materiam prebet, elatio uero & desperatio interitus & mortis est causa.

Ad effugiendum uero periculi lapsum &

conquirendam Dei gratiam, atq; ipsius diuinitatis euidentiorem noticiam capiendam, plurimum prodest secretior conuersatio, & hæremi interioris habitatio. Quod uos non tam uerbis, quam rebus ipsis & exemplis melius docere puto.

Alia historia contra presumptionem & confidentiam operum.

FVit quidam Monachus qui in hæremo hac quæ præ ceteris interior est, habitabat. Hic cum plures annos in abstinentia perdurasset, & prouectus tempore prope iam ad senilem uenisset ætatem, omni uirtutum flore adornatus, ac totius continentiæ magnitudine sublimatus. Qui cum in orationibus & Hymnis sedule Deo deseruiret, tanquam emerito militi suo Dominus remunerationes parat, utpote qui in corpore adhuc positus, instar Angelorum incorporeæ uitæ officijs fungeretur, dignum iudicans annonam cœlestem prebere ei in deserto, qui cœlestem regem peruigilibus prestolabatur excubijs, ut digne frueretur cœlestibus alimonijs. Volens ergo Deus etiam in hoc seculo remunerare eius fidele propositum, ad prouidentiæ suæ sollicitudinem, quotidiani uictus eius reuocat curam. Vt enim cibi usum poposcisset naturæ necessitas, ingrediens speluncam suam, inueniebat mensæ panem superpositum, miræ suauitatis,

uitatis, miriq; candoris. Ex quo refectus, & gratias diuinæ prouidentiæ referens, rursus ad Hymnos & orationes conuertebatur. Ad quem multæ etiam reuelationes, multæq; de futuris rebus, à Deo præmonitiones fiebant. In his ergo talibus ac tantis profectibus positus, quia gloriari, quasi de meritis suis cœpit, & cœlestis beneficij munus, uitæ suæ meritum duxit, Continuo subintrat eum parua quedam desidia animi, tam parua, quam nec posset aduertere. Post hæc creuit maior negligentia, ita ut tardior iam fieret ad Hymnos, sed & ad orationem pigrius surgeret. Psalmi quoq; ipsi non ea, qua prius uigilantia ab ipso canerentur, sed ubi parum quid exhibitum fuisset soliti ministerij, anima eius quasi nimio labore fatigata, requiescere festinabat, quia sensus eius reprobus effectus, de sublimioribus ad inferiora corruerat, et cogitationes suæ per diuersa cum precipitia rapiebant. Erat enim iam in corde eius clandestina quædam & turpis ac nefanda cogitatio, consue„ tudo tamen prior, uelut si decursus aquæ, etiam „ cessante remigio, adhuc priore impetu nauigium „ ferat ita & uetus institutio ad consueta hominem „ officia trahebat, ob quam causam & adhuc stare in suo statu uidebatur. Hic ergo cum post orati-

Obseruasquanta pestis sit securitas & remissio animi.

ones cibum solitum requisisset ad uesperam, ingressus locum, in quo refici consueuerat, inuenit solitum panem mensæ superpositum, ex quo refectus, nihil de eorum quæ in corde suo uersabant emendatione curauit, neq; immutationis suæ damna persensit, sed spernendo minima, paulatim se casurum non intellexit.

Interea cum graui iam libidinis incendio stimularetur, & inflammatus turpi concupiscentia, raperetur rursus ad sæculum, illa interim die cohibuit se, & solita Hymnorum & orationum misteria ex more persoluit, atq; ingressus ut cibum sumeret, panem quidem inuenit, mensæ superpositum, sed aliquantulum sordidiorem. Ammiratus est & tristis effectus, intellexit quod ipsum respiceret hoc genus monstri, tamen cibo sumpto refectus est. Post in diem tertium replicatis urgeri stimulis cœpit, occupauerant enim eum cogitationes eius, quasi iam præsentis & secum positæ, secumq; accumbentis imago Mulieris, quam & complecti sibi uidebatur, & ad turpes usus habere substratam. Processit tamen & sequenti die ad solita psallendi & orandi officia, sed stabat uagus oculis, & mente captiuus. Cumq; solito ingressus ad uesperam requireret cibum,

bum, panem quidem inuenit super mensam, sed sordidißimum ac aridißimum, & quasi muribus uel canibus undiq; corrosum. Tunc ille, ut hoc uidit ingemuit, & lachrymas fudit, sed non ita ex corde, nec ita uberes, quæ possent flammam tanti ignis extinguere. Veruntamen sumit cibum, sed neq; qualem consueuerat, neq; quantum solebat. Cum interim cogitatione, tanquam, cohors barbarica eum undiq; circumuallant, & omni ex parte in eum tela iaculantur, ac uinctum captiuumq; eum ad sæculum trahunt. Exurgens ergo, cœpit iter agere noctu per hæremum, & tendere ad ciuitatem, sed ubi dies facta est, ciuitas quidem adhuc longe aberat. Ipse uero cum rapidißimo æstu torqueretur & fatigaretur, in hæremo undequaq; uersus considerare oculis cœpit, & requirere, sicubi esse in uicino monasterium. Et cum respexisset fratrum quorundam cellulam, tendebat illuc, ut apud eos requiesceret. Quem ubi adesse sensere serui Dei, continuo præcurrunt ei obuiam, & uelut angelum DEI excipientes adorant, pedes lauant, ad orationem inuitant, mensam ponunt, atq; omnia secundum diuinum mandatum complent caritatis officia. Verum ubi refectus est, et paululum requieuit, ex more quasi ab

eruditis-

eruditißimo Patre cœperunt uerbum ædificationis expetere ac monita salutis inquirere. Interrogauere quoq; eum quomodo quis Diaboli laqueos poßit effugere, aut si quando turpes iniecerit animo cogitationes, quomodo depelli poßint & abijci. Tum ille ut compulsus est monita fratribus dare, & salutis eos uiam docere, ac de insidijs Demonum, quas seruis DEI intendunt, facere sermonem, illos quidem plane & sufficienter docuit, sibi uero ipsi stimulos compunctionis infixit, & in semetipsum regressus, ait, Quomodo ego alios moneo & ipse decipior? Aut quomodo alios corrigo, qui meipsum non emendo? Age ergo miser, facito ipse prior quæ facere alios doces. Cumq; huiusmodi increpationibus uteretur aduersus semetipsum, & intellexisset se miserabiliter supplantatum, Valedicens fratribus, continuo se cursu rapidißimo in hæremum dedit, & ad speluncam de qua discesserat, redijt, prosternens se Domino in oratione dicens, Nisi Dominus adiuuisset me, paulominus habitasset in inferno anima mea. Et iterum, paulominus fui in omni malo, & paulominus consumauerunt me in terra. In hoc uero completum est quod ait scriptura. Frater fratrem adiuuans exaltabitur sicut ciuitas munita

Exemplū quantauis sit in tractatione uerbi Dei.

Psal. 93.

Psal. 118.

Prou. 18.

nitia & fortis. Post haec ergo permansit omni uita sua in luctu & lachrymis, uidens diuinitus sibi concessum cœlestis mensæ beneficium perdidisse. Cœpit enim labore rursus & sudore uultus sui manducare panem suum. Conclusit autem se intra speluncam, atq; in cilicio & cinere iacens, tamdiu lugens, flensq; permansit in orationibus, donec aßistens ei Angelus Domini diceret ad eum, Suscepit Dominus pœnitentiam tuam et repropitiatus est tibi, sed caue ne ultro elatus decipiaris. Venient ad te autem fratres quos tu ipse docuisti deferentes tibi benedictiones, quas suscipere ne recuses, & sumens cum eis cibum age gratias DEO tuo.

Hæc auten locutus sum uobis filioli mei, ut sciretis, quanta sit in humilitate firmitas & in elacione ruina quam maxima. Ideo deniq; & saluator noster primam beatitudinem de humilitate docuit, dicens, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum, simul huiusmodi exemplo discentes, ut cautiores sitis, ne à Demonibus in cogitationum subtilitate seducamini, propterea enim & forma huiusmodi inter Monachos obseruatur, ut si quis ad eos ueniat, siue uir ille, seu mulier sit, siue senex, siue iuuenis, siue ignotus

notus, siue notus, ante omnia & oratio fiat, & nomen Domini inuocetur, quia si fuerit aliqua transformatio Demonis, continuo oratione facta diffugiet. Si uero in cogitatione uestra suggesserint ipsi Demones aliquid, unde laudari debeatis & extolli, non acquiescatis eis, sed tunc magis uosmetipsos humiliate in conspectu Domini, & pro nihilo ducite, cum uobis illi aliquid de sectanda laude suggesserint. Deniq; etiam me frequenter Demones noctibus seduxerunt, & neq; orare me neq; requiescere permiserunt, fantasias quasdam per noctem totam sensibus meis & cogitationibus suggerentes. Mane uero uelut quadam illusione, prosternebant se ante me dicentes. Indulge nobis Abba, quia laborem tibi incussimus tota nocte. Ego autem respondi ad eos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem, & non tentetis seruum Domini. Et uos ergo filioli quietem, silentiumq; diligite, & scientiæ operam date, atq; exercete uosmetipsos, ut frequenti collatione mentem uestram puram exhibeatis Deo, ne orationes uestræ impediantur apud DEVM. Quamuis etenim illi bonum opus agant, & sit in illis probabilis conscientia, qui inter seculares positi, exercentur in operibus bonis, & occupant semet-

semetipsos actibus religiosis & sanctis, uel hospitalitatem sectando, uel caritatis ministerijs obsequendo, uel misericordias ac uisitationes, aliaque huiusmodi opera explendo, in quibus alijs quidem boni semper aliquid conferant, semetipsos tamen castos seruent. Sunt ergo & isti probabiles & ualde probabiles, qui in bonis actibus placent DEO, & sunt operarij inconfusibiles mandatorum Dei, sed tamen hæc omnia terrenos habent actus & erga materias corruptibiles geruntur. Qui uero in exercitio mentis desudat, & spiritales intra semetipsum excolit sensus, longe illis superior iudicandus est. Locum namque intra semetipsum preparat ubi Spiritus sanctus habitet & obliuionem quodammodo capiens terrenorum, sollicitudinem gerit, de cœlestibus & æternis. Constituit enim semetipsum semper ante conspectum Dei, et omnes presentium rerum sollicitudines post tergum iacens, solo diuini desiderij colere constringitur, & ideo in laudibus Dei positus, & Hymnis et Psalmis die ac nocte non poterit satiari.

Hæc & multa alia his similia beatus Ioannes per triduum continuo loquens ad nos, animas nostras refecit & innouauit. Vt autem cœpimus uelle ab eo proficisci, datis nobis benedictionibus,

pergite,

pergite, inquit, in pace, ò filioli, hoc tamen scire uos uolo, quod hodierna die uictoriæ religiosi principis Theodosij, Alexandriæ nunciatæ sunt de Eugenio tyranno. Necesse est autem & ipsum Theodosium non multo post, propria morte uitam finire. Cumq; profecti ab eo fuissemus, hæc ita gesta esse ad fidem comperimus, ut ipse prædixerat. Post dies autem paucos insecuti sunt nos quidam fratres, annunciantes nobis quod ipse sanctus Ioannes in pace quieuerit. Obitus autem ipsius talis quidam fuerat. Per triduum inquiunt nullum ad se introire permisit, & positis genubus in oratione reddidit spiritum, atq; ita perrexit ad Dominum, cui est honor, gloria, laus & imperium, in secula seculorum, AMEN.

Vaticinium Ioannis Aegyptij de uictoria & morte Theodosij Imperatoris. De quo uide Nicepho: li: 12. Ca. 29, & 60.

EXPLICIT VITA BEATI Ioannis Aegyptij.

VITA ET GESTA SANCTI HOR Abbatis, cui diuinitus collata est literarum scientia.

VIDIMVS ET ALIVM APVD Thebaidem uenerabilem uirum, Hor nomine,

mine, hic multorum erat Monasteriorum pater, qui habitu ipso honoris uidebatur Angelici, nona=ginta iam agens ætatis annos, barba prolixa, & claritatis canicie splendida, uultu & affectu ita lętus, ut plus aliquid habere quam in hominis na=tura est uisio ipsa uideretur. Hic prius in ultima hæremo plurimis abstinentiæ laboribus exercita=tus, postremo in uicino urbis loco monasterium instituebat. In adiacentibus autem habitationis suæ locis, diuersi generis arborum siluas, ipse per se plantaria ponendo conseuit, in quibus ut nobis à plurimis sanctis patribus affirmatum est, ante illi=us aduentum nullum omnino uirgultum fuit. Ob hoc autem plantauit hanc siluam, ut fratres quos imibi congregare cupiebat, non haberent necessi=tatem ligni gratia longius euagandi, habens curam & in his quæ ministerio corporis necessaria sunt, sed precipue salutis eorum ac fidei. Ipse tamen cum esset in hæremo, herbis pascebatur, & radicibus quibusdam, & hæc ei dulcia uidebantur. Aquam uero si quando inuenisset, bibebat, orationibus & Hymnis occupans omne diei tempus ac noctis. Vt autem ad maturam peruenit ætatem, apparuit ei Angelus Dei in hæremo per uisum dicens. Eris in gentem magnam, & multus tibi populus crede=

tur, &

tur, & erunt qui per te saluandi sunt; multa millia hominum. Quantoscunq; autem in hac uita positus conuerteris ad salutem, super tantos principatum accipies in futuro, & nihil uerearis, nunquam enim aliud tibi deerit eorum, quæ ad usum corporum requiruntur; quotiens hæc poposceris à Deo. Hæc cum audisset, ad uiciniora loca accedit, & primo solus sub paruo tugurio, quod sibi ipse construxerat habitare cœpit, oleribus compositis uescens solis, interdum etiam post continuata ieiunia,

Literas primo ignorauit. Cum autem de heremo ad hæc, quæ supra diximus uiciniora habitaculis loca accessisset, data est ei diuinitus gratia, & cum à fratribus oblatus ei fuisset codex, quasi olim iam sciens literas legere cœpit. Collata est ei & aduersus Demones etiam uirtus, ita ut multi ex his quos urgebant Demones, etiam inuiti ad eum raperentur, protestantes summo cum clamore de meritis eius. Sed & alias quam plurimas sanitates, operabatur.

Congregabantur interim ad eum plurimæ multitudines Monachorum, inter quos, cum etiam nos aduenissemus, uisis nobis letissimus redditur. Cumq; salutans nos orasset, more sibi solito, pedes hos-

des hospitum proprijs manibus lauit, & docere nos ex scripturis, quæ ad ædificationem uitæ ac fidei pertinent, cœpit. Erat enim ei docendi gratia à DEO collata. Cum itaq; plurima nobis scripturarum capitula sapienter disseruisset, rursus ad orationem conuertebatur: Consuetudo autem erat ei, non prius corporalem cibum sumere, quam spiritalem Christi communionem acciperet. Qua percepta, post gratiarum actionem adhortari nos etiam ad reficiendum cœpit, ipse tamen sedens nobiscum nunquam cessabat aliquid de studijs spiritalibus commonere.

Non facile credendum apparitionibus.

NArrabat ergo nobis tale aliquid, Scio inquit, hominem quendam in hæremo per tres continuos annos nullum sumpsisse terrenum cibum, Angelus enim Domini tertia quaq; die escam deferebat ei cœlestem. Et hæc ei cibus erat & potus. Et iterum scio huiusmodi hominem, ad quem uenerunt Demones in specie cœlestis militiæ, & habitu Angelorum, currus igneos agentes plurimo apparatu, tanquam magnum aliquem Regem deducentes, isq; qui cæteris, ut rex haberi uidebatur, dicebat ad eum. Implesti omnia ò homo, superest tibi ut adores me, & transferam te sicut Heliam. Sed Monachus hæc audiens, dicebat

in cor-

in corde suo. Quid est hoc? Quotidie ego saluatorem, qui est rex meus adoro, hic si esset ille, quomodo à me hoc posceret, quod in desinenter me facere sciret? Et post hæc respondit ad ipsum. Ego habeo meum regem quem quotidie sine inter missione adoro, tu autem non es rex meus. Et continuo inimicus ad hæc uerba nunquam comparuit. Verum hæc ille quasi de alio nobis narrans, sua gesta sub alterius persona memorabat. Patres tamen qui aderant, ipsi nobis affirmabant, quod ipse esset qui hæc uidisset & audisset. Erat enim hic magnificus pater, qui inter cetera bona etiam hoc præstabat aduenientibus fratribus, & cum ipso habitare uolentibus, quod faciebat conuocari fratres, qui secum erant, & in una die aduenienti fratri cellulam ædificabant, Et erat in hoc opere magna alacritas fratrum, unoquoq; eorum festinante, lateres conuehere, aut lutum porrigere, aut aquam infundere, aut ligna deferre. Vbi uero perfecta fuisset, ipse eam omnibus utensilibus, uel necessarijs instructam tradebat fratri, Hic aliquando cum falsus quidam frater ad se uenisset, & ut uideretur nudus uestimenta sua occultasset, arguit eum coram omnibus, & in medium quæ occultauerat protulit, & ita pertimuere omnes ut de reliquo nemo auderet coram ipso fallere. Tan-

Tanta in eo erat uirtus animi, & tanta diuinæ gratiæ magnitudo, quam abstinentiæ labore & fidei puritate quesierat. Multitudines autem fratrum cum ipso positæ, tanta gratia erant repletæ, ut cum ad Ecclesiam conuenirent, chori eorum uestibus ac mentibus resplendentes, ad imitationem uirtutum cœlestium, in hymnis & laudibus DEI peruigiles uiderentur.

VITA THEONIS.

VIDIMVS ET ALIVM NON longe ab urbe ad eam partem quæ mittit ad heremum, nomine Theonem uirum sanctum intra cellulam suam clausum & solitarium, qui perhibebatur triginta annis silentij habuisse continentiam, quiq; tam multas uirtutes faciebat, ut Propheta apud illos haberetur. Conueniebat nanq; ad eum per dies singulos infirmorum plurima multitudo, ad quos ille per fenestram manum proferens, & uniuscuiusq; capiti superponens, ac benedicens eos, sanos ab omni ægritudine remittebat. Hic etiam ipso uisu tam uenerabilis erat, tantamq; reuerentiam gerebat in uultu, ut inter homines Angelus uideretur, ita lætus oculis, & plenus totius gratiæ apparebat.

Exemplū taciturnitatis.

Huic cum ante paruum tempus, ut comperimus, noctu latrones superuenissent, aurum se apud eum inuenturos sperantes, oratione sola ita uinxit, ut foribus eius affixi mouere se omnino non possent. Mane uero cum ad eum turbæ solito conuenissent, & uiderent ad ianuas eius latrones, uolebant eos igni tradere.

At ille rerum necessitate compulsus, unum eis solum locutus est uerbum. Sinite inquit, istos abire illæsos, alioquin gratia à me fugiet sanitatum. Populi autem ut audierunt hæc, contra dicere non audientes, dimiserunt eos. Latrones uero uidentes quod secum gestum est, abiecta scelerum uoluntate, præteritorum malorum pœnitentiam gerentes, ad monasteria uicina confugiunt atq; ibi emendatioris uitæ formam, modumq; suscipiunt. Erat autem supradictus uir eruditissimus, non solum Aegyptiorum & Græcorum lingua, sed etiam & latinorum, ut & ab ipso & alijs, qui ei aderant didicimus. Sed & ipse reuelare cupiens & consolari peregrinationis nostræ laborem, in tabula scribens ad nos gratiam doctrinamq; sui sermonis ostendit. Erat autem ei cibus absq; ignis opere. Dicebant autem quod & noctibus ad hæremum progrediens, comitatu uteretur

plurimo

plurimo hæremi bestiarum. Ipse uero hauriens aquam de puteo suo & prebens eis pocula, obsequij earum remunerabatur laborem. Huius autem rei manifestum dabatur indicium, quod uestigia Bubalorum, caprarumq; & onagrorum circa eius cellulam plurima deprehendebantur.

DE SANCTO APOLlonio confessore & uirtutibus eius.

VIDIMVS ET ALIVM SANctum uirum nomine Apollonium apud Thebaidam, in finibus Hermopolis, ad quam ciuitatem saluatorem cum Maria & Ioseph de Iudeæ finibus uenisse tradunt, secundum Prophetiam Esaiæ dicentis, Ecce Dominus sedet super nubem leuem, & ueniet in Aegyptum, & commouebuntur manufacta Aegyptiorum à facie eius, & cadent in terram. Vidimus ergo ibi etiam & templum ipsum, in quo, ingresso saluatore, corruisse omnia Idola in terram & comminuta esse memorabantur.

Vixit temporibus Iuliani Imperatoris.

Vidimus ergo supradictum uirum in uicina

hæremo, sub monte quodam habentem Monasteria. Erat enim pater Monachorum circiter quingentorum, & famosissimus in omnibus Thebaidæ finibus habebatur. Opera enim magna erant ei, & uirtutes multas, signaq; plurima & prodigia faciebat per eum Deus. A pueritia namq; in abstinentia nutritus est, qui cum ad maturam peruenit ætatem, gratia DEI semper cum ipso creuit. Erat enim annorum fere octoginta, cum eum uidimus, in monasteriorum congregatione florentem, sed & ipsi qui uidebantur eius esse discipuli, ita perfecti erant & magnifici, ut omnes pene possent signa facere. Quindecim ergo annorum secessisse ad eum hæremum ferebant, atq; ibi cum quadraginta annis fuisset in exercitijs spiirtualibus conuersatus, aiebant uocem DEI ad eum delatam dixisse. Appolloni per te perdam sapientiam sapientium in Aegypto, & intellectum prudentium reprobabo. Perdes autem mihi & eos qui inter ipsos sunt sapientes Babylonis, & omnem culturam Demoniorum subrues. Perge ergo nunc ad loca habitabilia, generabis enim mihi populum substantiuum & perfectum, emulatorem operum bonorum. At ille respondens ait. Aufer à me Domine iactantiam ne forte elatus super fratres meos, ca

Contra iactantiã & superbiam.

os, cadam ab omnibus bonis tuis. Respondit ad *eum rursus diuina uox.* Mitte manum tuam ad ceruices tuas, & quod comprehenderis, constringe, & sub arena obrue. At ille sine mora iniecta manu ad ceruices suas, apprehendit quasi paruulum quendam Aethiopem, & continuo dimersit eum sub arena clamantem & dicentem. Ego sum superbiæ Dæmon. Post hæc uox ad eum facta est à Deo dicens. Perge nunc, omnia enim quæcunque à Deo poposceris, consequeris. Ille ergo post hæc perrexit ad ea loca, in quibus homines habitabant. Temporibus autem Iuliani tyranni hæc fiebant.

Fuit autem in locis illis spelunca quædam heremo uicina, in qua habitare cœpit, indesinenter die ac nocte orationibus uacans, ea seque ut aiebat per diem centum uicibus totidemque noctis tempore curuans genua consignabat Deo. Cibo autem magis cœlesti quam humano utebatur. Idumentum eius stuppeum collobium erat, quod apud illos lebites appellatur, & linteum quo collum & caput obuolueret. Quæ tamen indumenta permansisse ei ferebant in deserto nunquam ueterata. Erat ergo in uicino heremi loco in uirtute spiritus degens, signa & sanitates miras efficiens, quas enarrare

care pro sui immensitate, sicut ab his qui cum ipso erant senioribus, comperimus, uox nulla sufficiet. Fama autem magnifica de eo peruulgata, cum ammiratione omnium quasi Propheta aliquis aut Apostolus haberi cœpisset, uicinis è regionibus Monachi diuersis ex locis conueniebant ad eum, & tanquam pio patri, magna munera, suas singuli quique animas offerebant. At ille unumquemq; eorum tota religione suscipiens, alios ad bene operandum, alios ad bene intelligendum prouocabat. Sed & ipse prius ea, ostendebat exemplis, quæ uerbis docere cupiebat. Alijs quidem diebus unumquemq; apud semetipsum exercere abstinentiam, quam posset, sinebat die uero Dominica gratia caritatis secum omnes cibum sumere hortabatur, cum tamen ipse solitis abstinentiæ obseruationibus deseruiret, herbis solummodo aut oleribus utens, nec usum aut ministerium ignis admittens.

Coegit enim clericos militare Iulianus Meminit histor. Tri. li. 6. ca. 4.

Hic cum audisset Iuliani, ut supradiximus, temporibus fratrem quendam ad militiam comprehensum detineri in carcere, uenit ad eum cum fratribus consolandi gratia, ut moneret eum in necessitate tenere constantiam, atq; imminentia contemnere ac deridere pericula. Tempus enim,

nim, ait, certaminis adest, in quo fidelium mentes tentationibus probandæ sunt & noscendæ. Cumq; his & alijs uerbis roboraretur animus adolescentis, superuenit centurio, & indignatus, cur introire ausus esset, claues extrinsecus carceri imposuit, ipsum quoq; & omnes qui cum eo uenerant pariter conclusit, quo scilicet etiam ipsi similiter ad militiæ detinerentur officium. Constituens quoq; custodes quamplurimos abscessit. Medio autem noctis astare uisus est Angelus, ingenti luce resplendens, & obstupefactis perterritisq; custodibus, carceris claustra patefecit. Tunc uero ipsi custodes aduoluti ad pedes sanctorum, rogabant eos discedere, dicentes, melius sibi esse mori pro his quam diuinæ uirtuti obsistere, quæ eorum curam gerebat. Mane uero etiam ipse centurio cum principalibus uiris festinus ad carcerem uenit, rogans, ut discederent omnes qui teneri uidebantur, dicebat enim domum suam terremotu magno concidisse, & electos quosq; famulorum suorum peremisse. Sancti uero his auditis Hymnum DEO laudesq; cecinerunt, & regreßi ad heremum erant in unum positi, secundum Apostolorum exemplum, habentes animam unam & cor unum.

Angelus liberat captiuos.

Pater autem senior docebat eos, ut quotidie proficerent in uirtutibus, & insidias Diaboli, quas per cogitationes inferre hominibus, in initijs statim retunderent. Sic enim aiebat. Si confringatur caput serpentis, omne eius corpus emortuum redditur. Ob hoc enim mandat nobis Deus obseruare caput serpentis, ut omnino statim ab initio, nec recipiamus malas & sordidas cogitationes in corde nostro. Quanta ergo magis diffundi non conuenit in sensibus nostris cogitationum fantasias, quas etiam ab initio recipi uetat? Sed & illud monebat, ut in uirtutibus animi alter alterum uincat, nec patiatur se unusquisq; inferiorem proximo suo fieri. Hinc autem dicebat. Sciatis ergo uos ita proficere in uirtutibus, si nulla uobis paßio fuerit dominata erga mundana desideria. Hoc est initium donorum DEI. Quod si etiam ad hoc uenerit quis uestrum, ut & signa & mirabilia faciat, non extollatur pro hoc, neque in cogitatione sua erigatur tanquam cæteris prælatus; sed nec hoc ipsum hominibus debet ostendere, quod donum gratiæ huius acceperit, alioquin seducit ipsum, & ipse decipitur & gratiam perdet.

Contra ostentationem & superbiã.

Habebat ergo hanc magnificam uerbi DEI

doctri-

doctrinam, sicut & nos etiam ipsi ex parte fruiti sumus. Sed & maiorem habebat in operibus gratiam. Omne enim quicquid petijsset à DEO, sine mora consequebatur. Sed & reuelationes ei plurimæ ostendebantur. Deniq; seniorem fratrem suum, qui & ipse in hæremo defunctus est, cum quo plurimo tempore egerat uitam perfectam, uidit in somnis in sede Apostolica residentem, atq; unum ex ipsis hæreditatem sibi uirtutem & gratiam reliquisse. Cunq; etiam pro semetipso oraret, ut uelocius eum Dominus assumeret, & cum ipso sibi requiem præstaret in cœlis, responsum est ei à Domino saluatore, parum adhuc ei temporis in terris deberi, donec uitæ & conuersationis eius plurimi æmulatores existant, populos nanq; ei plurimos credendos esse Monachorum & exercitum quendam piorum, ut per hæc dignam pro talibus meritis remunerationem inueniret apud Deum.

Hæc autem ut uidit, ita gesta sunt, conuenerunt enim ex omni loco Monachi fama & doctrina eius inuitati, & precipue exemplis eius quam plurimi seculo renunciantes, conuentum quendam magnificum fecerunt apud eum in supra dicto montis loco, communem uitam mensæ unius

unanimi-

unanimiter conseruantes. Hos ergo tanquam uere cœlestem quendam, & Angeli cum cernebamus exercitum, omnibus uirtutibus adornatum. Nullus sane in eis sordidis utebatur indumentis, sed splendore uestium pariter atq; animorum nitebant, ita ut secundum scripturam letaretur heremus sitiens, & multi filij eius uiderentur in deserto. Quæ quamuis de Ecclesia dicta sint, tamen in Aegypti desertis hæc etiam historica relatione completa sunt. Vbi enim tantæ per urbes multitudines ueniunt ad salutem, quantas Aegypti deserta protulerunt? Quanti populi habentur in urbibus, tantæ penè habentur in desertis multitudines Monachorum. Vnde mihi uidetur etiam Apostoli dictum in eis esse completum, quod ubi abundauit peccatum, ibi superabundauerit gratia.

Aegyptiorum Idololatria.

Abundauit enim aliquando immundus idolorum cultus in Aegypto sicut nusquam gentium. Canes enim & simias atq; alia portenta olim uenerati sunt. Allia quoq; & cepas & nonnulla olerum Deos credebant, sicut ab ipso patre Apollonio tradente didicimus. Causam enim nobis priscæ eorum superstitionis hoc modo exposuit. Bouem quidem Deum crediderunt aliquando Aegyp

tij, pro-

rij, pro eo quod per ipsum rura excolentes, uictum cibumq; capiebant. Sed & aquam Nili colebant, pro eo quod uniuersas rigabat Aegypti regiones. Colebant quoq; & terram, utpote uberiorem cæteris terris. Canes etiam ut supradiximus, & simias ac diuersa herbarum genera atq; olerum colebant, pro eo quod occasionem sibi salutis per hæc uenisse opinabantur temporibus Pharaonis. Circa hæc enim singula occupatio eis exorta uidebatur, cum ille patres nostros persequens submersus est, & unusquisq; id per quod occupari uisus est, ne Pharaonem sequeretur, hoc sibi reputauit Deum, dicens, quia hoc mihi Deus fuit hodie, ut non sequerer Pharaonem, & simul cum ipso demergerer.

Hæc ergo erant uerba sancti Apollonij quæ nobiscum loquebatur. Sed multo magis illa scire oportet, quæ in operibus & uirtutibus habuit. Erant aliquando in circuitu sancti Apollonij positi decem circiter gentilium uici, apud quos demoniaca superstitio summo studio colebatur. Templum enim erat ibi amplissimum atq; in eo simulachrum, quod moris erat circumferri à Sacerdotibus bachantium ritu, cum reliqua multitudine circumeuntibus, & quasi pro aquis

pluuialibus

pluuialibus prophana myſteria peragentibus. Contigit autem ſub eo tempore, quo huiuſmodi ab eis orgia gerebantur iter agere beatum Apollonium per ipſa loca cum aliquantis fratribus. Et cum uidiſſet infœlicium turbas quaſi Demone quodam agi, bachariq; per campos, miſeratus errorem eorum, fixis genubus inuocauit Dominum & ſaluatorem noſtrum, & omnes eos qui ceremonijs Demoniacis agebantur cum ſimulachro ſuo ſtare fecit immobiles, nec progredi omnino uſquam poſſe. Atq; ita per totam diem rapidißimis aduſti eſtibus permanſerunt, ignorantes unde eis herere uno in loco immobiliter contigiſſet.

Miraculum.

Tunc Sacerdotes eorum dicebant, eſſe quendam Chriſtianum in regionibus uicinæ hæremi commanentem Apollonium nomine, & ipſius eſſe hæc opera, qui niſi eſſet exoratus, ſibi periculum permanſurum. Vt autem ad rei tantæ miraculum conuenerunt undiq; qui audierant, & percunctantes, quæ tanti cauſa extiterit monſtri, ignorare ſe penitus fatebantur, ſuſpitionem tamen dari ſibi dicunt ſupra dicti uiri, quem & exorari pro ſe depoſcunt. Tunc quidam ex ipſis uere eos opinari aiunt, nam & uidiſſe cum illo itinere prætereuntem confirmant, & tamen adhibere, quæ

puta-

putabant prodesse auxilia non morantur. Adducũt boues, quorum uirtute uideretur posse moueri simulachrum. Sed nec cum sic quidem aliquid profecissent, omni auxilio frustrati, legatos ad hominem DEI mittunt, pollicentes, ut si eos resoluat ab his uinculis, pariter quoq; erroris in eis uincula dissoluere. Hæc ubi nunciata sunt ei, sine mora descendit ad eos, & oratione sola ad Deum fusa, omnes resoluit. At illi sine dilatione unanimiter omnes confugiunt ad eum, saluatori DEO nostro credentes & gratias referentes. Simulachrum uero quod erat ligneum continuo igni tradunt, ipsi autem secuti hominem DEI, atq; edocti ab eo, fidem Christi, Ecclesiæ DEI sociata sunt. Plurimi uero ex ipsis cum ipso manserunt, & etiam nunc in Monasterijs degunt.

Facti tamen huius mirabilis fama ubiq; diffusa est, & multi pro hoc ad fidem Domini conuertebantur, ita ut in omnibus illis regionibus, nullus iam pene gentilium remaneret. Post aliquantum temporis certamen erat de finibus inter duos uicos, hoc cum nunciatum esset sancto Apollonio, festinans descendit ad eos pacis gratia. Sed illi furore contentionis incensi, nullo genere ad pacis consilium flectebantur, maxime quod unius partis po-

pulus, plurimum fiduciæ in uiribus cuiusdam latronis gerebat, qui ipsius certaminis signifer uidebatur. Hunc cum uideret Apollonius paci resistentem, dicit ad eum. Si mihi ò amice acquiescere uolueris ad pacem, rogabo Deum meum, & remittet tibi peccata tua. At ille cum audisset, nihil omnino distulit, sed genubus eius prouolutus supplicabat ei. Tum deinde conuersus ad turbas quæ eum secutæ fuerant, fecit omnes cum pace discedere. Quibus secedentibus ipse permansit cum homine DEI expectans ab eo promissum. Tunc uero Apollonius assumens eum, & cum ipso iter agens ad Monasterium, docebat eum mutare debere ordinem uitæ, & pacienter à DEO quærere misericordiam, & promißionem eius ex fide expectare, omnia enim poßibilia dicebat esse credenti. Cumq; noctis tempore simul in Monasterio requieuissent, per uisum ambo uident se esse in cœlis, & aßistere ante tribunal Christi. Vident etiam Angelos Dei, & sanctos quosq; adorantes Dominum. Et cum hæc uidentes etiam ipsi adorassent DEVM, uox Domini ad eos defertur, dicens. Licet nulla sit communio luci & tenebris, nec sit aliqua portio fideli cum infideli, tamen donatur tibi salus istius pro quod supplicasti Apolloni. Sed & alia multa

Exemplũ pœnitentiæ,

cum

cùm audissent in cœlesti uisione positi, quæ neq; sermo enarrare sufficit neq; auris audire, surrexerunt à somno & quæ uiderant fratribus indicarunt. Admiratio autem ingens esse cœpit, cum unum atq; idem somnium uterq; narrarent, permansit autem cum fratribus latro ille iam sanctus, uitam suam moresq; ad omnem innocentiam pietatemq; commutans, tanquam in agnum uersus ex Lupo, ut in eo plenißime compleri uideretur Prophetia Esaiæ dicentis, Lupi cum agnis pascentur, & Leo & Bos simul paleis uescentur. Latro conuersus ad Christum.

Vidimus ibi quosdam etiam gentis æthiopum uiros cum Monachis uiuentes, & multos ex cæteris Monachis in obseruantia religionis & uirtutibus animi præcellentes, ut & in ipsis compleri uideretur scriptura quæ dicit: Aethiopia preueniet manus eius Deo, Adhuc autem in gestis sancti Apollonij ferebatur hoc. Lis quodam tempore dicebatur exorta inter duos uiros, quorum unus Christianorum, alius gentilium fuit. Procedunt ex utraq; parte armatorum turbæ plurimæ, accidit autem ut uir sanctus Apollonius superueniret. Cumq; eos hortaretur ad pacem, quidam eorum qui inter gentiles quasi caput & causa belli illius stabat, homo truculentus & ferus obsi-

stebat ei uehementer, dicens, se non permittere fieri pacem usq; ad mortem suam, Tunc ille, fiat inquit, ut optas. Nullus enim alius præter te peri- metur, sed & mortuo congruum honori tuo tibi sepulchrum fiet, non terra, sed bestiarum ac uolucrum uentres. Et continuo sermo eius afficitur ueritas. Nullus enim alius ex utraq; parte, nisi solus ipse cecidit. Quem cum sub arena obruissent, mane regreßi inuenerunt corpus illius à Bestijs effosum, laniatumq;, atq; à uolucribus deuoratum. Cumq; omnes ammirationem habuissent, quod sermo hominis DEI ita fuisset impletus, conuersi sunt omnes ad fidem saluatoris Domini, & Apollonium Prophetam DEI prædicabant. Sed & hoc nos non effugiat, quod ab eo primis adhuc diebus, quibus in spelunca habitare cum paucis fratribus cœperat, factum didicimus.

Miraculū turbator pacis solo uerbo occiditur,

Dies sanctus aderat Pascæ, & cum solennitas uigiliarum sacramentorumq; intra speluncam fuisset expleta, atq; ex his quæ fuerant quam apud eos refectio pareretur, erant autem eis pauci tantummodo & sicci panes, atq; olera ex his, quæ sale aspera reponi apud eos solenne est. Tunc Apollonius fratres, qui secum erant, alloqui ita cœpit. Si est in nobis fides & ueræ fideles sumus fi-

muli

muli Christi, petat unusquisq; nostrum à Deo, si quid quis quasi in die festo sumere libenter habet. At illi ipsi potius, qui eos ætate & meritis precellere, hæc à DEO poscenda permittunt, semetipsos inferiores huius gratiæ iudicantes. Tunc ille cum omni alacritate orationem fudit ad Deum. Qua expleta, cum omnes respondissent Amen, ecce repente ante fores speluncæ astare uident homines quosdam sibi penitus ignotos, quiq; tam multas copias rerum omnium quæ ad usus duntaxat ciborum pertinent, detulerunt, ut neq; tam multa, neq; tam diuersa facile quisquam uiderit, in quibus erant quædam quæ omnino in Aegypti regionibus nusquam uisa sunt, uidelicet, pomorum genera, & magnitudo incredibilis uuæ, nuces, ficus, mala quoq; punica, & ante tempus omnis fatui atq; mellis & lactis copia, & panes calidi & mundißimi, qui tamen peregrini esse uiderentur prouinciæ. Viri uero qui hæc detulerant, statim ut ea Monachis tradiderunt, quasi festinanter ad eum, à quo mißi fuerant rediri cupientes mox discedunt. Tunc ipsi Monachi gratias Domino referentes, ex his quæ sibi fuerant delata uesci cœperunt. Quorum copia tanta fuit, ut usq; ad diem Pentecosten quotidie ministrata sufficerent, certi quod

hæc sibi à DEO solennitatis gratia missa sint.

Comperimus etiam hæc, quod quidem ex fratribus, cui deerat humilitatis & mansuetudinis gratia poposcit ab eo, ut peteret à Domino, ut sibi donaretur hoc munus, orante illo tanta in eum gratia mansuetudinis & humilitatis aduenit, ut omnes fratres stuperent de tranquillitate animi eius et modestia, in quo prius nihil horum uiderant.

Orta est aliquando fames apud Thebaidam. Scientes autem habitatores terræ illius, quod Monachi qui cum Apollonio Domino seruiebant, frequenter etiam sine cibo per Domini gratiam pascebantur, omnes simul cum uxoribus & filijs pergunt ad eum, cibum simul benedictionemq; poscentes. At ille nihil dubitans proferre cœpit ex his quæ ad usum fratrum reposita erant, & dare singulis copiose, Cum uero tres solæ panum sportæ remansissent, fames autem populum uehementer urgeret, iubet in medium proferre sportas, quæ solæ superfuerant unius diei uictum Monachis prebituræ, & in auditu totius populi, qui famis necessitate confluxerat, eleuatis ad Deum oculis manibusq; ait. Nunquid non ualet manus Domini multiplicare hæc? Sic dicit Spiritus sanctus. Non deficiet panis in sportis his donec satiemur omnes

Panes augentur oratione.

de fru-

de frugibus nouis. Etiam & plurimi ex his, qui tunc in præsenti fuerant, confirmabant quatuor continuis mensibus, nec cessatum est unquam erogari panis ex sportis, neq; deesse potuit aliquando.

Similiter autem & alio tempore fecisse eum de frumenti & olei specie perhibebant. Quibus uirtutibus motus Diabolus dixisse ad eum fertur: Nunquid Helias es tu? aut alius aliquis Prophetarum uel Apostolorum, quod hæc facere ausus es? At ille respondit ei. Quid enim nonne & Prophetæ & Apostoli homines erant, qui nobis & fidem suam & gratiam tradiderunt? Aut tunc Deus præsens erat, nunc uero absens est? Absit, Deus omnia potest, & qui potest, semper potest. Si ergo Deus bonus est, tu quare malus es? Hæc ut supra iam diximus à senioribus uiris religiosis & sanctis per eum gesta esse, fideli narratione comperimus. Et quamuis eorum fidelis sit habenda relatio, maiorem tamen fidem rerum præstitit etiam hoc, quod nosipsi oculis nostris inspeximus. Plenas enim sportas panibus deferri uidimus ad uacuas mensas, & cum replerentur panibus mensæ, atq; ad omnem satietatem consumerentur, plenæ nihilominus recolligebantur.

Aliud quoq; quod apud eum mirum uidimus, non silebo. Tres eramus nos fratres qui ad sanctum Apollonium uenimus, & ecce longe adhuc nobis positis ab eius Monasterio, occurrerunt fratres, qui ab ipso ante triduum audierant de aduentu nostro, occurrerunt autem nobis cum Psalmis, hoc enim moris est eis facere in aduentu omnium Monachorum. Et adorantes in facies suas usq; ad terram, osculabantur nos, atq; ostendentes nos sibi inuicem dicebant. Isti sunt fratres, de quorum aduentu ante triduum nobis pater Apollonius prædixerat, dicens: Post triduum affuturos tres fratres de Ierosolymis uenientes, Alij uero ex fratribus præcedebant nos, alij sequebantur, utráq; tamen turba psallebat. Vbi autem appropinquare cœpimus, audita uoce Psalmi etiam ipse sanctus procedit in occursum. Et ut uidit nos, statim prior adorauit usq; ad terram et surgens osculo nos suscepit. Vbi autem ingreßi sumus Monasterium, oratione prius, ut moris est, data, pedes nostros proprijs manibus lauit, & cætera quæ ad requiem corporis pertinent, adimpleuit. Hæc autem ita facere ei mos erat omnibus aduentantibus.

Prophetat Apollo.

Obserua ueterem morem Monachorum.

Illud quoq; moris erat apud eum, ut fratres qui

qui cum ipso erant, non prius cibum sumerent, quam communionem Dominicam perciperent, circa horam diei nonam, & post hoc interdum sic usq; ad uesperam permanebant, dum uerbum Dei audientes de mandatis Domini ad implendis sine intermissione docebantur. Post hæc iam cibo sumpto alij ipsorum ad hæremum secedebant per totam noctem scripturas diuinas memoria recolentes, alij in eodem loco ad quem conuenerant, permanebant, & usq; ad lucem in Hymnis & laudibus Dei peruigiles durabant, sicut ut ego ipse præsens uidi. Aliquanti uero ex ipsis circa horam nonam, cum descendissent de monte, percepta Dei gratia, statim descendebant, solo hoc spiritali cibo contenti, & hoc faciebant per plurimos dies.

Supra modum autem læticia & gaudium inerat eis, & tanta exultatio, quanta haberi ab ullo hominum non posit in terris. Nullus in eis tristis omnino inueniebatur, sed & si aliquis uisus fuisset aliquantulum mestior, statim pater Apollonius causam mesticiæ perquirebat. Frequenter autem etiamsi aliquis occultare uoluisset, ipse enunciabat quid lateret in corde, ita ut his qui patiebatur agnosceret. Monebat ergo eos dicens, non oportere

Contra Hypocrysin.

portere prorsus inesse tristiciam his, quibus salus in Deo est, & spes in regno cœlorum. Tristentur aiebat gentiles, & lugeant Iudæi, plangant sine cessatione peccatores, iusti uero letentur. Nam si illi qui terrena diligunt, super fragilibus & caducis rebus letantur, nos qui tantæ gloriæ spem & æternitatis habemus expectationem, cur non omni exultatione letemur? Aut non & Apostolus nos ita monet dicens, Semper gaudete, sine intermißione orate in omnibus gratias agite? Sed quis poßit doctrinæ eius & uerborum gratiam sufficienter exprimere, unde silere de his melius censeo, quam parum indigne proloqui.

Christianis lætandum.

Multa enim nobis etiam secretius de ratione „ abstinentiæ & conuersationis integritate, multa „ & de hospitalitatis studio disserebat, & præ„ cipiebat attentius, ut aduentantes fratres quasi „ Domini suscipiamus aduentum, Nam & adorari „ fratres aduenientes propterea inquit traditio no„ stri habet, ut certum sit in aduentu eorum aduentum Christi haberi. Sic enim & Abraham suscepit eos qui homines quidem uidebantur, Dominus autem in eis intelligebatur. Interdum autem etiam contra uoluntatem cogere debemus ad cor-

Hospitalitatis commendatio.

pora-

poralem requiem fratres sicut sancti Loth exempla nos edocent, qui Angelos ui compulsos, ad domus suæ adduxit hospicium. Sed & hoc monebat ut si fieri poßit, quotidiæ Monachi communicarent mysterijs Christi, ne forte qui se longe facit ab his, longe fiat à Deo, qui autem frequentius hæc suscipit, frequentius ipsum uideatur suscipere Saluatorem, quia & ita ipse saluator dicit: Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, in me manet & ego in eo. Sed & ipsa comemoratio Dominicæ paßionis cum aßidue fiat à Monachis, plurimum utilitatis eis confert ad exemplum patientiæ. Sed & commonitio datur per hæc, ut studeat unusquisq; ita semper paratus inueniri, ne indignus Dominicis mysterijs habeatur. Addebat autem his quod etiam remißio peccatorum, per hæc credentibus detur.

Cœna Domini frequenter utendum.

Ieiunia sane legitima, id est, quartam & sextam feriam monebat non esse soluenda nisi grandis aliqua neceßitas fieret, quia quarta feria Iudas de traditione Domini cogitauerat, & sexta feria crucifixus sit saluator. Videbitur ergo qui in his diebus sine aliqua neceßitate soluit statua ieiunia, uel cum tradente tradere Saluatorem, uel cum Crucifigentibus, Crucifigere.

Dicebat

Dicebat ergo, ut si forte in diebus prædictis superueniret aliquis fratrum, siquidem ante horam nonam laboris causa uelit reficere, ponendam ei esse mensam soli, quod si nolit, non esse cogendum, communis nanq; huius obseruantiæ traditio est. Culpabat sane eos ualde, qui uel comam capitis nutriunt, uel ferrum in collo circumferunt, uel aliquid tale, quod ad ostensionem hominum fieri uideatur, gerunt. Certum est enim inquit, quod isti ab hominibus laudem querant, & ostentationis causa hæc faciant, cum mandatum sit etiam ieiunia ipsa in occulto esse celebranda, ut DEO soli sint cognita qui uidet quod in occulto fit, & reddat palam. Sed, ut uidetur isti non sunt contenti eius testimonio & remuneratione, qui uidit in occulto, sed manifestari apud homines se uolunt. Omnis ergo abstinentiæ ratio in occulto habenda est, ut & corpus ieiunijs fatigetur, & tamen non apud homines iactantia, sed apud Deum retributio quæratur.

Contra ostentationem.

Hæc & multa alia nobis de conuersatione Monachorum, per totam disserens septimanam dierum, et fidem doctrinæ gestorum suorum auctoritate confirmans, ubi proficisci cœpimus, producens nos aliquantulum, monebat dicens: Ante

omnia

omnia pacem habetote inter uos, & nolite ab inuicem separari. Tunc conuersus ad fratres, qui simul cum eo producentes nos aderant, Quis, inquit, uestrum, fratres, promptus est deducere eos usq; ad uicina patrum Monasteria? Et cum penè omnes promptißimæ semetipsos obtulissent, & progredi nobiscum uellent, ipse sanctus pater Apollonius elegit ex omnibus tres, qui & Græcam linguam & Aegÿptiam bene nossent, ut sicubi necessarium fuisset, interpretarentur nobis qui & in collocutionibus suis ædificare nos possent. Mittens ergo eos nobiscum, præcepit, ne prius à nobis discederent quam omnes patres, atq; omnia quæ uelimus Monasteria uideremus, quamuis omnes circuire nemo sufficiat. Benedicens ergo nos dimisit, atq; in hæc uerba benedictionem dedit. Benedicat uos Dominus ex Syon, & uideatis quæ bona sunt Ierusalem, omnibus diebus uitæ uestræ

FINIT uita Beati Apollonij.

DE AMMONE ABbate, qui Draconem interfecit & latrones conuertit.

Que

QVAE AVDIVIMVS DE AMmone quodam sancto uiro, cuius etiam locum, in quo habitauerat uidimus in deserto, omittenda non credidi. Igitur cum ad locum eius peruenissemus, & progrederemur ad partem deserti, contra meridianum, uidimus per harenam uestigia tractus Draconis ingentis. cuius tanta magnitudo apparebat, quasi trabes aliqua per harenam ducta uideretur. Quod ut uidimus timore ingenti perculsi sumus. Fratres autem qui nos deducebant, hortabantur nos nihil omnino formidare, sed magis fiduciam capere, & per uestigium sequi Draconem, Videbitis enim inquiunt, quantum ualet fides, cum à nobis eum uideritis extingui. Multos enim et Dracones et angues et cerastes manibus nostris peremimus, sic enim scriptum legimus, quia credentibus in se, concedit saluator calcare super serpentes & Scorpiones, & super omnem uirtutem inimici. Sed illis hæc dicentibus, nos præ infidelitatis fragilitate, magis, magisq; metuebamus & rogabamus eos, ne uelint sequi Draconis uestigia, sed potius ut recto itinere pergeremus. Vnus tamen ex ipsis alacritate impatiens, insecutus est Draconem. Et cum non longe inuenisset eius speluncam, clamabat ad nos, ut iremus ad eum, & ui-

Draco ingentis magnitudinis

Credentibus omnia poßibilia.

& uideremus exitum rei. Quidam tamen ex fratribus occurrens nobis, qui inuicino habebat Monaſterium, prohibuit nos ire. Dicens ingentis eſſe magnitudinis beſtiam, nec poſſe nos ipſum ſaltem uiſum eius aſpectumq́; tolerare, precipue quia nihil tale in uſu habuerimus uidendi. Semetipſum uero fatebatur frequenter uidiſſe ipſam beſtiam, cuius uaſtitas quidem incredibilis, longitudo uero diſtentebatur in quindecim cubitis. Cumq; nos ad locum dehortatus eſſet accedere, ipſe properans, fratrem, qui illic nos hortabatur, paratus ad perimendam beſtiam, abſtraxit, ſecumq; reuocauit, & nolentem diſcedere, niſi extingueret eam, multa prece eum deflexit. Qui cum ueniſſet ad nos, ignauiam noſtram infidelitatemq́; redarguit.

Peruenientes autem nos ad cellulam fratris illius, qui nos rogauerat, cum omni gratia ab eo ſuſcepti, requieuimus. Ille ergo narrabat nobis, quod in illo loco ubi ipſe commanebat, fuiſſet quidam uir ſanctus, cuius ipſe eſſet diſcipulus, Ammon nomine, per quem plurimas uirtutes fecerit Dominus. Inter cetera igitur etiam hoc de eo narrabat.

Fequenter

Frequenter inquit, ueniebant ad eum latrones, panem, quo solo uestiebatur, auferentes ei, & siquid erat quod ád uictum suum continentißimum repositum uidebatur. Cumq; frequenter ab his molestiam pateretur, quadam die processit ad hæremum, et inde rediens, duos Dracones ingentes secum comitari iußit, atq; ad ostium monasterij sui manere eis precepit, ingressumq; seruare. Venientes ex more Latrones, uident qui essent custodes in limine. Et ut uiderunt Dracones, exanimes & amentes effecti, obmutuerunt statim & conciderunt. Quod ubi senior sensit, egressus, inuenit eos semineces, & accedens atq; erigens eos increpabat dicens. Cernitis quantum uos duriores estis bestijs? Illi etenim nobis propter Deum obediunt, uos autem nec Deum timetis, nec uitam seruorum Dei inquietare erubescitis. Veruntamen introducens eos in Monasterium, posuit eis mensam, & iubet ut perciperent cibum. Illi uero corde compuncti, & ab omni mentis suæ immanitate mox conuersi, multis seruis Dei, qui ante hos seruire DEO cœperunt, breui meliores fiunt. In tantum enim per pœnitentiam profecerunt, ut post non multum temporis, etiam ipsi eadem facerent signa, easdem uirtutes.

Dracones parent Ammoni.

Latrones conuersi.

Alio

ALIO PRÆTEREA TEMPORE, immanissimo quodam Dracone, uicinas uastante regiones, & plurimos perimente, uenerunt habitatores loci illius ad supradictum patrem rogantes eum, ut in regionibus suis perimeret bestiam. Simul etiam, ut ad misericordiam flecterent senem, puerum quendam pastoris filium secum deferunt, qui solo uisu Draconis exterritus, mente exciderat, & à flatu solo bestiæ, exanimis portabatur ac turgens. Tunc ille puerum quidem perungens oleo, restituit sanum. Semetipsum uero ad necem Draconis instigans, illis interim, quasi, qui nihil eos posset iuuare, promittere nihil uoluit. Mature autem surgens abijt ad digressus bestiæ, & figens genua sua in terram deprecatus est Deum. Tunc bestia cum ingenti impetu uenire super eum cœpit, teterrimis flatibus ac sibilis, stridoribusq; præmissis. At illi nihil horum metuens, conuersus ad Draconem dicit, perimat te Christus filius Dei, qui perempturus est cœtum magnum. Et ubi hæc senior dixit, statim dirissimus Draco omne simul cum spiritu euomens uenenum, disruptus crepuit medius. Cum autem conuenissent finitimi habitatores, & fracti Draconis miraculo obstupescerent, fetoris uehementiam non ferentes, con-

Draco ab Ammone sola oratione et uerbo occisus

gregauerunt super eum, harenæ moles immensas, astante tamen ibidem patre Ammone, quia nec sic quidem, cum mortua fuisset bestia, sine illo appropinquare ei audebant.

DE SANCTO COPRETE Presbytero & hæremita.

ERAT QVIDAM PATER IN ipsa hæremo, habens Monasterium, Copres nomine, uir sanctus annorum circiter octoginta, & ipse multas uirtutes faciens, languores curans, & efficiens sanitates, sed & demones fugans, & multa mirabilia faciens. Ex quibus nonnulla etiam in nostri præsentia effecit. Is ergo cum uidisset nos, & osculo salutasset, atq; ex more post orationem etiam pedes lauisset, requirebat à nobis quæ gererentur in seculo. Nos autem rogabamus eum, ut ipse magis nobis de suis gestis aliqua narraret, ex quibus actibus, quibusue meritis Dominus ei tantam gratiam contulisset, exponeret. At ille nihil dedignatus est, & suæ uitæ, & priorum suorum, narrare nobis ordinem cœpit, quos tamen longe illustriores fuisset perhibebat, seq; ipsorum parua uix exempla sectari. Dicebat ergo. Nihil magni

magni est ò filioli, quod in nobis uidetis ad comparationem sanctorum patrum.

Erat enim quidam ante nos uir nobilissimus pater nomine Mucius. Hic fuit primus in hoc loco Monachus, et in omni hac hæremo, uiam salutis omnibus nobis primus ostendit. Hic autem primo gentilis fuit, Latronum maximus & sepulchrorum uiolator, atq; in omnibus flagitijs nominatissimus, ad quem tali ex modo occasio salutis aduenit.

Nocte quadam ad domum cuiusdam uirginis Deo consecratæ, expoliandi gratia perrexit, cumq; machinis quibusdam, quæ huiusmodi artificibus notæ sunt, domus eius tecta concendisset, querens quali arte, uel quo aditu ad penetralia eius irreperet, difficultate perpetrandi operis innexus, plurimum noctis tempus in tectis positus, sine ullo transegit effectu. Post multos uero animiconatus frustra adhibitos, ueluti fessus somno opprimitur, et per uisum assistere sibi uidet quendam regio habitu fulgentem, & dicentem, Desine iam ab his flagitijs, et ab effusione humani sanguinis cessa, atq; ab execrabilibus furtis, ad laborem religiosum conuertere uigiliarum, et suscipe cœlestem, Angelicamq; militiam, atq; ex hoc iam animi uirtutibus uiue & ego te huius militiæ ducem atq; principem faciam.

At ille cum gratanter quæ sibi offerebantur, au-
disset, ostenditur ei exercitus Monachorum, &
Principatum tenere super eos iubetur. In his eui-
gilans astantem uidit sibi uirginem & requiren-
tem quis aut unde, uel cur illic adesset. At ille quasi
amens effectus, nihil ei respondit, sed tantum, ut
Ecclesiam sibi ostenderet, rogat. Illa uero cum
intellexisset esse in re aliquid operis diuini, homi-
nem perducit ad Ecclesiam, ac presbyteris offert.
Ad quorum ille uestigia proruens, orabat Chri-
stianum se fieri, & locum sibi pœnitentiæ dari.
Presbyteri uero, qui cognouerant uirum hunc,
omnium esse scelerum auctorem, mirantur si hæc
uera loqueretur, Et cum perseuerantia sui fidem
rei fecisset, monent eum, ut si hæc uellet, illa penitus
omitteret. Dehinc cum religionis initia suscepis-
set, orat sibi præcepta dari, quibus uiam salutis de-
beret incedere. At illi tres ei primi Psalmi uersi-
culos tradunt. Quibus ille diligenter consideratis,
sufficere sibi ait eos ad uiam salutis, & conscien-
tiam pietatis. Tribusq; diebus permanent apud
eos, ad hæremum proficiscitur, ubi plurimo tem-
pore demoratus, & die ac nocte in oratione cum
lachrymis perdurans, cibum, ex radicibus accipi-
ebat herbarum,

Regressus

Regressus autem ad Ecclesiam, tres uersiculos Psalmi, quos à presbyteris perceperat, non solum uerbis, sed & rebus atq; operibus reddidit. Presbyteri uero mirabantur quod subito conuersus acerrimam statim inierit abstinentiam & instruentes eum plenius ex diuinis scripturis, hortabantur secum demorari. At ille ne uideretur esse inobediens, unam apud eos exigens septimanam, rursus pergit ad hæremum, atq; ibi continuo per septem annos in omni abstinentia degens, plenitudinem gratiæ consequitur à Deo, ita ut penè omnes scripturas memoriter teneret. Panem uero, Dominica tantum de sumebat, & hunc diuinitus delatum. Nam cum oraret, surgens ab oratione inueniebat panem positum, quem nemo hominum detulerat. Hunc ubi cum gratiarum actione sumpsisset, sufficiebat ei usq; ad alteram Dominicam diem.

Post multum uero temporis, iterum regressus ex deserto, exemplo abstinentiæ suæ quam plurimos ad imitationem sui inuitauit, inter quos accessit ad eum adolescens quidam, cupiens eius esse discipulus. Cui ille, cum habitum Monachorum, hoc est, leuitinam & cuculam ac melotem, quæ est caprino pellis, imposuisset, docere eum de cæte-

ris Monachorum institutionibus cœpit.

Multa sane cum solicitudine curabat, sicubi Christianorum quis fuisset defunctus, ut sepeliret eum. Quem cum uidisset adolescens ille discipulus suus summe cum diligentia mortuis indumenta aptantem, dicit ad eum. Pater, uellem ut & me mortuum ita induceres ac sepelires, At ille. Ita inquit, faciam, & tam copiose te induam, donec dicas, sufficit. Post non multum uero temporis, defunctus est adolescens, & prædictus sermo completur, cum enim plurima ei circumdedisset indumenta, ait ad eum coram omnibus. Sufficiunt tibi hæc ad sepulturam filiole, an adhuc uis ut aliquid addamus? Tunc defunctus, uocem cunctis audientibus emisit, obuelata iam facie uultuque constricto et dixit: Sufficit pater, implesti quod promiseras. Obstupuerunt autem qui præsentes aderant, et admirati sunt ualde, super tam mirabili facto eius. At ille sepulto adolescente continuo ad hæremum rediit, summo studio iactantiam declinans.

Defunctus loquitur.

Quodam autem tempore iterum de hæremo uenit, ad uisitandos fratres, quos ipse instituerat, & cum quidam ex his in extremis ageret, reuelatum est ei à Domino, quod esset moriturus. Hora autem

autem iam erat ad uesperam declinans. Festinabat ergo, ut eum uidere posset. Vicus autem, ubi decumbebat æger, longo adhuc aberat spacio, & nolens noctu introire uicum, simul et saluatoris sermonem intra semetipsum meditans, quo dixit, ambulate dum lucem habetis in uobis, & qui ambulat in luce, non offendit. Cum uideret iam Solem dimergi, ait ad eum. In nomine Domini nostri Iesu Christi, sta paulisper in itinere tuo, et expecta me, donec ad uicum perueniam. At ille cum aliqua iam mergi cœpisset ex parte, restitit nec prius occubuit, quam homo DEI perueniret ad uicum. Hoc autem manifestum factum est hominibus illis, qui in eodem uico habitabant. Stantes enim & intuentes moras solis in occasum mirabantur omnes, quid sibi uellet hoc, quod tot horis in occasum suum non descenderat Sol. Videntes autem patrem Mucium de hæremo uenientem, quærebant ab eo, quid hoc esset signi, quod ostenderat Sol. At ille respondit eis. Non meministis uocem Domini et saluatoris nostri dicentem, si habueritis fidem sicut granum sinapis, maiora horum signa facietis? at illi cum intellexissent ad eius fidem, solem stetisse, timore magno exterriti sunt, plurimiq; ex eis iunxerunt se ei discipulos, et sequi eum cœperūt.

Sol stetit ad preces Mucij.

Cum autem ingressus fuisset domum illius fratris pro quo festinauerat, & inuenisset eum iam defunctum, oratione facta accedens ad lectum, osculatus est eum, & ait. Quid magis desiderij habes frater abire & esse cum Christo, an permanere in carne? Tunc ille recuperato spiritu paululum residens, ait ad eum. Quid me reuocas pater? Melius est mihi abire, & esse cum Christo, permanere autem in carne mihi necessarium non est. Cui pater Mucius. Dormi ergo, inquit, in pace fili, & ora pro me. At ille continuo reclinans se in lecto dormiuit. Hi autem qui aderant obstupuerunt, dicentes. Vere DEI homo est hic. Tunc ille induit adolescentem, ut sibi moris erat satis decore, & totam noctem Psalmis hymnisque peruigilem ducens, honestæ iuuenem tradidit sepulturæ.

Exemplũ resurrectionis mortuorum.

Alium autem fratrem, cum uisitasset decumbentem, ubi uidit eum quietem mortis difficulter accipere, & grauiter conscientiæ suæ metu redargui, ait ad eum. Cur imparatus es fili ad profectionem tuam? Accusatrix, ut uideo, ignauiæ „ tuæ tecum pergit conscientia. Tunc ille exorabat „ eum dicens, Obsecro te, intercede pro me ad Deum, ut mihi parui temporis spacium largiatur,

quo

quo poßim emendare uitam meam. At ille, Nunc inquit, spacium pœnitentiæ requiris, ubi uitæ tempus implesti: Quid faciebas in omni hoc uitæ tuæ tempore, Non potuisti uulnera tua curare? Quinimo & recentiora semper addebas. At ille cum permaneret exorans, ait ad eum senex: Si ultra non addas malis tuis mala, orabimus pro te Deum. Bonus est enim & patiens, & indulget tibi parum aliquid temporis uitæ, ut omnia debita tua reddas. Et cum post hæc orasset Deum surgens ab oratione, ait ad eum: Ecce tres annos tibi Dominus conceßit in hac uita, tantum ut ex animo ad pœnitentiam conuertaris, & apprehensa manu eius, eleuauit eum de lectulo. At ille surgens sine aliqua dilatione, secutus est eum ad desertum. Et ubi completi sunt tres anni, reuocabat eum ad locum, unde eum assumpserat, iam non quasi hominem, sed quasi Angelum, ex homine, Deo consignans, ita, ut omnes mirarentur de conuersatione eius. Cumq; conuenissent ad eum fratres plurimi, statuit eum in medio, atq; ex ipso materiam sumens, per totam noctem, doctrinam de fructibus pœnitentiæ & conuersionis, produxit ad fratres. Ipso uero sermonem faciente quasi dormitare, frater ille cœpit paululum, et continuo in perpetuum qui-

enit. Tunc facta oratione super eum, & omnibus quæ ad sepulturam pertinent, ex more completis, ad Hæremum properanter abscessit.

Mucius Nilum transiuit.

Frequenter autem & Nilum fluuium hunc immanem. pedibus transiuit, aquam usq; ad genu habens. Alio quoq; tempore, clausis ostijs fratribusq; in superioribus solarijs sedentibus, ipse ingressus est ad eos, & frequenter ad quemcunq; locum ire uoluit, quamuis longe positum, intra momentum temporis, euectus est. Nam primo adhuc tempore conuersionis suæ, cum esset in hæremo, & septimanam ieiunasset, aiunt occurisse ei hominem in deserto, habentem panem & aquam, qui & hortatus est eum accipere cibum. In alio quoq; tempore, Demon assistens thesauros auri plurimos, quos Pharaonis fuisse perhibebat, ostendit ei sub terra dimersos. Cui respondisse fertur pater Mucius. Pecunia tua tecum sit in interitum, & perditionem. Hæc ergo, & his similia plurima, effecit DEus per eum. Sed & alij nihil ominus fuerunt ante nos multi patres, quibus dignus non fuit mundus, signa cœlestia et prodigia facientes. Quid ergo miramini, si nos parui homines parua faciamus, claudos aut cœcos curantes, quod & Medici ex arte facere possunt.

Et

Et cum hæc nobis Copres ſenior enarraret, unus ex fratribus noſtris, quaſi incredulitate eorum, quæ dicebantur tædere cœpit, & præ tædio dormitare. Cunq; ſomno fuiſſet oppreſſus, uidit per uiſum Librum aureis literis ſcriptum, in manibus ſenis Copretis, ex quo narratio eius deduci uidebatur, & aßiſtentem quendam clarißimi aſpectus uirum, canicie uenerandum, comminatione ſibi magna dicentem. Cur non audis attente quæ recitantur, ſed incredulus dormitas? At ille conturbatus, euigilat, & ſtatim nobis ſecretius latino ſermone, quæ uiderat, enarrabat.

INter hæc autem uidimus ruſticanum quendam acceßiſſe ad oſtium ſenis, habentem uas harena plenum, & expectantem, donec ſenex ſermonem ſuæ narrationis expleret. Nos autem uidentes eum, interrogauimus ſeniorem, quid ſibi uellet ruſticanus iſte ſtans, & harenam tenens in uaſe. Reſpondit ad nos ſenior dicens: Non quidem oportebat me, ò filioli, hoc uobis prodere, ne gloriari uideamur, & merces laboris pereat, tamen pro ædificatione ueſtra & utilitate, qui tam longo itinere ueniſtis ad me, non patiar etiam hoc abſcondi à uobis, ſed enarro opera Domini, quæ dignatus eſt implere per nos. Terra regionis huius, quæ in uicino nobis poſita colitur, ſterilis ualde & infru-

ctuoſa

ctuosa fuit, ita ut si quando semina ex necessitate suscepit, duplicata uix redderet. Vermes enim quidam nascebantur in ipsis germinum culmis & ascendentes segetem succidebant: Erant autem agricolæ loci ipsius gentiles. Hos cum docuissemus Domino credere, & fidem CHRISTI recipere, Christiani iam facti, ueniunt ad nos, & rogant, ut oremus Dominum pro segetibus ipsorum. Et cum diceremus eis nos quidem oraturos, sed fidem ipsorum requiri apud DEVM, qui hoc percipere merentur. Illi ex harena hac quæ calcatur à nobis sinus suos replentes, offerunt nobis rogantes, ut in nomine Domini benediceremus. Et ego ad eos secundum fidem, inquam, uestram fiat nobis. Tunc illi aufferentes harenam secum, miscent seminibus quæ sæminaturi erant, & spargunt per agros, & tantum fructum ex eo colligunt, quantum nulla usquam potuit Aegypti terra colligere: Ex eo ergo consuetudo est eis, bis per annos singulos uenire ad nos, & eadem expectare à nobis.

Fides requiritur.

SED ET ILLVD NON CELABO uos, quod mihi Deus ad gloriam nominis sui præstitit: Descenderam aliquando ad ciuitatem et inueni ibi uirum quendam Doctorem Manicheorum,

rum ſeducentem populos, cum hoc habuit conflictum ſermonis. Sed quia erat uerſutus nimis, & concludere eum uerbis non poteram, ueritus ne auditorum turbæ lederentur, ſi ille quaſi ſuperior abſceßiſſet in uerbis, dixi. Accendite ignem plurimum in medio plateæ, & ambo intremus inflammam, ſiquis noſtrum ex ea non fuerit aduſtus, huius uera fides eſſe credatur. Quod cum dixiſſem, ualde placuit populo, et continuo ignis accenditur plurimus. Tunc ego apprehendens eum, cœpi mecum pertrahere ad ignem. Et ille, non ita, inquit, ſed unuſquiſq; noſtrum ſingulariter ingrediatur. Primus tamen tu debes intrare, qui hoc propoſuiſti. Et ego in nomine Chriſti conſignans memetipſum ingreſſus ſum ignem. Flamma uero huc illucq; diuidi, ac diſpergi, & refugere penitus à me cœpit. Steti in medio ignis dimidia fere hora, & in nomine Domini, in nullo penitus læſus ſum. Videntes autem populi cum ingenti admiratione acclamauerunt, & benedixerunt Deum dicentes: Mirabilis DEVS in ſanctis ſuis. Cœperunt autem urgere etiam Manichæum, ut introiret in ignem, At ille reluctari cœpit & ſubtrahere ſe. Tunc comprehendentes eum turbæ iniecerunt in medium ignis, & ſtatim circumdans eum flamma atq;

Copres per ignem Christi fidem probat contra Manichæum.

adurens

adurens semiustum reddidit. Et illum quidem cum dedecore ex urbe populus eiecit, clamans & dicens, uiuus ardeat seductor. Me uero assumentes secum, & benedicentes Dominum, ad Ecclesiam perducunt.

ALio quoq; tempore, dum transirem iuxta templum quoddam, uidi ibi sacrificare gentiles, & aio ad eos, Cur uos, cum sitis homines rationales immolatis mutis & insensibilibus simulachris? Nonne enim uos multo magis sine sensu estis, quam illi, quibus immolatis? Ad hunc sermonem Dominus aperuit eis intellectum, et relinquentes errorem suum, quem agebant, secuti sunt me, & crediderunt saluatori nostro DEO.

FVit mihi aliquando hortulus Monasterio uicinus, in quo propter aduentantes fratres olera colere uidebamur. Quidam autem gentilis ingressus est nocte, & furatus est olera. Quae cum pertulisset ad domum suam, igni apposuit ut coqueret, Cumq; tribus horis continuis ingenti igne suggesto, neq; feruere neq; molliri aut calefieri aliquatenus potuissent, sed permansissent eadem uiriditate, qua in ollam missa sunt, & neq; aqua quidem ipsa uel leuiter calefieri potuissent, in semetipsum regressus ille qui furatus est, erepta rursus

sus de foco olera reportabat ad nos, & prosternens se ante pedes nostros, rogare cœpit, ut peccati sui ueniam mereretur, & fieret Christianus, quod & impetrauit. Accidit autem eadem die hospites uenire ad nos plurimos fratrum, quibus oportunæ olera ipsa parata sunt. Gratias ergo referentes Domino pro mirabilibus suis duplicem læticiam gessimus, & pro salute hominis & pro beneficijs diuinis.

DE S. PAPHNVTIO.

VIDIMVS ET ALIVD MONAsterium sancti Paphnucij hominis DEI, qui nominatissimus in illis locis Anachorites, & ultimi habitator fuerat deserti, in regionibus Eracleos, splendidæ urbis apud Thebaidam. De hoc ergo fidelissima patrum narratione comperimus, quod cum fuisset uitæ Angelicæ, quodam tempore orauerit ad Deum, ut sibi ostenderet, cui sanctorum similis haberetur: Assistens uero Angelus Dei respondit ei, quod similis esset Symphoniaco cuidam, qui in uico illo cantandi arte uictum quæreret. Tunc ille obstupefactus nouitate responsi, cum omni properatione pergens ad uicum requirit hominem

Contra præsumptionem & confidentiam operum.

hominem. Et cum inuenisset, studiosissime percunctabatur ab eo, quid nam sancti & religiosi operis gestum sit ei, omnesq; actus eius curiosius discutit. At ille respondit, quod res erat, se esse indignissime uitæ hominem peccatorem, atq; ante non multum temporis ex Latrone in istud, quod nunc exercere uideretur fœdum artificium deuolutum, Paphnucius eo magis instabat requirens, si quid ei forte uel inter latrocinia pij operis fuisset admissum. Nihil inquit mihi conscius sum boni, Hoc tamen scio quod cum inter latrones essem, capta est aliquando à nobis uirgo Deo consecrata, huius cum cæteri collegæ mei Latrones, cuperent eripere pudorem, obieci me medium, & eripui eam de contaminatione latronum, & nocte deducens eam usq; ad uicum domui suæ restitui intactam. Alio quoq; tempore inueni mulierem honestæ formæ in hæremo oberrantem, Hæc cum interrogaretur à me, uel cur, aut quomodo in hæc loca deuenisset, respondit, Nihil me interroges, infœlicissimam mulierem, nec causas requiras, sed si ancillam placet habere, abducito, quo uis. Mihi enim infœlici, est maritus, qui debiti fiscalis gratia sæpe suspensus, & flagellatus, ac pœnis omnibus cruciatus, seruatur in carcere, nec aliam ob

causam

causam producitur, nisi ut tormenta patiatur.

Tres autem nobis filij fuerunt, qui pro eiusdem iam debiti necessitate distracti sunt. Ego quoq; miserrima, quia ad similes pœnas inquiror, de loco ad locum fugitans, inedia miseriaq; confecta, per hæc nunc latitans oberro loca, triduum hoc sine cibo iam ducens. Ego ubi hæc audiui, miseratus adduxi eam ad speluncam, & reficiens animam eius fame collapsam, dedi etiam trecentos ei solidos, pro quibus se ac maritum & filios, non solum seruituti, sed & supplicijs asserebat obnoxios, & reuocatam eam ad ciuitatem omnes eos data pecunia liberaui. Hoc solum scio me fecisse in latrocinio meo. Tunc pater Paphnutius, Ego inquit, nihil tale feci, tamen credo etiam ad te peruenisse quod celebre Paphnutij nomen inter Monachos habeatur. Fuit enim mihi non mediocris studij, ut uitam meam in huiusmodi excolerem disciplinis. Deus igitur de te mihi reuelauit, quia nihil minus apud ipsum meriti habeas quam ego.

Postea quam autem Paphnutius acrioribus semetipsum studijs, quam prius exercuerat agens, iterum Domino supplicabat, ut sibi ostenderet quis ei esset similis super terram, Fit ergo uox ad eum dicens, Similem te esse nosce primario uici huius,

qui est in proximo. Quibus auditis, Paphnutius sine mora ad eum properans, pulsat ad ostium domus eius. Ille uero, cui moris erat suscipere hospites, occurrit ei, atq; introduxit in domum suam. lauans quoq; pedes eius, apposuit mensam, egitq; conuiuium, inter epulas uero percunctari Paphnutius cœpit ab hospite, qui actus eius, quod studium, cuiusq; operis haberet exercitia. Ille uero cum de se humilia responderet, et latere in bonis quam publicari mallet, perurgebat Paphnutius dicens, reuelatum sibi esse à Domino, quod dignus esset consortijs Monachorum. At ille ergo magis humiliora de seipso, sentiens, aiebat, Ego quidem in nullo mihi boni alicuius sum conscius, Verum, quia uerbum Dei factum est ad te, eum quem nihil latet celare non possum. Hæc ergo quæ mihi in medio multorum posito in usu sunt, loquar. Triginta iam completi sunt anni, quod continentiæ consensum habere me cum coniuge mea, nullus agnouit. Suscepi autem ex ea tres filios, horum enim causa solummodo cognita est mihi uxor, nec præter eam alia, nec ipsa ultra iam cognita. Suscipere hospites nunquam cessaui, sed ita ut neminem ante me paterer aduenienti occurrere peregrino. Non dimisi unquam de domo mea hospitem sine uiatico, pauperem nullum

lum despexi, sed quæ necessaria fuerant prebui. Si in iudicio sedi, nec filij mei personam contra iusticiam accepi. Alieni laboris fructus, nunquam introierunt in domum meam. Litem si uidi nunquam preterij, donec reconciliarem dißidentes ad pacem, Nemo unquam deprehendit in culpa famulos meos, nunquam greges mei leserunt fruges alienas. Volentes seminare in rure meo, nunquam prohibui, nec uberiora mihi noualia elegi, & steriliora illis, dereliqui. Quantum in me fuit, nunquam permisi ut potentior infirmum premeret. Semper studui in uita mea, ut neminem contristarem. Iudicium si fuit apud me, neminem condemnaui, & dissidentes reuocare in concordiam studij. Hæc interim mihi uitæ institutio, Deo danante, hactenus fuit.

Opera uocationis plurimum accepta Deo.

Audiens autem hæc beatus Paphnutius, caput eius exosculans, benedixit eum & dixit: Benedicat te Dominus ex Syon, & uideas quæ bona sunt Ierusalem omnibus diebus uitæ tuæ.

TErtio igitur Paphnutius semetipsum maioribus exercitijs dedit, exiguos priores deputans labores, quibus conferri potuerit his qui seculi uidebantur actibus occupari, hoc enim sibi dicebat:

Si isti qui sunt in seculo tantum boni operis faciunt, quanto nos studere debemus plus uel amplius in abstinentiæ labore eos antecedere. Tunc uero Paphnutius persistebat in ieiunijs & orationibus, semetipsum ad maiora & perfectiora extendens, & rursus orabat Dominum, ut sibi ostenderet, cui similis haberetur inter homines. Rursus ei uox diuina respondit, dicens: Similis es negociatori, quem uideris ad te uenientem, sed exurge uelociter & occurre ei, adest enim uir cui te similem iudicaui.

Negociator.

Et Paphnucius sine mora descendens occurrit cuidam negociatori Alexandrino, uiginti milibus solidorum merces tribus nauibus deferenti ex Thebaida, & quoniam erat religiosus & bonorum operum studium gerens, decem leguminum saccos pueris suis imposito ad Monasterium Dei hominis deferebat, hæc ei causa adeundi Paphnucium fuit.

Contra uitam Monasticam.

Cæterum cum quidam Presbyteri ad eum uisitandum uenissent, omnia eis quæ sibi Dominus reuelauerat nota fecit, dicens ad eos: Nullum in hoc seculo deberi despici, etiam si latro sit aliquis, aut in scena positus etiam si cultum ruris exerceat, & coniugio uideatur astrictus, etiam si negociator dicatur & mercimonijs inseruiat, tamen in omni ordine, humanæ uitæ, sunt animæ, DEO placentes

placentes, & habentes actus aliquos occultos, quibus delectatur Deus, unde constat non tantum professionem uitæ aut habitus speciem, Deo esse placitam, quantum sinceritatem atq; affectionem mentis & operum probitatem.

DE SANCTO APOLLONIO Monacho & martyre.

FVIT QVIDAM PERSECVTIonis tempore Monachus, nomine Apollonius, Qui cum uitam magnificam egisset inter fratres, etiam Diaconus ordinatus est. Tempore ergo persecutionis erat ei studium singulos quosq; circuire fratres, & cohortari eos ad martyrium. Cumq; fuisset etiam ipse comprehensus, & incarcerem trusus, gentilium plurimi, tanquam insultaturi ueniebant ad eum, & uerbis blasphemis & impijs confutabant. Inter quos fuit quidem Philemon nomine Choraula famosissimus et omni populo amabilis. Qui cum multis eum fatigaret iniurijs impium & scelestum & seductorem uocans, multorumq; mortalium, deceptorem, dignumq; esse ab omnibus odio haberi. Cumq; hæc & multa alia

Exempla Christianæ constantiæ in Cruce & confessione.

Choraula.

aduersum eum grauiora loqueretur, respondit ei Apollonius dicens: Misereatur tibi Deus fili & nihil tibi horum, quæ locutus es reputet ad peccatum. Hæc cum audisset Philemon corde compunctus est, uimq; uerborum eius supra humanum morem in sua mente persensit, intantum, ut Christianum se repente fateretur. Et inde statim peruolat ad tribunal iudicis atq; in conspectu totius populi proclamans, iniuste, inquit agis, ò Iudex, uiros religiosos & Deo amabiles puniens, nihil enim Christiani uel mali faciunt uel docent. At ille hæc audiens, primo quidem putabat utpote loci illius hominem ioci aliquid proponere: Sed cum uidisset hæc eum serio prosequentem, & cum omni constantia asserentem, insanis inquit, ò Philemon & mente captus es subito? At ille. Ego inquit, non insanio, sed tu iniustißimus atq; insanißimus Iudex es, qui tot iustos iniuste perimis uiros. Ego enim Christianus sum, quod est hominum genus optimum. Tunc ille coram populo cœpit eum primo plurimis blandimentis reuocare uelle in id, quod eum nouerat, sed ubi immobilem uidit, omnia intendit in eum genera tormentorum. Cognito uero, quod ex uerbis Apollonij hæc ei fuerit facta permutatio, correptum etiam Apollonium, grauioribus

Vis orationis.

ribus subdidit tormentis, & deceptoris in eum crimen exaggerat. Apollonius uero, utinam inquit, & tu Iudex, & omnes qui aßistunt & audiunt me hunc meum quem dicis errorem, deceptionemq; sequeremini. At ille ubi hæc audiuit, & ipsum & Philemonem ignibus tradi in conspectu populi iubet. Illi uero postquam ingreßi sunt flammas, beatus Apollonius cunctis audientibus clamat ad Dominum dicens.

Non tradas DOMINE bestijs animas confitentium tibi, sed ostende uobis Domine euidenter salutare tuum. Igitur ubi hoc in auditu populi & iudicis, ad Dominum locutus est Apollonius, repente nubes repleta rore circumdedit uiros, & flammas accensi ignis extinxit. Super quo obstupefacti & Iudex & populus, una uoce omnes clamare cœperunt. Magnus et unus est Deus Christianorum solus immortalis. Sed hæc cu fuissent præfecto Alexandriæ nunciata, semetipso truculentior redditur, et electis quibusdam de officio crudelißimis & seuißimis, non tam hominibus quam bestijs mittit, qui & ipsum iudicem, qui mirabilibus diuinis crediderat, et eos per quos uirtus Dei apparuerat uinctos in Alexandriã deducerẽt.

Igitur cum adducerentur omnes pariter uincti, affuit gratia Dei in uerbo, & cœpit Apollonius eos, qui se uinctos ducebant fidem Dei docere. Quiq; cum Domini misericordiam credidissent, & fidem Dei tota cordis firmitate recepissent, semetipsos cum his, quos exhibere uenerant uinctos offerunt iudici, & Christianos se esse pariter profitentur. Quos cum præfectus in fide Dei pertinaces et immobiles peruidisset, uniuersos pariter iubet in profundum maris dimergi, ignorans impius quid ageret. Hoc enim sanctis non mors sed Baptisma fuit.

DE SANCTO MAchario Aegyptio.

NARRABAT AVTEM NOBIS quidam ex patribus, qui ibi erant, quod in locis illis duo Macharij, quasi duo cœli luminaria refulsissent, ex quibus unus Aegyptius genere, & discipulus beati Antonij fuit, alius Alexandrinus. Quibus ut uocabula nominis, ita, uirtutes animi, & cœlestium gratiarum magnificentia concordabat. Vterq; enim Macharius abstinentiæ, exercitijs & uirtutibus animi æqualiter pollens, hoc solo alius præcellens, quod quasi hæreditatem gra-

tiarum & uirtutum beati Antonij poßidebat. Hunc deniq; ferunt aliquando cum homicidium in locis uicinis fuisset admissum, et innocenti cuidam impingeretur crimen admißi, confugisse ad eius cellulam, is qui calumniam patiebatur, affuisse etiam eos qui urgebant, allegantes & dicentes periclitari seipsos, nisi comprehensum legibus, traderent homicidam. Hic uero cui crimen impingebatur cum Sacramentis affirmabat, conscium se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab utraq; parte certamen haberetur, interrogabat sanctus Macharius, ubi sepultus esset, qui dicebatur occisus. Cumq; designassent locum, cum omnibus qui ad perurgendum hominem uenerant, pergit ad sepulchrum atq; ibi fixis genibus inuocato Christi nomine, ait ad eos qui aßistebant. Nunc Dominus ostendat, si uere reus est hic, qui perurgeretur à uobis. Et eleuata uoce, ex nomine clamabat defunctum. Cumq; ei uocatus de sepulchro respondisset, ait ad eum. Per fidem Christi te obtestor, ut dicas, si ab hoc homine qui calumniam patitur occisus es. Tunc ille de sepulchro clara uoce respondit, dicens, non se ab eo esse interfectum, Et cum obstupefacti omnes decidißent in terram, ac pedibus eius aduoluerentur, rogare cœperunt, ut interrogaret eum,

Miraculũ mortuus loquitur.

Fides resurrectionis mortuorum.

a quo esset occisus. Tunc ille, hoc, inquit, non interrogabo. Sufficit enim mihi, ut innocens liberetur, non est autem meum ut reus prodatur.

Aliud quoq; eius genus miraculi ferebatur. Cuiusdam è uicino oppido Patrisfamilias, uirgo filia, per fantasias Magicas, uidebatur hominibus in Equinum animal uersa, ut putaretur Equa esse, & non puella. Hanc adduxerunt ad eum. Tunc ille percunctatur. Quid sibi uellent. Aiunt parentes eius. Equa hæc quam uident oculi tui, puella uirgo & filia nostra fuit, sed homines peßimi Magicis artibus in animal hoc, quod uides eam uerterunt.

Præstigium Satanæ, qui falsa specie quasi puella in Equam mutata sit illusit parentibus.

Rogamus ergo, ut ores Dominum, & commutes eam in id, quod fuit. At ille ait. Ego hanc quam ostenditis mihi puellam uideo, nihil in se pecudis habentem. Hoc autem quod dicitis, non est in eius corpore, sed in oculis intuentium. Fantasiæ enim Dæmonum sunt istæ, non ueritas rerum. Et cum introduxisset eam cum parentibus suis intra cellulam, fixis genubus, orare Christum cœpit, simulq; et parentes hortabatur secum Domino supplicare, et post hæc perungentes eam oleo in nomine Domini, omni fallacia uisus expulsa, uirginem uideri omnibus ut etiam sibi uidebatur, effecit.

Aiebant

Aiebant præterea, et aliquando uenisse ad eum hæreticum quendam Hieracytam, quod genus Hæreseos inuenitur apud Aegyptum. Hic cum per multam loquendi artem, plurimos fratrum, qui habitabant in Hæremo, conturbaret, ausus est etiam coram ipso fidei suæ asserere prauitatem. Cui cum resisteret senior et contradiceret, ille uerba simplicia argumentis callidis eludebat. Sed cum uideret sanctus, fidem fratrum periclitari, quid opus est, inquit nos uerbis contendere ad subuersionem audientium. Exeamus ad sepulchra fratrum, qui nos præcesserunt in Domino, et cui nostrum concesserit Dominus suscitare mortuum de sepulchro, sciant omnes, quia illius fides probatur à Deo, Sermo hic omnibus qui aderant fratribus placuit. Processerunt ad sepulchra, hortatur Macharius Hieracytam ut euocaret mortuum in nomine Domini: At ille. Tu, inquit, qui proposuisti prior euoca. Et Macharius prosternens se in oratione ante Dominum, ubi sufficienter orauit eleuatis sursum oculis suis, ait ad Deum. Tu inquit Domine, quis ex duobus, nobis rectam fidem teneat, ostende, eleuato mortuo hoc. - - Et cum hæc dixisset fratris cuiusdam nomen, qui nuper fuerat sepultus, euocauit, cui ille, cum de tumulo

Macharius non uerbis sed uirtute miraculorum suscitans mortuum, pugnat contra hæreticum.

respondisset

respondisset, accedentes fratres, continuo quæ superposita erant, auferunt, & eductum cum de sepulchro, resolutis fasciolis, quibus constrictus erat exhibuerunt, uiuentem. Hieracyta uero ubi hæc uidit, obstupefactus in fugam uertitur. Quem fratres quoq; omnes insequentes, extra terminos terræ illius, exturbauerunt. Multa etiam alia ferebantur de eo, quæ nimis prolixa sunt ad scribendum, sed ex his paucis etiam cætera eius opera noscuntur.

DE VIRTVTIBVS alterius Macharij, uidelicet Alexandrini.

FVIT QVOQVE ALIVS Macharius, de quo hoc fertur. Quod quodam tempore noctis, Demon ad ostium cellulæ eius, pulsauit dicens. Surge Abbas Machari, & eamus ad collectam, ubi fratres ad uigilias congregantur. Sed ille, qui gratia Dei repletus, falli non poterat, intellexit Diaboli esse fallaciam, & ait, O mendax & ueritatis inimice. Quid enim tibi con-

sortij,

sortij, quid societatis est, cum collecta & congregatione sanctorum? At ille: Latet ergo te inquit, ò Machari, quod sine nobis nulla collecta agitur, nullaq; congregatio Monachorum: Veni deniq;, & uidebis opera nostra. Tum ille: Imperet, inquit, tibi Dominus, Dæmon immunde. Et conuersus ad orationem, petijt à Domino, ut sibi ostenderet, si hoc uerum esset, quod gloriatus est Dæmon. Abijt ergo ad collectam, ubi à fratribus uigiliæ celebrabantur, & iterum in oratione Dominum deprecatur, ut sibi ueritatem uerbi huius ostendat. Et ecce uidit per totam Ecclesiam, quasi paruulos quosdam pueros Aethiopes tetros discurrere, huc atq; illuc, & uelut uolitando deferri. Moris autem eis inibi sedentibus cunctis, ab uno dici Psalmum, ceteris uel audientibus uel respondentibus. Discurrentes ergo illi Aethiopes pueri, singulis quibusq; sedentibus alludebant, & si cui duobus digitulis oculos compreßissent, statim dormitabat.

Orationes piorum à Satana impediri.

Si cui uero in os immersissent digitum oscitare eũ faciebant, Vbi uero post Psalmum ad orandum processissent fratres, præcurrebant nihilominus singulos & ante alium iacentem in oratione quasi mulierum specie, ferebantur ante alium quasi

edi-

ædificantes, aut portantes aliquid, aut diu queq; agentes apparebant. Et *quæcunq;* Dæm *quasi ludendo formassent, hæc orantes illi in dis sui cogitatione uersabant.* A *nonnullis tan ubi aliquid horum agere cœpissent, quasi ui q dam repulsi præcipites deijciebantur, ita ut stare quidem prorsus, aut transire iuxta eos au rent, alijs uero etiam infirmis fratribus supra nices et dorsa ludebant, quia non erant in sua tione intenti,* Hæc *cum uidisset sanctus* Macha *ingemuit grauiter et lachrimas profundens ad minum, respice, ait,* Domine, & *ne sileas, neq; n geris* Deus. Exurge *ut dispergantur inimici tu fugiant à facie tua, quoniam anima nostra repl illusionibus:* Post *orationem tamen, exanima ueritatis gratia seorsum euocatis singulis quib fratribus, ante quorum faciem uiderat* Dæmo *diuerso habitu, & uarijs imaginibus ludentes, quirit ab eis si in oratione, uel ædificandi cogit ones habuerit, uel iter agendi uel alia diuersa, unicuiq; imaginata per* Dæmones *uiderat, & s guli eorum ita confitebantur in corde suo fuisse ille arguebat, & tunc intellectum est, quod om uanæ et superfluæ cogitationes quas uel psalm rum, uel orationum temporum unusquisq; con perit, ex illusione* Dæmonum *fiant, ab his aut*

qui omni custodia seruant cor suum, tetri repelluntur Aethiopes. Deo enim coniuncta mens, et in ipsum præcipue tempore orationis intenta, nihil alienum, nihil superfluum recepit.

Aliud quoq; multo terribilius addebat, quod uidisset eo tempore, quo fratres accedebant ad Sacramenta. Vbi porrexissent ad suscipiendum palmes, in nonnullorum manibus præuenientes Aethiopes, carbones deponere, corpus autem, quod tradi manibus sacerdotis reddere uidebatur ad altare, alijs uero extendentibus manus ad altare longe recedere Dæmones, & cum ingenti metu effugere, Angelum enim Domini aßistere uidebat altari, qui cum sacerdotis manu, suam quoq; manum in Sacramentorum distributione exponeret. Sed & multa ut diximus, alia ex operibus sancti Macharij Alexandrini mirabilia feruntur, ex quibus nonulla in XI. Libro Ecclesiasticæ historiæ inserta, qui requiret, inueniet.

Communicantibus sacramento Altaris adsistere Angelos.

DE SANCTO AMMONE primo Nytriæ Monacho.

ADOLESCENS QVIDAM QVI morsu canis rabidi in rabiem uersus est, multis uinctus catbenis ad Abbatem Ammonem deducitur,

deducitur, prosequentibus eum, parentibus suis et rogantibus pro eo. At ille. Quid, inquit, mihi mo-lesti estis ò homines? Supra merita mea est, quod expetitis, sed tamen hoc uobis indicare possum, quod in manibus uestris est eius sanitas. Reddite uiduæ bouem suum, quem furati estis, & sanus reddetur uobis filius uester. Ac illi extimuerunt quidem ualde, quod ea quæ in secreto gesta sunt, non latuerunt hominem Dei, gauisi sunt tamen, quod hanc eis uiam salutis ostendit, & sine mora ut reddiderunt direpta, orante homine Dei etiam iuueni sanitas rediit.

Furtum parentum punitum in filio.

VITA PAVLI
Eremitæ.

PROLOGVS.



NTER MVLTOS sæpe dubitatum est, à quo potissimum Monachorum eremus habitari cœpta sit. Quidam enim altius repe-tentes à beato Helia & Io-hanne sumpsere principiũ. Quorum & Helias plus nobis uidetur fuisse, quam

Monachus,

Monachus, & Iohannes ante prophetare cœpisse quam natus est. Alij autem (in quam opinionem uulgus omne consentit) asserunt Antonium huius propositi fuisse caput, quod ex parte uerum est. Non enim tam ipse ante omnes fuit, quam ab eo omnium incitata sunt studia. Amathas uero & Macarius discipuli Antonij, quorum superior magistri corpus sepeliuit, etiam nunc affirmant Paulũ quendam Thebæum principem istius rei fuisse, quod non tam nomine, quam opinione nos quoq; comprobamus. Nonnulli & hæc, & alia, pro ut uoluntas tulit iactitant, subterraneo specu crinitum calcaneotenus hominem fuisse, & multa alia quæ persequi ociosum est, incredibilia fingentes. Quorum, quia impudens mendacium fuit, ne refellenda quidem sententia uidetur. Igitur quia de Antonio tam Græco quam Romano stilo diligenter traditum est, pauca de Pauli principio & fine scribere disposui, magis quia res omissa fuit, quam fretus ingenio, Quomodo autem in media ætate uixerit, & quas Satanæ pertulerit insidias, nulli hominum compertum habetur.

SVB DECIO ET VALERIANO persecutoribus, quo tempore Cornelius Romæ, Cyprianus Carthagine, fœlici cruore damnati

Vita Monastica ex persecutione cœpit Anno Domini. 260

nati sunt, Multas apud Aegyptum & Thebaidam Ecclesias, tempestas sæua populata est: Voti tunc Christianis erat, pro Christi nomine gladio percuti. Verum hostis callidus tarda ad mortem supplicia conquirens, animas cupiebat iugulare, non corpora. Et ut ipse, qui ab eo passus est, Cyprianus ait, uolentibus mori, non permittebatur occidi. Cuius ut crudelitas notior fiat, duo memoriæ causa exempla subiecimus. Perseuerantem igitur in fide Martyrem, & inter aculeos laminasq; uictorem, iussit melle perungi, & sub ardentißimo sole, ligatis manibus post tergum resupinari, scilicet, ut muscarum aculeis cederet, qui ignitas sartagines ante superasset. Alium iuuenili ætate florentem, in amœnißimos hortulos præcepit abduci. Ibiq; inter lilia candentia & rubentes rosas, cum leni iuxta murmure aquarum serperet riuus, & molli sibilo arborum folia uentus præstringeret, super extructum plumis lectum resupinari, & ne se inde posset excutere, blandis serico nexibus irretitum relinqui. Quo cum recedentibus cunctis meretrix speciosa uenisset, cœpit delicatis stringere colla complexibus. Et, quod dictu quoq; scelus est, manibus attrectare uirilia, ut corpore in libidinem concitato se uictrix impudica superiaceret.

ret. Quid ageret miles Christi, & quo se uerteret nesciebat. Quem tormenta non uicerant, superabat uoluptas. Tandem cœlitus inspiratus, præcisam morsu linguam in osculantis se faciem expuit, ac sic libidinis sensum succedens doloris magnitudo superauit.

Per idem ergo tempus quo talia gerebantur apud inferiorem Thebaidam, cum sorore iam uiro tradita, post mortem amborum parentum in hæreditate locupleti, Paulus relictus est annorum circiter quindecim, literis tam Græcis quam Aegyptiacis apprime eruditis mansueti animi, Deum ualde amans. Et cum persecutionis procella detonaret, in uillam remotiorem & secretiorem secessit. Verum quid non mortalia pectora cogis auri sacra fames? Sororis maritus cœpit prodere uelle, quem celare debuerat. Non illum uxoris lachrymæ, non communio sanguinis, non spectans cuncta ex alto Deus ab scelere reuocauit. Ad hæc instabat crudelitas, quæ pietatem uidebatur imitari. Quod ubi prudentissimus adolescens intellexit, ad montium deserta confugiens, dum persecutionis finem præstolaretur, necessitatem in uoluntatem uertit, ac paulatim progrediens, rursusq; subsistens, atq; hoc idem sæpius faciens, tandem repperit saxeum montem: Ad cuius radicem

Natales et adolescentia Pauli.

Persecutio causa fugiendi in Eremum

Descriptio loci in quo habitauit Paulus Eremita.

haud procul erat grandis spelunca, quæ lapide claudebatur. Quo remoto (ut est cupiditas hominum occulta cognoscere) auidius explorans, animaduertit intus grande uestibulum, quod aperto desuper cœlo, patulis diffusa ramis uetus palma contexerat, fontem lucidißimum ostendens, cuius riuum tantummodo foras erumpentem, statim modico foramine, eadem quæ genuerat aquas terra sorbebat. Erant præterea per excesum montem haud pauca habitacula, in quibus scabræ iam incudes & mallei, quibus pecuniæ olim signatæ uisebantur. Hunc locum Aegyptiorum literæ ferunt furtiuæ monetæ officinam fuisse, ea tempestate, qua Cleopatræ iunctus est Antonius.

Igitur adamato (quasi quod à Deo sibi offerretur) habitaculo, omnem ibidem in orationibus & solitudine duxit ætatem. Cibum & uestimentum ei palma prebebat. Quod ne cui impoßibile uideatur: Iesum testor & sanctos Angelos eius in ea eremi parte quæ iuxta Syriam Saracenis iungitur, uidisse me Monachos, de quibus unus per triginta annos clausus, hordeaceo pane & lutulenta aqua uixit. Alter in cisterna ueteri (quam gentili sermone Syri cubam uocant) quinq; caris

cis per singulos dies sustentabatur. Hæc igitur incredibilia esse uidebuntur his qui non crediderint, quia omnia poßibilia sunt credentibus. Sed ut ad id redeam, unde digressus sum cum iam centum tredecim annos beatus Paulus uitam cœlestem ageret in terris, & nonagenarius in alia solitudine Antonius moraretur (ut ipse asserere solebat) hæc in mentem eius cogitatio incidit, nullum ultra se perfectum Monachum in eremo consedisse. At illi per noctem quiescenti, reuelatum est esse alium ulterius multò se meliorem, ad quem uisendum deberet proficisci. Illico erumpente luce, uenerabilis senex infirmos artus baculo regente sustentans, cœpit ire uelle, quo nesciebat. Et iam media dies coquente desuper sole feruebat, nec tamen à cœpto itinere abducebatur, dicens: Credo in Deum meum, quia quod mihi seruo suo promisit, ostendet. Nec plura his, conspicit hominem equo mixtum, cui opinio Poetarum Hippocentauro uocabulũ indidit. Quo uiso, salutaris impreßione signi, armat frontem, Et heus tu, inquit, quanam in parte hic seruus Dei habitat? At ille barbarum nescio quid infrendens, & frangens potius uerba, quam proloquens, inter horrentia ora, senis blandum quæsiuit eloquium. Et dextræ protensione manus, cupitum indicat

Paulus 112. Annorum.

Antonius nonagenarius.

Hippocentaurus apparet Antonio.

eat iter, & sic patentes campos uolucri transmittens fuga ex oculis mirantis euanuit.

Satyrus uisus Antonio confessus Christum.

Verum hæc utrum Diabolus ad terrendum eum simulauerit, an (ut solet) eremus monstrosorum animalium ferax, istam quoq; gignat bestiam, incertum habemus. Stupens itaq; Antonius et de eo quod uiderat secum uoluens, ulterius progreditur. Nec mora, inter saxosam conuallem haud grandem homunculum uidet, aduncis naribus, fronte cornibus asperata, cuius extrema pars corporis in caprarum pedes desinebat. Infractusq; & hoc Antonius spectaculo, scutum fidei et loricam spei, ut bonus præliator arripuit, Nihilominus memoratum animal, palmarum fructus eidem ad uiaticum quasi pacis obsides afferebat. Quo cognito, gradum preßit Antonius, & quisnam esset interrogans, hoc ab eo responsum accepit. Mortalis ego sum, & unus ex accolis eremi, quos uario delusa errore gentilitas, Faunos Satyrosq; & incubos uocans colit. Legatione fungor gregis mei. Precamur ut pro nobis communem Deum depreceris, quem pro salute mundi uenisse cognouimus, et in uniuersam terram exijt sonus eius. Talia eo loquente, longæuus uiator ubertim faciem lachrymis rigabat, quas magnitudo leticiæ, indices cordis effuderat.

Gaudebat

Gaudebat quippe de Christi gloria, & de interitu Satanæ. Simulq; admirans quod eius posset intelligere sermonem, & baculo humum percutiens aiebat, Væ tibi Alexandria, quæ pro Deo portenta ueneraris. Væ tibi ciuitas meretrix, in quam totius orbis Dæmonia confluxere. Quid nunc dictura es? Bestiæ Christum loquuntur, & tu pro Deo portenta ueneraris? Nec dum uerba compleuerat, et quasi pennigero uolatu, petulcum animal aufugit. Hoc ne cuiquam ob incredulitatem scrupulum mouebat sub rege Constantino uniuerso mundo teste defenditur. Nam Alexandrinam istiusmodi homo uiuus perductus, magnum populo spectaculum præbuit, & postea cadauer exanime, ne calore æstatis dissiparetur sale infusum, Antiochiam ut ab imperatore uideretur, allatum est.

Sed ut propositum persequar, Antonius coeptam regionem pergebat, ferarum tantum uestigia intuens, & eremi latam uastitatem. Quid ageret, quo uerteret gradum nesciebat. Iam altera effluxerat dies. Restabat unum, ut deserise à Christo non posse confideret. Pernox secundas in oratione exegit tenebras, & dubia adhuc luce, procul intuetur lupam sitis ardoribus anhelantem, ad radicem montis irrepere.

Quam ſecutus oculis, & iuxta ſpeluncam cum fera abijſſet accedens intro cœpit aſpicere, nihil curioſitate proficiente, tenebris arcentibus uiſum. Verum (ut ſcriptura ait) Perfecta dilectio foras mittit timorem: Suſpenſo gradu & anhelitu temperato callidus explorator ingreſſus, ac paulatim progrediens, ſæpiusq; ſubſiſtens, ſonum aure captabat. Tandem per cecæ noctis horrorem procul lumen intuitus, dum auidius properat, offenſo in lapidem pede ſtrepitum concitauit. Poſt cuius occludens ſonitum, beatus Paulus oſtium quod patebat ſera obfirmauit. Tunc uero Antonius præ foribus corruens, uſq; ad ſextam, & eo amplius horam, aditum precabatur, dicens? Qui ſim, unde, cur uenerim noſti: Scio me non mereri conſpectum tuum, tamen niſi uidero, non recedam. Qui beſtias recipis, hominem cur repellis? Quæſiui, & inueni. Pulſo, ut aperiatur. Quod ſi non impetro, hic moriar ante poſtes tuos, certe ſepelies, uel meum cadauer. Talia præſtabat memorans fixuſq; manebat. Ad quam reſponſum paucis ita reddidit heros. Nemo ſic petit, ut minetur, nemo cum lachrymis iniuriam, uel calumniam facit. Et miraris ſi non recipiam, cum moriturus adueneris? Sic arridens Paulus patefecit ingreſſum.

Quo

Quo aperto, dum in mutuos miſcentur amplexus, proprijs ſe ſalutauere nominibus, gratiæ Domino in commune referuntur. Et poſt ſanctum oſculum reſidens Paulus, cum Antonio ita exorſus eſt: En quem tanto labore quæſiſti, putridis ſenectute membris, operit inculta canicies. En uides hominem, puluerem mox futurum. Verum quia charitas omnia ſuſtentat, narra mihi quæſo, quomodo ſe habeat humanum genus. An in antiquis urbibus noua tecta conſurgant, quo mundus regatur imperio, an ſuperſint aliqui, qui dæmonum errore rapiantur. Inter has ſermocinationes, ſuſpiciunt alitem coruum in ramo arboris conſediſſe, qui inde leniter ſubuolabat, & integrum panem ante ora mirantium depoſuit. Poſt cuius abſceſſum: Eia, inquit, Paulus: Dominus nobis prandium miſit, uere pius, uere miſericors. Sexaginta iam anni ſunt, quod accipio dimidij ſemper panis fragmentum, uerum ad aduentum tuum, militibus ſuis duplicauit annonam. Igitur domino gratiarum actione celebrata, ſuper uitrei marginem fontis uterque conſedit. Hic uero, quis frangeret panem, oborta contentio, pene diem duxit in ueſperum. Paulus more cogebat hoſpitij: Antonius iure refellebat ætati. Tandem conſilium fuit, ut apprehenſa

Congreſſus et colloquium Antonij cũ Paulo.

Exemplũ coctra ſollicitudinem uictus.

benso è regione pane, dum ad se quisq; nititur, pars cuiq; sua remaneret in manibus. Dehinc paululum aquæ in fonte prono ore libauerunt, & immolantes Deo sacrificium laudis, noctem transegere uigilijs. Cumq; iam esset terræ redditus dies, beatus Paulus ad Antonium sic locutus est. Olim te frater in istis regionibus habitare sciebam, olim te conseruum meum mihi promiserat Deus. Sed quia iam dormitionis tempus aduenit, & quod semper cupiebam, dissolui & esse cum Christo, peracto cursu superest mihi corona iustitiæ, tu missus es à Domino, qui humo corpusculum meum tegas, imo terræ terram reddas. His Antonius auditis, flens et gemens ne se desereret, atq; ut comitem talis itineris acciperet, precabatur. Et ille: Non debes, inquit, quærere quæ tua sunt, sed quæ aliena. Expedit tibi sarcina carnis abiecta, agnum sequi. Sed & cæteris expedit fratribus, ut tuo adhuc instituantur exemplo. Quamobrem quæso perge, nisi molestum est, & pallium, quod tibi Athanasius Episcopus dedit, ad inuoluendum corpusculum meum defer. Hoc autem beatus Paulus rogauit, quod non magnopere curaret, utrum tectum putesceret cadauer, an nudum (Quippe qui tanto temporis spacio, contex-

Pallium Athanasij

contextis palmarum folijs uestiebatur): sed ut à se recedenti, mœror suæ mortis leuaretur. Stupefactus ergo Antonius, quod de Athanasio & pallio eius audierat, quasi Christum in Paulo uidens et in pectore eius Deum uenerans, ultra respondere nihil ausus est, sed cum silentio lachrymans osculatis eius oculis manibusq; ad Monasterium, quod postea à Saracenis occupatum est, regrediebatur. Neq; uero gressus sequebantur animum. Sed quamuis corpus inane ieiunijs, seniles etiam anni fregerant, tamen animo uincebat ætatem. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculum suum confecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli qui ei longo iam tempore ministrare consueuerant occurrissent dicentes: Vbi tam diu moratus es pater? Respondit: Væ mihi peccatori quî falsi Monachi nomen fero. Vidi Heliam, uidi Iohannem in deserto, & uere uidi Paulum in Paradiso. Et sic ore compresso, manu uerberans pectus ex cellula pallium protulit. Rogantibusq; discipulis, ut plenius quidnam rei esset exponeret, ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, et ne modicum quidem cibi sumens, per uiam qua uenerat regressus est, illum sitiens, illum uidere desiderans, illum oculis ac mente contemplans.

Timebat

Timebat enim quod euenit, ne se absente CHRI-sto debitum spiritum redderet. Cunq; iam dies alia illuxisset, & trium horarum spatio uiam remeauisset, uidit inter Angelorum choros, inter Prophetarum & Apostolorum populos, niueo candore Paulum fulgentem in sublime conscendere. Et statim in faciem suam procidens, sabulum capiti super iniiciebat, ploransq; & eiulans aiebat, Cur me Paule dimittis? Cur insalutatus abis? Tam tarde notus, tam cito recedis? Referebat postea beatus Antonius tanta se uelocitate, quod reliquum erat uiae cucurisse, ut instar auis peruolasset. Nec immerito. Nam introgressus speluncam, uidit genubus complicatis erecta ceruice, extensisq; in altum manibus, corpus exanime. Ac primum & ipse uiuere credens, pariter orabat.

Mors Pauli Eremitae.

Postquam uero nulla (ut solebat) suspiria precantis audiuit, in flebile osculum ruens: intellexit quod etiam cadauer sancti, Deum (cui omnia uiuunt) officioso gestu precabatur. Igitur abuoluto & prolato foras corpore, Hymnos quoq; & Psalmos de Christiana traditione decantans, contristabatur Antonius, quod sarculum quo terram foderet non haberet, fluctuansq; uario mentis aestu, & secum multa reputans, dicebat: Si ad

Monasterium reuertar, tridui iter est. Si hic maneam, nihil ultra proficiam. Moriar ergo, ut dignum est, iuxta bellatorem tuum Christe ruens extremum halitum fundam. Talia eo animo uoluente, ecce duo Leones ex interioris eremi parte currentes uolantibus per colla iubis, ferebantur. Quibus aspectis exhorruit. Rursusq; ad Deum referens mentem, quasi columbas uideret, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu, ad cadauer beati senis substiterunt, adulantibusq; caudis circa eius pedes accubuere, fremitu ingenti rugientes, prorsus ut eos intelligeret plangere, quomodo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere, arenamq; certatim egerentes, unius hominis capacem locum foderunt. Ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium ceruice reiecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesq; lingentes. At ille animaduertit benedictionem eos à se precari.

Miraculũ de Leonibus effodientibus sepulchrũ Paulo.

Nec mora in laudationem Christi effusus, quod muta quoq; animalia Deum esse sentirent, ait: Domine sine cuius nutu, nec folium arboris defluit, ne unus paßerum ad terram cadit, da illis sicut tu scis. Et manu annuens eis, ut abirent imperauit. Cunq; illi recessissent, sancti, corporis

onere

onere, seniles curauit humeros. Et deposito eo in fossam desuper humum congregans, tumulum ex more composuit. Postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius hæres ex intestatis bonis non possideret, tunicam eius sibi uendicauit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexuerat. Ac sic ad Monasterium reuersus, discipulis cuncta ex ordine replicauit, diebusq; solennibus Pascæ & Pentecostes, semper Pauli tunica uestitus est.

Tunica Pauli.

Contra luxum.

Libet in fine opusculi eos interrogare, qui sua Patrimonia ignorant, qui domos marmoribus uestiunt, qui uno filio uillarum insumunt prædia, huic seni nudo quid unquam defuit? Vos ex gemma bibitis, ille naturæ concauis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum texitis, ille ne uilissimum quidem indumentum habuit mancipij uestri. Sed econtrario illi quidem pauperculo paradysus patet uos auratos gehenna suscipiet. Ille uestem Christi nudus licet, tamen seruauit, uos uestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus uilissimo puluere coopertus iacet resurrecturus in gloriam, uos operosa saxi sepulchra premunt cum uestris opibus arsuros: Parcite quæso uobis, parcite saltem diuitijs quas amatis. Cur & mortuos uestros auratis obuoluitis uestibus?

Cur

Cur ambitio inter luctus lachrymasq; non cessat? An cadauera diuitum, nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro quicunq; hæc legis, ut Hieronymi peccatoris memineris, cui si dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius quam regum purpuram cum pœnis suis.

VITA HILARIONIS.



CRIPTVRVS Vitam Beati Hilarionis, habitatorem eius inuoco spiritum sanctum, ut qui illi uirtutes largitus est, mihi ad narrandas eas sermonem tribuat, ut facta dictis exæquentur. Eorum enim qui fecere uirtutes (ut ait Crispus) tanta habentur merita, quantum ea uerbis potuere attollere præclara ingenia. Alexāder magnus Macedo, quem uel arietem, uel Pardum, uel Hircum caprarum Daniel uocat, cum ad Achillis tumultum peruenisset, fœlicem te (ait iuuenis) qui magno fruaris præcone meritorū: Homerum uidelicet significans. Porro mihi tanti ac talis uiri conuersatio, uitaq; dicenda est, ut Homerus quoq; si adesset, uel inuideret materiæ, uel succumberet.

Quan-

Quanquam enim sanctus Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui cum Hilarione plurimum uersatus est, laudem eius breui Epistola scripserit, quæ uulgo legitur, tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare uirtutes. Vnde & nos fauore magis illius quam iniuria, cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum uoces contemnimus, qui olim detrahentes Paulo meo, nunc forte detrahent & Hilarioni, illum solitudinis calumniati, huic obijcientes frequentiam, ut qui semper latuit, non fuisse, quia multis uisus est, uilis existimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondam Pharisæi, quibus nec Iohannis Eremus ac ieiunium, nec DOMINI saluatoris turbæ, cibi, potusq; placuere. Verum destinato operi imponam manum, & Scylleos canes obturata aure transibo.

Natales

Hilarion ortus uico Thabatha, qui circiter quinq; millia à Gaza urbe Palestinæ ad austrum situs est, cum haberet parentes idolis deditos, rosa (ut dicitur) de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, Grammatico traditus est, ibiq; quantum illa patiebatur ætas, magna ingenij & morum documenta præbuit, in breui charus omnibus & loquendi arte gnarus: Quod his ma-

Studia.

ius est

ius est omnibus, credens in Dominum Iesum, non Circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur, sed tota illi uoluntas in Ecclesiæ erat congregatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonij, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incensus uisendi eius studio, perrexit ad eremum. Et statim ut eum uidit, mutato pristino habitu, duobus fere mensibus iuxta eum mansit contemplans ordinem uitæ eius morumq; grauitatem. Quam creber in oratione, quam humilis in suspiciendis fratribus, seuerus in corripiendis, alacer in exhortandis esset, & ut continentiam cibiq; eius asperitatem, nulla unquam infirmitas frangere. Porro frequentiam eorum, qui ad eum ob uarias paßiones aut impetus Dæmonum concurrecant, ultra non ferens, nec congruum esse ducens, pati in eremo populos ciuitatum, sicq; sibi magis incipiendum esse, ut cœpisset Antonius, illum quasi uirum fortem uictoriæ præmia accipere, se nec dum militare cœpisse. Reuersus est cum quibusdam Monachis ad patriam & parentibus iam defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino reseruans, & timens illud de actibus Apostolorum Ananiæ & Sapphiræ, uel exemplum, uel supplici-

Nomen Antonij.

um, maximeq; Dominici memor dicentis: Qui non renanciauerit omnibus quae habet, non potest meus esse discipulus (erat autem tunc annorum quindecim) sic nudus & armatus in Christo, solitudinem quae in septimo miliari à Maionia Gazae emporio per littus euntibus Aegyptum ad leuam flectitur, ingressus est. Cunq; essent cruenta latrocinijs loca, & propinqui amiciq; eius imminens periculum denunciarent, contempsit mortem, ut mortem euaderet. Mirabantur omnes animum, mirabantur aetatem, nisi quod flamma quaedam pectoris & scintillae fidei in oculis relucebant. Leues erant genae, delicatum corpus & tenue, & ad omnem iniuriam impatiens, quod leui uel frigore, uel aestu posset affligi. Igitur sacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat sagumq; rusticum, inter mare & paludem, uasta & terribili solitudine fruebatur, quindecim tantum carycas post Solis occasum comedens, Et quia regio latrocinijs infamis erat, nunquam in eodem loco mansitans. Quid faceret Diabolus? Quo se uerteret? Qui gloriabatur ante dicens: In coelum ascendam, super sydera coeli ponam thronum meum, & ero similis altißimo, cernebat se uinci à puero, & prius ab eo calcatũ fuisse, quam per aetatem

Hilarion quindecim annorum ingreditur Eremum.

tem talcare potuisset. Titillabat itaq; sensus eius, et pubescenti corpori, solita uoluptatum incendia suggerebat.

Certamen Hilarionis contra tentationes carnis.

Cogebatur tyrunculus Christi cogitare quod nesciebat, & eius rei animo pompam uoluere, cuius experimenta non nouerat. Iratus itaq; sibi, et pectus pugnis uerberans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere: Ego, inquit, aselle faciam ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis. Fame te conficiam et siti, graui onerabo pondere, per æstus indagabo & frigora, ut cibum potius quam lasciuiam cogites. Herbarum ergo succo & paucis caryciis, post triduum uel quatriduum deficientem animam sustentabat, orans frequenter, & psallens, & rastro humum fodiens, ut ieiuniorum laborem, labor operis duplicaret: Simulq; fiscellas, iunco texens, æmulabatur Aegyptiorum Monachorum disciplinam, & Apostoli sententiam dicentis: Qui autem non operatur, non manducet: Sed attenuatus, & in tantum exeso corpore, ut oßibus uix hæreret.

Quadam nocte cœpit infantum audire uagitus, balatus pecorũ, mugitus Boũ, planctũ quasi mulierum, Leonũ rugitus, murmur exercitus, & rursus uariarum portenta uocum, ut ante sonitu quã aspectu territus cederet. Intellexit Dæmonũ ludibria;

benso è regione pane, dum ad se quisq; nititur, pars cuiq; sua remaneret in manibus. De hinc paululum *aquæ in fonte prono ore libauerunt, & immolantes* Deo *sacrificium laudis, noctem transegere uigilijs.* Cum*q; iam esset terræ redditus dies, beatus* Paulus *ad* Antonium *sic locutus est.* Olim *te frater in istis regionibus habitare sciebam, olim te conseruum meum mihi promiserat* Deus. *Sed quia iam dormitionis tempus aduenit, & quod semper cupiebam, dissolui & esse cum* Christo, *peracto cursu superest mihi corona iustitiæ, tu missus es à* Domino, *qui humo corpusculum meum tegas, imo terræ terram reddas.* His *Antonius auditis, flens et gemens ne se desereret, atq; ut comitem talis itineris acciperet, precabatur.* Et *ille*: Non *debes, inquit, quærere quæ tua sunt, sed quæ aliena.* Ex*pedit tibi sarcina carnis abiecta, agnum sequi.* Sed *& cæteris expedit fratribus, ut tuo adhuc instituantur exemplo.* Quamobrem *quæso perge, nisi molestum est, & pallium, quod tibi* Athanasius *Episcopus dedit, ad inuoluendum corpusculum meum defer.* Hoc *autem beatus* Paulus *rogauit, quod non magnopere curaret, utrum tectum putesceret cadauer, an nudum* (Quippe *qui tanto temporis spacio,*

Pallium Athanasij

contex-

contextis palmarum folijs uestiebatur): sed ut à se recedenti, mœror suæ mortis leuaretur. Stupefactus ergo Antonius, quod de Athanasio & pallio eius audierat, quasi Christum in Paulo uidens et in pectore eius Deum uenerans, ultra respondere nihil ausus est, sed cum silentio lachrymans osculatis eius oculis manibusq; ad Monasterium, quod postea à Saracenis occupatum est, regrediebatur. Neq; uero gressus sequebantur animum. Sed quamuis corpus inane ieiunijs, seniles etiam anni fregerant, tamen animo uincebat ætatem. Tandem fatigatus & anhelus ad habitaculum suum confecto itinere peruenit. Cui cum duo discipuli qui ei longo iam tempore ministrare consueuerant occurrissent dicentes: Vbi tam diu moratus es pater? Respondit: Væ mihi peccatori quî falsi Monachi nomen fero. Vidi Heliam, uidi Iohannem in deserto, & uere uidi Paulum in Paradiso. Et sic ore compresso, manu uerberans pectus ex cellula pallium protulit. Rogantibusq; discipulis, ut plenius quidnam rei esset exponeret, ait: Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tunc egressus foras, et ne modicum quidem cibi sumens, per uiam qua uenerat regressus est, illum sitiens, illum uidere desiderans, illum oculis ac mente contemplans.

Timebat

Timebat enim quod euenit, ne ſe abſente CHRI-ſto debitum ſpiritum redderet. Cunq; iam dies alia illuxiſſet, & trium horarum ſpatio uiam remea-uiſſet, uidit inter Angelorum choros, inter Pro-phetarum & Apoſtolorum populos, niueo cando-re Paulum fulgentem in ſublime conſcendere. Et ſtatim in faciem ſuam procidens, ſtabulum capiti ſuper inijciebat, ploransq; & eiulans aiebat, Cur me Paule dimittis? Cur inſalutatus abis? Tam tarde notus, tam cito recedis? Referebat poſtea be-atus Antonius tanta ſe uelocitate, quod reliquum erat uiæ cucuriſſe, ut inſtar auis peruolaſſet. Nec immerito. Nam introgreſſus ſpeluncam, ui-dit genubus complicatis erecta ceruice, exten-ſisq; in altum manibus, corpus exanime. Ac pri-mum & ipſe uiuere credens, pariter orabat.

Mors Pauli Eremitæ.

Poſtquam uero nulla (ut ſolebat) ſuſpiria pre-cantis audiuit, in flebile oſculum ruens: intellexit quod etiam cadauer ſancti, Deum (cui omnia ui-uunt) officioſo geſtu precabatur. Igitur abuoluto & prolato foras corpore, Hymnos quoq; & Pſalmos de Chriſtiana traditione decantans, con-triſtabatur Antonius, quod ſarculum quo terram foderet non haberet, fluctuansq; uario mentis æſtu, & ſecum multa reputans, dicebat: Si ad

Monaſte-

Monasterium reuertar, tridui iter est. Si hic maneam, nihil ultra proficiam. Moriar ergo, ut dignum est, iuxta bellatorem tuum Christe ruens extremum halitum fundam. Talia eo animo uoluente, ecce duo Leones ex interioris eremi parte currentes uolantibus per colla iubis, ferebantur. Quibus aspectis exhorruit. Rursusq; ad Deum referens mentem, quasi columbas uideret, mansit intrepidus. Et illi quidem directo cursu, ad cadauer beati senis substiterunt, adulantibusq; caudis circa eius pedes accubuere, fremitu ingenti rugientes, prorsus ut eos intelligeret plangere, quomodo poterant. Deinde haud procul cœperunt humum pedibus scalpere, arenamq; certatim egerentes, unius hominis capacem locum foderunt. Ac statim quasi mercedem pro opere postulantes, cum motu aurium ceruice reiecta, ad Antonium perrexerunt, manus eius pedesq; lingentes. At ille animaduertit benedictionem eos à se precari. Nec mora in laudationem Christi effusus, quod muta quoq; animalia Deum esse sentirent, ait: *Domine sine cuius nutu, nec folium arboris defluit, ne unus paßerum ad terram cadit, da illis sicut tu scis.* Et manu annuens eis, ut abirent imperauit. Cumq; illi receßissent, sancti, corporis onere

Miraculū de Leonibus effodientibus sepulchrū Paulo.

onere, seniles curauit humeros. Et deposito eum fossam desuper humum congregans, tumulum ex more composuit. Postquam autem alia dies illuxit, ne quid pius hæres ex intestatis bonis non possideret, tunicam eius sibi uendicauit, quam in sportarum modum de palmæ folijs ipse sibi contexuerat. Ac sic ad Monasterium reuersus, discipulis cuncta ex ordine replicauit, diebusq; solennibus Pascæ & Pentecostes, semper Pauli tunica uestitus est.

Tunica Pauli:

Contra luxum,

Libet in fine opusculi eos interrogare, qui sua Patrimonia ignorant, qui domos marmoribus uestiunt, qui uno filio uillarum insumunt prædia, huic seni nudo quid unquam defuit? Vos ex gemma bibitis, ille naturæ concauis manibus satisfecit. Vos in tunicis aurum texitis, ille ne uilissimum quidem indumentum habuit mancipij uestri. Sed econtrario illi quidem pauperculo paradysus patet uos auratos gehenna suscipiet. Ille uestem Christi nudus licet, tamen seruauit, uos uestiti sericis, indumentum Christi perdidistis. Paulus uilissimo puluere coopertus iacet resurrecturus in gloriam, uos operosa saxi sepulchra premunt cum uestris opibus arsuros: Parcite quæso uobis, parcite saltem diuitijs quas amatis. Cur & mortuos uestros auratis obuoluitis uestibus?

Cur

Cur ambitio inter luctus lachrymasq; non cessat? An cadauera diuitum, nisi in serico putrescere nesciunt? Obsecro quicunq; hæc legis, ut Hieronymi peccatoris memineris, cui si dominus optionem daret, multo magis eligeret tunicam Pauli cum meritis eius quam regum purpuram cum pœnis suis.

VITA HILARIONIS.



CRIPTVRVS Vitam Beati Hilarionis, habitatorem eius inuoco spiritum sanctum, ut qui illi uirtutes largitus est, mihi ad narrandas eas sermonem tribuat, ut facta dictis exequentur. Eorum enim qui fecere uirtutes (ut ait Crispus) tanta habentur merita, quantum ea uerbis potuere attollere præclara ingenia. Alexāder magnus Macedo, quem uel arietem, uel Pardum, uel Hircum caprarum Daniel uocat, cum ad Achillis tumultum peruenisset, fœlicem te (ait iuuenis) qui magno fruaris præcone meritorū: Homerum uidelicet significans. Porro mihi tanti ac talis uiri conuersatio, uitaq; dicenda est, ut Homerus quoq; si adesset, uel inuideret materiæ, uel succumberet.

Quan-

Quanquam enim sanctus Epiphanius Salaminæ Cypri Episcopus, qui cum Hilarione plurimum uersatus est, laudem eius breui Epistola scripserit, quæ uulgo legitur, tamen aliud est locis communibus laudare defunctum, aliud defuncti proprias narrare uirtutes. Vnde & nos fauore magis illius quam iniuria, cœptum ab eo opus aggredientes, maledicorum uoces contemnimus, qui olim detrahentes Paulo meo, nunc forte detrahent & Hilarioni, illum solitudinis calumniati, huic obijcientes frequentiam, ut qui semper latuit, non fuisse, quia multis uisus est, uilis existimetur. Fecerunt hoc & maiores eorum quondam Pharisæi, quibus nec Iohannis Eremus ac ieiunium, nec DOMINI saluatoris turbæ, cibi, potusq; placuere. Verum destinato operi imponam manum, & Scylleos canes obturata aure transibo.

Natales

Hilarion ortus uico Thabatha, qui circiter quinq; millia à Gaza urbe Palestinæ ad austrum situs est, cum haberet parentes idolis deditos, rosa (ut dicitur) de spinis floruit. A quibus missus Alexandriam, Grammatico traditus est, ibiq; quantum illa patiebatur ætas, magna ingenij & morum documenta præbuit, in breui charus omnibus & loquendi arte gnarus: Quod his ma-

Studia.

ius est

ius est omnibus, credens in Dominum Iesum, non Circi furoribus, non arenæ sanguine, non theatri luxuria delectabatur, sed tota illi uoluntas in Ecclesiæ erat congregatione. Audiens autem tunc celebre nomen Antonij, quod per omnes Ægypti populos ferebatur, incensus uisendi eius studio, perrexit ad eremum. Et statim ut eum uidit, mutato pristino habitu, duobus fere mensibus iuxta eum mansit contemplans ordinem uitæ eius morumque grauitatem. Quam creber in oratione, quam humilis in suspiciendis fratribus, seuerus in corripiendis, alacer in exhortandis esset, & ut continentiam cibique eius asperitatem, nulla unquam infirmitas frangere. Porro frequentiam eorum, qui ad eum ob uarias passiones aut impetus Dæmonum concurrecant, ultra non ferens, nec congruum esse ducens, pati in eremo populos ciuitatum, sicque sibi magis incipiendum esse, ut cœpisset Antonius, illum quasi uirum fortem uictoriæ præmia accipere, se nec dum militare cœpisse. Reuersus est cum quibusdam Monachis ad patriam & parentibus iam defunctis, partem substantiæ fratribus, partem pauperibus largitus est, nihil sibi omnino reseruans, & timens illud de actibus Apostolorum Ananiæ & Sapphiræ, uel exemplum, uel supplicium.

Nomen Antonij.

um, maximeq; Dominici memor dicentis: Qui non renunciauerit omnibus quae habet, non potest meus esse discipulus (erat autem tunc annorum quindecim) sic nudus & armatus in Christo, solitudinem quae in septimo miliari à Maionia Gazae emporio per littus euntibus Aegyptum ad leuam flectitur, ingressus est. Cunq; essent cruenta latrocinijs loca, & propinqui amiciq; eius imminens periculum denunciarent, contempsit mortem, ut mortem euaderet. Mirabantur omnes animum, mirabantur aetatem, nisi quod flamma quaedam pectoris & scintillae fidei in oculis relucebant. Leues erant genae, delicatum corpus & tenue, & ad omnem iniuriam impatiens, quod leui uel frigore, uel aestu posset affligi. Igitur sacco tantum membra coopertus, & pelliceum habens ependyten, quem illi beatus Antonius proficiscenti dederat sagumq; rusticum, inter mare & paludem, uasta & terribili solitudine fruebatur, quindecim tantum carycas post Solis occasum comedens, Et quia regio latrocinijs infamis erat, nunquam in eodem loco mansitans. Quid faceret Diabolus? Quo se uerteret? Qui gloriabatur ante dicens: In coelum ascendam, super sydera coeli ponam thronum meum, & ero similis altißimo, cernebat se uinci à puero, & prius ab eo calcatũ fuisse, quam per aetatem

Hilarion quindecim annorum ingreditur Eremum.

tem talcare potuisset. Titillabat itaq; sensus eius, et pubescenti corpori, solita uoluptatum incendia suggerebat.

Certamen Hilarionis contra tentationes carnis.

Cogebatur tyrunculus Christi cogitare quod nesciebat, & eius rei animo pompam uoluere, cuius experimenta non nouerat. Iratus itaq; sibi, et pectus pugnis uerberans, quasi cogitationes cæde manus posset excludere: Ego, inquit, aselle faciam ut non calcitres, nec te hordeo alam, sed paleis. Fame te conficiam et siti, graui onerabo pondere, per æstus indagabo & frigora, ut cibum potius quam lasciuiam cogites. Herbarum ergo succo & paucis carycis, post triduum uel quatriduum deficientem animam sustentabat, orans frequenter, & psallens, & rastro humum fodiens, ut ieiuniorum laborem, labor operis duplicaret: Simulq; fiscellas, iunco texens, æmulabatur Aegyptiorum Monachorum disciplinam, & Apostoli sententiam dicentis: Qui autem non operatur, non manducet: Sed attenuatus, & in tantum exeso corpore, ut ossibus uix hæreret.

Quadam nocte cœpit infantum audire uagitus, balatus pecorũ, mugitus Boũ, planctũ quasi mulierum, Leonũ rugitus, murmur exercitus, & rursus uariarum portenta uocum, ut ante sonitu quã aspectu territus cederet. Intellexit Dæmonũ ludibria;

& prouolutus genubus Christi, crucem signauit in fronte, taliq; armatus caßide, & lorica fidei circumdatus, iacens fortius præliabatur, amodo uidere desyderans, quos horrebat audire, & sollicitis oculis huc illucq; circumspiciens. Cum interim ex improuiso, splendente Luna, cernit rhedam feruentibus equis super se irruere, Cumq; inclamasset Iesum, ante oculos eius repentino terræ hiatu pompa omnis absorpta est. Tunc ille ait: Equum & ascensorem proiecit in mare. Et, hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine DEI *nostri magnificabimur. Multæ sunt tentationes eius, & die noctuq; uariæ Dæmonum insidiæ quas si omnes narrare uelim, modum excedam uoluminis. Quoties illi nudæ mulieres cubanti quoties esurienti largißime apparuere dapes? Interdum orantem Lupus ululans, & Vulpecula pugna ganniens transiliuit, psallentiq; gladiatorum spectaculum præbuit, & unus quasi interfectus, et ante pedes eius corruens, sepulturam rogauit. Orauit semel fixo in terram capite, et ut natura fert hominum, abducta ab oratione mens, nescio quid alud cogitabat: Insilijt dorso eius festinus gladiator, & latera calcibus, ceruicem flagello uerberans, Eia, inquit, cur dormitas? Cachinnansq;*

chinnansq; desuper, cum defecisset, an hordeum uellet accipere, sciscitabatur.

Igitur à sextodecimo usq; ad uicesimum suæ ætatis annum æstus & pluuias breui tuguriunculo declinauit, quod iunco & caryce texerat. Extructa deinceps breui cellula, quæ usq; hodie permanet, latitudine pedum quatuor, altitudine pedum quinq; hoc est, statura sua humiliore. Porro longitudine paulo ampliore quam eius corpusculum pateiebatur, ut sepulchrum potius quam domum crederes, capillum semel in anno die Pascæ totondit. Super nudam humum stratumq; iunceum, usq; ad mortem cubitauit. Saccum quo semel fuerat indutus, nunquam lauans, & superfluum esse dicens, mundicitias in cilicio quærere. Nec mutauit alteram tunicam, nisi cum prior penitus scissa esset. Scripturas quoq; sanctas memoriter tenens, post orationes & psalmos, quasi Deo præsente recitabat. Et quia longum est per diuersa tempora carptim ascensum eius edicere comprehendam breuiter, ante lectoris oculos uitam eius pariter exponens, & deinceps ad narrandi ordinem regrediar.

Domus Hilarionis

Cultus.

Vestitus

Studia.

Vicesimo primo anno usq; ad uicesimum septimum, tribus annis dimidium lentis sextarium ma-

Victus. decoctum aqua frigida comedit, & alijs tribus, panem aridum cum sale & aqua. Porro à uigesimo septimo usq; ad tricesimum, herbis agrestibus, & uirgultorum quorundam radicibus erutis sustentatus est. A tricesimo autem primo usq; ad tricesimum quintum, sex uncias hordeacei panis, & coctum modice holus, absq; oleo in cibo habuit. Sentiens autem caligare oculos suos, & totum corpus impetigine, & pumicea quadam scabredine contrahi, ad superiorem uictum adiecit oleum, & usq; ad sexagesimum tertium uitæ suæ annum, hoc continentiæ cucurrit gradu, nihil extrinsecus aut pomorum, aut leguminis, ac cuiuslibet rei gustans. Inde cum se uideret corpore defatigatum, & propinquam putaret, imminere mortem, sexagesimo quarto anno, usq; ad octogesimum, pane abstinuit, incredibili feruore mentis, ut eo tempore quasi nouus accederet ad seruitutem Domini, quo cæteri solent remißius uiuere.

Fiebant autem ei de farina & comminuto holere sorbiciunculæ, cibo & potu uix quinq; unciis appendentibus: Sicq; complens ordinem uitæ, nunquam ante Solis occasum nec in diebus festis, nec in grauißima ualetudine soluit ieiunium. Sed iam tempus est, ut ad ordinem reuertamur. Cum

habitaret

habitaret adhuc in tuguriunculo annos natus decem & octo, latrones ad eum nocte uenerunt, uel æstimantes habere aliquid, quod tollerent uel in contemptum sui reputantes fieri, si puer solitarius eorum impetus non pertimesceret. Itaq; inter mare & paludem, à uespere usq; ad Solis ortum discurrentes, nunquam locum eius cubiculi inuenire potuerunt. Porro clara luce reperto puero, quasi per iocum, Quid inquiunt faceres, si Latrones ad te uenirent? Quibus ille respondit: Nudus, Latrones non timet. Et illi, certe aiunt occidi potes, possum, inquit, possum. Et ideo Latrones non timeo, quia mori paratus sum. Tunc admirati constantiã eius et fidẽ, confeßi sunt noctis errorem cæcatosq; oculos, correctiorem deinceps uitam pollicentes.

Viginti & duos iam in solitudine habebat annos. Fama tantum notus omnibus, & per totas Palestinæ uulgatus urbes, cum interim mulier quædam Eleutheropolitana cernens despectui se haberi à uiro ob sterilitatem (iam enim per annos quindecim, nullos coniugij fructus dederat) prima irrumpere ausa est ad beatum Hilarionem, & nihil tali suspicanti, repente genubus eius aduoluta, ignosce (inquit) audaciæ, ignosce neceßitati meæ, Quid auertis oculos? Quid rogantem fugis?

Miracula Hilarionis.

Noli mulierem aſpicere, ſed miſeram. Hic ſexus genuit ſaluatorem. Non habent ſani opus medico, ſed qui male habent. Tandem ſubſtitit, et poſt tantum temporis uiſa muliere, interrogauit cauſam aduentus eius ac fletum. Et poſtquam didicit: Leuatis ad cœlum oculis, fidere iuſsit, euntemq; lachrymis proſecutus, ex acto anno uidit cum filio. Hoc ſignorum eius principium, maius aliud ſignum nobilitauit.

Ariſtæneta, Helpidij qui poſtea præfectus prætorio fuit uxor, ualde nobilis inter ſuos, & inter Chriſtianos nobilior, reuertens cum marito & tribus liberis à beato Antonio, Gazę propter eorum infirmitatem remorata eſt. Ibi enim ob corruptum aerem, ſiue (ut poſtea claruit) propter gloriam Hilarionis ſerui Dei, hemitritæo pariter arrepti omnes à Medicis deſperati ſunt. Iacebat ululans mater, & quaſi inter tria filiorum diſcurrens cadauera, quem prius plangeret, neſciebat. Cognito quod eſſet quidam Monachus in uicina ſolitudine, oblita matronalis pompæ, tantum ſe matrem nouerat, uadit comitata ancillulis & eunuchis. Vixq; à uiro perſuaſum eſt, ut aſello ſedens pergeret. Ad quem cum perueniſſet, per ego te (ait) Ieſum clementiſsimum Deum noſtrum, obteſtor

obtestor per Crucem & sanguinem, ut reddas mihi tres filios, et glorificetur in urbe gentilium nomen Domini saluatoris, & ingrediatur seruus eius Gazan & Marnas corruat. Renuente illo & dicente nunquam se egressurum de cella, nec habere consuetudinem, ut non modo ciuitatem, sed ne uillulam quidem ingrederetur, prostrauit se humi crebro clamitans: Hilarion serue Christi, redde mihi liberos meos. Quos Antonius tenuit in Aegypto, à te seruentur in Syria. Flebant cuncti qui aderant, sed & ipse negans flebat. Quid multa? Non prius mulier recessit, quam ille pollicitus est se post Solis occasum Gazam introiturum. Quo postquam uenit, singulorum lectulos & arentia membra considerans, inuocauit Iesum. Et ò mira uirtus, quasi de tribus fontibus sudor pariter erupit. Eadem hora acceperunt cibos, lugentemq; matrem cognoscentes, & benedicentes Deum sancti manus deosculati sunt. Quod postquam auditum est, et longe lateq; percrebuit, certatim ad eum de Syria & Aegypto confluebant, ita ut multi crederent in CHRIstum, & se Monachos profiterentur. Nec dum enim tunc Monasteria erant in Palestina, nec quisquam Monachum ante sanctum Hilarionem in Syria nouerat.

Hilarion contemporancus Antonio. Ille fundator & eruditor huius conuersationis & studij in hac prouincia fuit. Habebat DOMINVS IESVS in Aegypto semen Antonium, habebat in Palestina Hilarionem iuniorem,

Facidia uicus est Rinocoruræ urbis Aegypti. De hoc (sunt decem iam anni) cæca mulier adducta est ad beatum Hilarionem, oblataq; ei à fratribus (iam enim multi cum eo Monachi erant) omnem se substantiam expendisse ait in medicos. Cui respondit: Si quæ in Medicis perdidisti, dedisses pauperibus, curasset te uerus Medicus Iesus. Clamante autem illa, & misericordiam deprecante, expuit in oculos eius statimq; saluatoris exemplum uirtus eadem prosecuta est.

Auriga quoq; Gazensis in curru percussus à Dæmone, totus obriguit, ita ut nec manum agitare, nec ceruicem poßit reflectere. Delatus ergo in lecto, cum solam linguam moueret ad preces, audit non prius posse sonari quam crederet in IEsum, & se sponderet arti pristinæ renunciaturum. Credidit, spospondit, sanatus est: Magisq; de animæ quam de corporis salute, exultauit. Præterea fortißimus iuuenis nomine Mersitas de territorio Hierosolymæ, tantum sibi applaudebat in uiribus, ut

ut quindecim frumenti modios diu longeq; portaret, & hanc haberet palmam fortitudinis suæ, ut Asinos uinceret. Hic afflictus pessimo Dæmone, non catenas, non compedes, non claustra ostiorum integra patiebatur, multorum nasum & aures morsibus amputauerat. Horum pedes, illorum gulam fregerat. Tantumq; terrorem omnibus incusserat, ut oneratus catenis & funibus, in diuersa mittentium, quasi ferocissimus taurus ad Monasterium pertraheretur, quem postquam fratres uidere perterriti (erat enim miræ magnitudinis) nunciauerunt patri. Ille sicut sedebat, iussit cum ad se pertrahi & dimitti. Solutoq;, inclina (ait) caput & ueni, Tremere ille, & ceruicem flectere, nec aspicere contra ausus, omniq; ferocitate deposita pedes cœpit sedentis lambere, Adiuratus itaq; Dæmon & tortus qui iuuenem possederat, septima die egressus est. Sed nec illud tacendum est quod Orionis uir primarius & ditissimus urbis Ailæ, quæ mari rubro imminet à legione possessus Dæmonum ad eũ adductus est. Manus, ceruix, latera, pedes ferro onerati erant, furorisq; sæuitiã torui oculi minabantur. Cũq; deambularet sanctus cum fratribus & de scripturis nescio quid interpretaretur, erupit ille de manibus se tenentium

& amplexus eum post tergum, in sublime leuauit. Clamor ortus ab omnibus: Timebant enim ne confecta ieiunijs membra collideret. Et sanctus arridens: Sinite, inquit, & mihi meum palæstritam dimittite. Ac sic reflexa super humeros manu, caput eius tetigit, apprehensoq; crine ante pedes adduxit, stringens è regione ambas manus eius, & plantas utroq; calcans pede, simulq; ingeminans, torquere Dæmonum turba. Cumq; ille eiularet, & reflexa ceruice terram uertice tangeret: DOMINE, inquit, IESV solue miserum, solue captiuum. Vt unum, ita & plures uincere tuum est. Rem loquor inauditam: Ex uno hominis ore, diuersæ uoces, et quasi confusus populi clamor audiebatur. Curatus itaq; et hic non post multum temporis cum uxore et liberis uenit ad Monasterium, plurima, quasi gratiam redditurus, dona afferens. Cui sanctus. Non legisti (inqit) quid Giezi, quid Simon passi sint, quorum alter accepit precium, alter obtulit, ut ille uenderet gratiam Spiritus sancti, hic mercaretur? Cumq; Orionus flens diceret, accipe & da pauperibus, Respondit, tu melius potes tua distribuere, qui per urbes ambulas, & nosti pauperes. Ego qui mea reliqui, cur aliena appetam? Multis nomen pauperum, occasio auaricia

Dona Spiritus sancti non æstimanda auro

ricie est. Misericordia uero artem non habet. Nemo melius erogat, quam qui sibi nihil reseruat. Tristi autem & in terra iacenti, noli, inquit, contristari fili. Quod facio pro me, & pro te facio: Si enim hæc accepero, & ego offendam Deum, & ad te legio reuertetur,

Quis uero possit silentio preterire, quod Gazanus Maramites, haud longe à Monasterio eius lapides ad ædificandum de ora maris cudens, totus paralysi dissolutus, & ab operis socijs delatus ad sanctum, statim ad opus reuersus est? Etenim littus quod palestinæ Aegyptoq; pretenditur, per naturam molle, arenis in saxa durescentibus asperatur. Paulatimq; cohærescens sibi glarea, perdit tactum cum non perdat aspectum. Sed & Italicus eiusdem oppidi municeps Christianus aduersum Gazensem duum uirum, Marnæ idolo deditum, Circenses equos nutriebat (hoc siquidem in Romanis urbibus iam inde seruatur à Romulo) ut propter fœlicem Sabinarum raptum, ab ipso quasi consiliorum Deo quadrigæ septeno currant circumitu, et equos partis aduersæ fregisse, uictoria sit. Hic itaq; æmulo suo habente maleficum, qui Dæmoniacis quibusdam imprecationibus huius impediret equos, & illius incitaret ad cursum, uenit ad beatum Hilari-

onem, & non tam aduersarium lædi, quam se defendi obsecrauit. Ineptum uisum est uenerando seni, in huiuscemodi nugis orationem perdere. Cumq; subrideret & diceret: Cur enim non magis equorum precium pro salute animæ tuæ pauperibus erogas? Ille respondit, functionem esse publicam, & hoc non tam se uelle, quam cogi, nec posse hominem Christianum uti Magicis artibus, sed à seruo Christi potius auxilium petere, maxime contra Gazenses aduersarios DEI, & non tam sibi quam Ecclesiæ Christi insultantes. Rogatus ergo à fratribus qui aderant, scyphum fictilem quo bibere consueuerat, aqua iußit impleri, eiq; tradi. Quem cum accepisset Italicus, et stabulum & equos & aurigas suos, rhedam, carcerumq; repagula aspersit. Mira uulgi expectatio. Nam & aduersarius hoc ipsum irridens diffamauerat, & fautores Italici sibi certam uictoriam pollicentes exultabant. Igitur dato signo hi aduolant, isti præpediuntur. Sub horum curru rotæ feruent, illi preteruolantium terga uix cernunt. Clamor fit uulgi nimius, ita ut Ethnici quoq; ipsi concreparent, Marnas uictus à Christo est. Porro furentes aduersarij, Hilarionem maleficũ Christianum ad supplicium poscere. Indubitata ergo

uictoria

uictoria, et illis et multis retro Circēsibus plurimis fidei occasio fuit. Eiusdem Gazensis emporij, oppido uirginem dei uicinus iuuenis deperibat. Qui cū frequenter tactu, iocis, nutibus, sibilis et cæteris huiusmodi, quæ solent morituræ uirginitatis esse principia, nihil profecisset, perrexit Memphim, ut confesso uulnere suo, Magicis artibus rediret armatus ad uirginē. Igitur post annū doctus ab Aesculapij uatibus non remediantis animas, sed perdentis, uenit præsumptum animo stuprū gestiens, et subter limen domus puellæ, tormēta quædam uerborum, et portensas figuras sculptas in æris Ciprij lamina defodit. Ilico insanire uirga, et amictu capitis abiecto rotare crinem, stridere dentibus, inclamare nomen adolescentis. Magnitudo quippe amoris se in furorem uerterat. Perducta ergo à parentibus ad monasterium, seni traditur, ululante statim et confitente dæmone, uim sustinui inuitus abductus sum, quam bene Memphis somnijs homines deludebam. o cruces, o tormenta quæ patior. Extrema cogis, et ligatus subter limen teneor. Nō exeo, nisi me adolescens qui tenet, dimiserit. Tunc senex, grandis ait, fortitudo tua, qui licio et lamina strictus teneris. Dic quare ausus es ingredi puellā Dei? Vt seruarē (inquit) eā uirginē. Tu seruares proditor castitatis? Cur nō potius in eū, qui te mittebat es ingressurus?

Vt quid respondit intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris Dæmonem? Noluit autem sanctus antequam purgaret uirginem, uel adolescentem, signa iubere perquiri, ne aut solutis incantationibus recessisse Dæmon uideretur, aut ipse sermoni eius accommodasse fidem, asserens fallaces esse Dæmones, & ad simulandum esse callidos, & magis reddita sanitate increpuit uirginem, cur fecisset talia, per quæ Dæmon intrare potuisset.

Non solum autem in Palæstina, & in uicinis urbibus Aegypti uel Syriæ, sed etiam in longinquis prouincijs fama eius percrebuerat. Nanq; candidatus Constantij Imperatoris rutilus coma, & candore corporis indicans prouinciam (inter Saxones quippe & Alemanos gens est, non tam lata, quam ualida, apud historicos Germania, nunc uero Francia uocatur) antiquo, hoc est, ab infantia possessus à Dæmone, qui noctibus cum ululare, ingemiscere, fremere dentibus compellebat, secreto ab Imperatore euectionem petijt, causam ei simpliciter indicans. Et acceptis ad consularem quoq; Palæstinæ literis, cum ingenti honore & comitatu Gazam deductus est. Qui cum à decurionibus illius loci quæsisset, ubi habitaret Hilarion

Germania

Monachus,

Monachus, territi Gazenses, & putantes eum ab Imperatore missum, ad Monasterium adduxerunt, ut & honorem commendato exhiberent, & si quid ex præteritis iniurijs in Hilarionem esset offensi, nouo officio deleretur. Deambulat tunc senex in arenis mollibus, & secum de Psalmis nescio quid, sub murmurabat. Vidensq; tantam turbam uenientem substitit. Et resalutatis omnibus, manuq; eius benedicens, post horam cæteros abire præcepit, illum uero cum seruis suis, & apparitoribus remanere. Ex oculis enim eius & uultu, cur uenisset agnouit. Statim ergo ad interrogationem suspensus homo, uix terram pedibus tangens, & immane rugiens: Syro quo interrogatus fuerat sermone, respondit: Videres de ore barbaro, & qui Francam tantum, & Latinam linguam nouerat, Syra ad purum uerba resonare, ut non stridor, non aspiratio, non idioma aliquod Palæstini deesset eloquij. Confessus est itaq; quo in eum intrasset ordine. Et ut interpretes eius intelligerent, qui Græcam tantum & Latinam linguam nouerant, Græce quoq; eum interrogauit. Quo similiter & in uerba eadem respondente, multasq; incantationum occasiones, & necessitates Magicarum artium obtendente, Non curo (ait) quomo-

Germanus liberatus Dæmone ab Hilarione.

do intraueris, sed ut exeas in nomine Domini nostri Iesu Christi impero. Cumq; curatus esset, simplicitate rustica decem auri libras offerens, hordeaceum ab eo panem accipit, audiens quod qui tali cibo alerentur, aurum pro luto ducerent.

Parum est de hominibus loqui. Bruta quoq; animalia quotidie ad eum furentia pertrahebantur, in quibus Bactrum camelum enormis magnitudinis qui iam multos obtriuerat, triginta & eo amplius uiri distentum solidißimis funibus cum clamore adduxerunt. Sanguinei erant oculi, spumabat os, uolubilis lingua turgebat, & super omnem terrorem rugitus personabat immanis. Iußit igitur eum dimitti senex. Statim uero & qui adduxerant, & qui cum sene erant, usq; ad unum omnes diffugere. Porro ille solus perrexit obuiam, & sermone Syro, non me (inquit) terres Diabole tanta mole corporis. Et in Vulpecula, & in Camelo unus atq; idem es. Et interim porrecta stabat manu. Ad quem dum furens, & quasi deuoratura eum belua peruenisset, statim corruit, submissumq; caput terræ coæquauit, mirantibus cunctis qui aderant, post tantam ferociam, tantam subito mansuetudinem. Docebat autem senex hominum causa, Diabolum etiam iumenta corripere, &

& tanto eorum ardere odio, ut non solum ipsos sed & ea quæ ipsorum essent, cuperet interire. Huiusq; rei proponebat exemplum, quod antequam beatum Iob tentare permitteretur, omnem substantiam eius interfecit. Nec mouere quempiam debere, quod Domini iussione, duo millia porcorum à Dæmonibus interfecta sunt. Siquidem eos qui uiderant, non potuisse aliter credere exisse de homine tantam Dæmonum multitudinem, nisi grandis porcorum numerus, & quasi à multis actus pariter corruisset. Tempus me deficiet, si uoluero uniuersa signa, quæ ab eo perpetrata sunt dicere.

Odium Satanæ erga homines.

In tanta enim a Domino fuerat eleuatus gloriam, ut beatus quoq; Antonius audiens conuersationem eius scriberet ei, libenterq; eius Epistolas sumeret. Et quando de Syriæ partibus ad se languentes perrexissent, diceret eis: Quare uos tam longe uexare uoluistis, cum habeatis ibi filium meum Hilarionem? Exemplo itaq; eius per totam Palæstinam innumerabilia Monasteria esse cœperunt, et omnes ad eum Monachi certatim currere. Quod ille cernens. laudabat Domini gratiam, & pro affectu animi, singulos cohortabatur dicens:

Epistola Antonij ad Hilarionem.

Præterire figuram huius mundi: Et illam esse ueram uitam, quæ uitæ præsentis emeretur incōmodo

Volens autem exemplum eis dare, & humilitatis et officij, statutis diebus ante uindemiam lustrabat cellulas Monachorum. Quod postquam cognitum est à fratribus, omnes ad eum confluebant & comitati tali duce, circumibant Monasteria, habentes uiaticum suum; quia interdum usq; ad duo millia hominum congregabantur. Sed & procedente tempore, unaquæq; uillula, uicinis Monachis ad susceptionem sanctorum gaudens, cibos offerebat, Quantum autem fuerit in eo studij, ut nullum fratrem quamuis humilem, quamuis pauperem præteriret, uel illud indicio est quod uadens in desertum Cades, ad unum de discipulis suis uisendum, cum in finito agmine Monachorum peruenit Elusam, eo forte die quo anniuersaria solennitas, omnem oppidi populum in templum Veneris congregauerat. Colunt autem illam ob luciferum, cuius cultui Saracenorum natio dedita est. Sed & ipsum oppidum ex magna parte semibarbarum est propter loci situm. Igitur audito, quod sanctus Hilarion præteriret (multos enim Saracenorum arreptos à Dæmone frequenter curauerat) gregatim ei cum uxoribus & liberis obuiam

uiam processere, submittentes colla, & uoce Syra Berach, id est, benedic, inclamantes. Quos ille blande humiliterq; suscipiens, obsecrabat, ut Deum magis quam lapides colerent. Simulq; ubertim flebat cœlum spectans, & pollicens si Christo crederent, ad eos se crebro esse uenturum. Mira Domini gratia, non prius abire paßi sunt, quam futuræ Ecclesiæ lineam mitteret, et sacerdos eorum, ut erat coronatus, Christi signo denotaretur.

Alio quoq; anno cum exiturus esset ad uisenda monasteria, & digereret in schedula, apud quos manere, quos in transitu uisitare deberet, scientes Monachi quendam de fratribus parciorem, simulq; cupientes uitio eius mederi, rogabant, ut apud eum maneret. Et ille, quid (inquit) uultis & nobis iniuriam, & fratri uexationem facere? Quod postquam frater ille parcus audiuit, & annitentibus cunctis, uix ab inuito impetrauit, ut suum quoq; monasterium in mansionum ordinem poneret. Post diem ergo decimum uenerunt ad eum, custodibus iam in uinea, qua uenirent illi depositis, qui eum lapidibus & glebarum iactu, fundæq; uertigine accedentes deterrerent, sine esu uuæ mane omnes profecti sunt, ridente sene, & dißimulante scire quod euenerat. Porro suscepti ab alio Monacho,

Exemplũ liberalis cui benedicit Dominus.

cui Sabbas uocabulum est (debemus quippe parci tacere uocabulum, largi dicere) quia Dominicus erat dies, inuitabantur ab eo uniuersi in uineam, ut ante horam cibi, uuarum pastu laborem uiæ subleuarent. Et sanctus, Maledictus (ait) qui prius refectionem corporis, quam animæ quæsierit. Oremus, Psallamus, reddamus Domino officium, & sic ad uineam properabitis. Completo itaq; ministerio, in sublimi stans benedixit uineæ, & suas ad pascendum dimisit oues. Erant autem qui uescebantur, non minus tribus milibus. Cumq; centum lagenis æstimata fuisset integra adhuc uinea, post dies uiginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens, etiam id quod habuerat uersum in acetum sero doluit: Hoc multis fratribus senex ante futurum dixerat.

Detestabatur autem precipue Monachos, qui infidelitate quadam in futurum reseruarent sua, & diligentiam haberent, uel sumptuum, uel uestitus, aut alicuius earum rerum quæ cum seculo transeunt. Deniq; unum de fratribus in quinto fere à se miliario manentem, quia comperiebat hortuli sui nimis cautum timidumq; custodem, & pauxillum habere nummorum, ab oculis abegerat,

Qui uolens sibi reconciliari senem, frequenter ueniebat ad fratres, & maxime ad Hesychium quo ille uehementißime delectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem uirentis, sicut in herbis erat detulit. Quem cum Hesychius posuisset in mensa ad uesperum, exclamauit senex, se putorem eius ferre non posse, simulq; unde esset rogauit. Respondente autem Hesychio, quod frater quidam primitias agelli sui, fratribus detulisset: Non sentis, inquit, putorem deterrimum, & in cicere fœtere auariciam? Mitte bobus, mitte brutis animalibus, & uide an comedant. Quod cum ille iuxta præceptum in præsepe posuisset, exterriti boues, & plus solito mugientes, ruptis uinculis in diuersa fugerunt. Habebat enim senex hanc gratiam, ut ex odore corporum uestiumq;, & earum rerum quas quis tetigerat, sciret cui Dæmoni, uel cui uicio subiaceret.

Hesychius amicus Hilarionis.

Igitur sexagesimo tertio uitæ suæ anno, cernens grande Monasterium et multitudinem fratrum secum habitantium, turbasq; eorum, qui diuersis languoribus et immūdis spiritibus occupatos ad se deducebāt, ita ut omni genere hominum solitudo per circuitum repleretur, flebat quotidie, et incredibili desyderio, conuersationis antiquæ recordabatur.

interrogatus à fratribus, quid haberet, cur se conficeret: Ait rursum ad seculum redij, & recepi mercedem meam in uita mea. En homines Palæstinæ & uicinæ prouinciæ, existimant me esse alicuius momenti, & ego sub prætextu Monasterij ad dispensationem fratrum, uilem supplectilem habeo. Seruabatur autem à fratribus, maxime ab Hesychio, qui miro amore uenerationi senis deditus erat. Cumq; ita uixisset lugens biennium, Aristæneta illa cuius supra fecimus mentionem, præfecti tunc uxor, sed nihil de præfecti ambitu habens, uenit ad eum, uolens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens, uellem (ait) ipse quoq; ire, si non carcere huius Monasterij clausus tenerer, & si eundi fructus esset: Biduum enim hodie est, quod totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa, & substitit. Et post paucos dies ueniente nuncio, Antonij dormitionem audiuit. Mirentur alij signa quæ fecit. Mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem. Ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum & honorem calcare potuisse. Concurrebant Episcopi, Presbyteri, clericorum & Monachorum greges, matronæ quoq; Christianorum grandis tentatio, & hinc inde ex urbibus & agris uulgus ignobile, sed & potentes uiri & iudices,

Hilarion longe ab Antonio absens prædicit eum mortuum.

iudices, ut benedictum ab eo panem uel oleum acciperent. At ille nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur, in tantum ut quadam die proficisci statuerit & adducto asello (nimis quippe exesus ieiunijs, uix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset, & quasi uastitas & iusticium palæstinæ indiceretur, plus quam decem milia hominum diuersæ ætatis & sexus, ad retinendum eum congregata sunt. Immobilis ille ad preces, & baculo arenas discutiens loquebatur, fallacem Dominum meum non faciam; non possum uidere subuersas Ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorum sanguinem. Vniuersi autem qui aderant, intelligebant reuelatum ei quiddam esse secreti, quod nollet confiteri. Et nihilominus custodiebant eum, ne proficisceretur. Decreuit ergo, publica omnes uoce contestans, non cibi se, non potus quicquam sumere, nisi dimitteretur. Et post septem dies inediæ, tandem relaxatus, ac ualedicens plurimis, cum infinito agmine prosequentium, uenit Betilium, ubi persuasis turbis ut reuerterentur, elegit quadraginta Monachos, qui haberent uiaticum, & possent ieiunantes ingredi, id est, post solis occasum cibum sumere.

Hilarion prædicit persecutionem Iuliani.

Hilarion uisitat sanctos exules.

Quinto igitur die uenit Pelusium, uisitatisq; fratribus, qui in uicina eremo erant, & in loco qui dicitur Lychnos, morabantur, perrexit post triduum ad castrum Theubatum, ut uideret Dracontium Episcopum et confessorem qui ibi exulabat. Quo incredibiliter consolato tanti uiri præsentia, post aliud triduum multo Babylonem labore peruenit, ut uideret Philonem Episcopum & ipsum confessorem. Constantius enim Rex, Arrianorum fauens heresi, utrumq; in ea loca deportauerat. Inde egrediens post triduum, uenit ad oppidum Aphroditon, ubi conuento Diacono Baisane, qui locatis Camelis & dromedis, ob aquæ in eremo penuriam, consueuerat euntes ad Antonium ducere, confessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antonij, & peruigilem noctem in ipso quo defunctus fuerat loco à se ei debere celebrari. Tribus igitur diebus per uastam & horribilem solitudinem, tandem ad montem altißimum peruenerunt, repertis ibi duobus Monachis, Isaac & Pelusiano, quorum Isaac interpres Antonij fuerat. Et quia se præbet occasio, & ad id loci uenimus, dignum uidetur breui sermone habitaculum tanti uiri describere.

Constantius Arrianus.

Saxeus & sublimis mons per mille circiter

passus,

passim, ad radices suas aquas exprimit, quarum aliæ arenæ ebibunt, aliæ ad inferiora delapsæ paulatim riuum efficiunt, super quem ex utraq; ripa palmæ innumerabiles, multum loco & amœnitatis & commodi tribuunt. Videres senem huc atq; illuc cum discipulis beati Antonij discurrere. Hic aiebant psallere, hic orare, hic operari, hic fessus residere solitus erat. Has uites, has arbusculas ipse plantauit. Illam areolam manibus suis ipse composuit. Hanc piscinam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est. Istum sarculum ad fodiendum terram pluribus annis habuit. Iacebat in strato eius, & quasi calens adhuc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus mensuræ per quadrum tenens, quam homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis uertice, quasi per cochleam ascendentibus, arduo ualde nisu, duæ eiusdem mensuræ cellulæ uisebantur, in quibus uenientium frequentiam, & discipulorum suorum contubernium fugiens, moratus est. Verum hæ in uiuo excisæ saxo, ostia tantum addita habebant. Descriptio habitationis S. Antonij.

Postquam autem in hortulum uenerant: Videtis, inquit, Isaac hoc pomarium arbusculis consitum, & holeribus

uirens

uirens. Ante hoc ferme triennium cum onagrorum grex uastaret, unum è ductoribus eorum stare iussit, baculoq; tundens latera: Quare (inquit) comeditis quod non seminastis? Et exinde acceptis aquis, ad quas potandas uentitabant, nunquam eos nec arbusculam, nec holera contigisse. Praeterea rogabat senex, ut sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cum seorsum eum abduxissent, utrum monstrauerint nec ne, ignoratur. Causam occultandi iuxta praeceptum Antonij fuisse referentes, ne Pergamus, qui in illis locis ditissimus erat, sublato ad uillam suam sancti corpore, martyrium fabricaretur. Igitur reuersus ad Aphroditon, duobus secum tantum retentis fratribus in uicina eremo moratus est, tanta abstinentia & silentio, ut tunc primum se coepisse Christo seruire diceret.

Cur S. Antonius noluerit latere suũ sepulchrũ.

Porro iam triennium erat, quod clausum coelum illas terras arefecerat, ut uulgo dicerent, Antonij mortem etiam elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis, accolas quoq; illius loci, & certatim uirilis ac muliebris sexus ora luridi, & attenuati fame, pluuias à seruo Christi, id est, à beati Antonij successore deprecabantur. Quos ille cernens, mire doluit. Eleuatisq; in coelum oculis, & utrasq; in sublime erigens palmas, statim impetrauit

Hilarion suis praecibus im-

petrauit quod rogauerant. Ecce autem sitiens arenosáq; regio, postquam pluuijs irrorata est, tantam serpentum & uenenatorum animalium ex improuiso ebulliuit multitudinem, ut percussi innumerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaq; oleo, uniuersi agricolæ atq; pastores tangentes uulnera, certam salutem resumebant. Videns etiam ibi se miris honoribus affici, perrexerit Alexandriam, inde ad interiorem Osam eremum transiturus. Et quia nunquam ex quo cœperat esse Monachus in urbibus manserat, diuertit ad quosdam fratres notos sibi in Brutio, haud procul ab Alexandria, qui cum miro gaudio suscepissent senem, et iam uicina nox esset, repente audiunt discipulos eius Asinum sternere, illumq; parare proficisci. Itaq; aduoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret, & ante limen prostrati, citius se mori quam tanto carere hospite testabantur. Quibus ille respondit, idcirco abire festino, ne uobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis, non sine causa me subito ambulasse.

Impetrat pluuiam cum triennio non pluisset.

Igitur altera die Gazenses cum lictoribus profecti (nam pridie eum uenisse cognouerant) intrantes Monasterium, cum illum minime inuenissent,

nissent, inuicem loquebantur, Nonne uera sunt, quæ audiuimus? Magus est, & futura cognoscit. Vrbs autem Gaza, postquam profecto de Palæstina Hilarione, Iulianus in imperium successerat, destructo Monasterio eius, precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionis & Hesychij mortem impetrauerat, amboq; ut quærerentur, toto orbe scriptum erat. Egressus ergo de Brutio, per inuiam solitudinem intrauit Osam, ibiq; anno plus minus exacto, qui illuc quoq; sua fama præuenerat, quasi iam in oriente latere non posset, ubi multi illum & opinione, & uultu nouerant, ad solas nauigare insulas cogitabat, ut quem terra uulgauerat, saltem maria celarent.

Exemplũ de honorandis præceptoribus.

Eodem ferme tempore Hadrianus discipulus eius de Palæstina superuenit, dicens Iulianum occisum, Christianum Imperatorem regnare cœpisse, reuerti eum debere ad Monasterij sui reliquias. Quod ille audiens, detestatus est, & conducto camelo per uastam solitudinem, peruenit ad maritimam urbem Lybiæ Paretonium, ubi Hadrianus infœlix uolens Palæstinam reuerti, et pristinam sub nomine Magistri quærens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum, conuasatis quæ à fratribus ei missa detulerat, nesciente illo

profectus

profectus est. Super hoc quia alter locus referendi non est, hoc tantum dixerim in terrorem eorum, qui Magistros despiciunt, quod post aliquantulum temporis computruerit morbo regio.

Habens igitur senex Gazanum secum, ascendit classem, quæ Siciliam nauigabat. Cumq; uenundato Euangeliorum codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulum disponeret, in medio ferme, Adriæ, naucleri filius arreptus à Dæmone, clamare cœpit & dicere: Hilarion serue Dei, cur nobis per te & in pelago tutos esse non licet? Da mihi spacium donec ad terram ueniam, ne hic eiectus, præcipiter in abyssum.

Nautæ filius Dæmone liberatus.

Cur ille: Si Deus meus (ait) tibi concedit ut maneas, mane. Sin autem ille te eijcit, quid mihi inuidiam facis, homini peccatori atq; mendico? Hoc autem dicebat, ne nautæ & negotiatores qui in naui erant, se cum ad terrram peruenissent, proderent. Nec multo post purgatus est puer, patre fidem dante, & cæteris qui aderant, nulli se super eius nomine locuturos. Ingressus autem Pachynum promontorium Siliciæ, obtulit nauclero Euangelium pro subuectione sua & Gazani. Qui nolens accipere, maxime cum uideret illos, excepto illo codice & his quibus uestiti erant, amplius nihil habere, ad extremum

iurat

Exemplũ liberalis cui benedicit Dominus.

cui Sabbas uocabulum est (debemus quippe parci tacere uocabulum, largi dicere) quia Dominicus erat dies, inuitabantur ab eo uniuersi in uineam, ut ante horam cibi, uuarum pastu laborem uiæ subleuarent. Et sanctus, Maledictus (ait) qui prius refectionem corporis, quam animæ quæsierit. Oremus, Psallamus, reddamus Domino officium, & sic ad uineam properabitis. Completo itaq; ministerio, in sublimi stans benedixit uineæ, & suas ad pascendum dimisit oues. Erant autem qui uescebantur, non minus tribus milibus. Cumq; centum lagenis æstimata fuisset integra adhuc uinea, post dies uiginti trecentas fecit. Porro ille parcus frater multo minus solito colligens, etiam id quod habuerat uersum in acetum sero doluit: Hoc multis fratribus senex ante futurum dixerat.

Detestabatur autem precipue Monachos, qui infidelitate quadam in futurum reseruarent sua, & diligentiam haberent, uel sumptuum, uel uestitus, aut alicuius earum rerum quæ cum seculo transeunt. Deniq; unum de fratribus in quinto fere à se miliario manentem, quia comperiebat hortuli sui nimis cautum timidumq; custodem, & pauxillum habere nummorum, ab oculis abegerat,

Qui

Qui uolens sibi reconciliari senem, frequenter ueniebat ad fratres, & maxime ad Hesychium quo ille uehementißime delectabatur. Quadam igitur die ciceris fascem uirentis, sicut in herbis erat detulit. Quem cum Hesychius posuisset in mensa ad uesperum, exclamauit senex, se putorem eius ferre non posse, simulq; unde esset rogauit. Respondente autem Hesychio, quod frater quidam primitias agelli sui, fratribus detulisset: Non sentis, inquit, putorem deterrimum, & in cicere fetere auariciam? Mitte bobus, mitte brutis animalibus, & uide an comedant. Quod cum ille iuxta præceptum in præsepe posuisset, exterriti boues, & plus solito mugientes, ruptis uinculis in diuersa fugerunt. Habebat enim senex hanc gratiam, ut ex odore corporum uestiumq;, & earum rerum quas quis tetigerat, sciret cui Dæmoni, uel cui uicio subiaceret. Hesychius amicus Hilarionis.

Igitur sexagesimo tertio uitæ suæ anno, cernens grande Monasterium et multitudinem fratrum secum habitantium, turbasq; eorum, qui diuersis languoribus et immũdis spiritibus occupatos ad se deducebãt, ita ut omni genere hominum solitudo per circuitum repleretur, flebat quotidie, et incredibili desyderio, conuersationis antiquæ recordabatur.

interrogatus à fratribus, quid haberet, cur se conficeret: Ait rursum ad seculum redij, & recepi mercedem meam in uita mea. En homines Palæstinæ & uicinæ prouinciæ, existimant me esse alicuius momenti, & ego sub prætextu Monasterij ad dispensationem fratrum, uilem supplectilem habeo. Seruabatur autem à fratribus, maxime ab Hesychio, qui miro amore uenerationi senis deditus erat. Cumq; ita uixisset lugens biennium, Aristæneta illa cuius supra fecimus mentionem, præfecti tunc uxor, sed nihil de præfecti ambitu habens, uenit ad eum, uolens etiam ad Antonium pergere. Cui ille flens, uellem (ait) ipse quoq; ire, si non carcere huius Monasterij clausus tenerer, & si eundi fructus esset: Biduum enim hodie est, quod totus mundus tali parente orbatus est. Credidit illa, & substitit. Et post paucos dies ueniente nuncio, Antonij dormitionem audiuit. Mirentur alij signa quæ fecit. Mirentur incredibilem abstinentiam, scientiam, humilitatem. Ego nihil ita stupeo, quam gloriam illum & honorem calcare potuisse. Concurrebant Episcopi, Presbyteri, clericorum & Monachorum greges, matronæ quoq; Christianorum grandis tentatio, & hinc inde ex urbibus & agris uulgus ignobile, sed & potentes uiri & iudices,

Hilarion longe ab Antonio absens prædicit eum mortuum.

iudices, ut benedictum ab eo panem uel oleum acciperent. At ille nihil aliud, nisi solitudinem meditabatur, in tantum ut quadam die proficisci statuerit & adducto asello (nimis quippe exesus ieiunijs, uix ingredi poterat) iter arripere conaretur. Quod cum percrebuisset, & quasi uastitas & iusticium palæstinæ indiceretur, plus quam decem milia hominum diuersæ ætatis & sexus, ad retinendum eum congregata sunt. Immobilis ille ad preces, & baculo arenas discutiens loquebatur, fallacem Dominum meum non faciam, non possum uidere subuersas Ecclesias, calcata Christi altaria, filiorum meorum sanguinem. Vniuersi autem qui aderant, intelligebant reuelatum ei quiddam esse secreti, quod nollet confiteri. Et nihilominus custodiebant eum, ne proficisceretur. Decreuit ergo, publica omnes uoce contestans, non cibi se, non potus quicquam sumere, nisi dimitteretur. Et post septem dies inediæ, tandem relaxatus, ac ualedicens plurimis, cum in finito agmine prosequentium, uenit Betilium, ubi persuasis turbis ut reuerterentur, elegit quadraginta Monachos, qui haberent uiaticum, & possent ieiunantes ingredi, id est, post solis occasum cibum sumere.

Hilarion prædicit persecutionem Iuliani.

Hilarion uisitat sanctos exules.

Quinto igitur die uenit Pelusium, uisitatisq; fratribus, qui in uicina eremo erant, & in loco qui dicitur Lychnos, morabantur, perrexit post triduum ad castrum Theubatum, ut uideret Dracontium Episcopum et confessorem qui ibi exulabat. Quo incredibiliter consolato tanti uiri præsentia, post aliud triduum multo Babylonem labore peruenit, ut uideret Philonem Episcopum & ipsum confessorem. Constantius enim Rex, Arrianorum fauens hæresi, utrumq; in ea loca deportauerat. Inde egrediens post triduum, uenit ad oppidum Aphroditon, ubi conuento Diacono Baisane, qui locatis Camelis & dromedis, ob aquæ in eremo penuriam, consueuerat euntes ad Antonium ducere, confessus est fratribus instare diem dormitionis beati Antonij, & peruigilem noctem in ipso quo defunctus fuerat loco à se ei debere celebrari. Tribus igitur diebus per uastam & horribilem solitudinem, tandem ad montem altißimum peruenerunt, repertis ibi duobus Monachis, Isaac & Pelusiano, quorum Isaac interpres Antonij fuerat. Et quia se præbet occasio, & ad id loci uenimus, dignum uidetur breui sermone habitaculum tanti uiri describere.

Constantius Arrianus.

Saxeus & sublimis mons per mille circiter

passus

passim, ad radices suas aquas exprimit, quarum aliæ arenæ ebibunt, aliæ ad inferiora delapsæ paulatim riuum efficiunt, super quem ex utraq; ripa palmæ innumerabiles, multum loco & amœnitatis & commodi tribuunt. Videres senem huc atq; illuc cum discipulis beati Antonij discurrere. Hic aiebant psallere, hic orare, hic operari, hic fessus residere solitus erat. Has uites, has arbusculas ipse plantauit. Illam areolam manibus suis ipse composuit. Hanc piscinam ad irrigandum hortulum multo sudore fabricatus est. Istum sarculum ad fodiendum terram pluribus annis habuit. Iacebat in strato eius, & quasi calens adhuc cubile deosculabatur. Erat autem cellula non plus mensuræ per quadrum tenens, quam homo dormiens extendi poterat. Præterea in sublimi montis uertice, quasi per cochleam ascendentibus, arduo ualde nisu, duæ eiusdem mensuræ cellulæ uisebantur, in quibus uenientium frequentiam, & discipulorum suorum contubernium fugiens, moratus est. Verum hæ in uiuo excisæ saxo, ostia tantum addita habebant.

Descriptio habitationis S. Antonij.

Postquam autem in hortulum uenerant: Videtis, inquit, Isaac hoc pomarium arbusculis consitum, & holeribus

uirens.

uirens. Ante hoc ferme triennium cum onagrorum grex uastaret, unum è ductoribus eorum stare iussit, baculoq; tundens latera: Quare (inquit) comeditis, quod non seminastis? Et exinde acceptis aquis, ad quas potandas uentitabant, nunquam eos nec arbusculam, nec holera contigisse. Praeterea rogabat senex, ut sibi locum tumuli eius ostenderent. Qui cum seorsum eum abduxissent, utrum monstrauerint nec ne, ignoratur. Causam occultandi iuxta praeceptum Antonij fuisse referentes, ne Pergamus, qui in illis locis ditißimus erat, sublato ad uillam suam sancti corpore, martyrium fabricaretur. Igitur reuersus ad Aphroditon, duobus secum tantum retentis fratribus in uicina eremo moratus est, tanta abstinentia & silentio, ut tunc primum se coepisse Christo seruire diceret.

Cur S. Antonius noluerit latere suũ sepulchrũ.

Porro iam triennium erat, quod clausum coelum illas terras arefecerat, ut uulgo dicerent, Antonij mortem etiam elementa lugere. Non latuit fama Hilarionis, accolas quoq; illius loci, & certatim uirilis ac muliebris sexus ora luridi, & attenuati fame, pluuias à seruo Christi, id est, à beati Antonij successore deprecabantur. Quos ille cernens, mire doluit. Eleuatisq; in coelum oculis, & utrasq; in sublime erigens palmas, statim impetrauit

Hilarion suis praecibus im-

petrauit quod rogauerant. Ecce autem sitiens arenosáq; regio, postquam pluuijs irrorata est, tantam serpentum & uenenatorum animalium ex improuiso ebulliuit multitudinem, ut percussi innumerabiles, nisi ad Hilarionem concurrissent, statim interirent. Benedicto itaq; oleo, uniuersi agricolæ atq; pastores tangentes uulnera, certam salutem resumebant. Videns etiam ibi se miris honoribus affici, perrexerit Alexandriam, inde ad interiorem Osam eremum transiturus. Et quia nunquam ex quo cœperat esse Monachus in urbibus manserat, diuertit ad quosdam fratres notos sibi in Brutio, haud procul ab Alexandria, qui cum miro gaudio suscepissent senem, et iam uicina nox esset, repente audiunt discipulos eius Asinum sternere, illumq; parare proficisci. Itaq; aduoluti pedibus, rogabant ne hoc faceret, & ante limen prostrati, citius se mori quam tanto carere hospite testabantur. Quibus ille respondit, idcirco abire festino, ne uobis molestiam generem. Certe ex posterioribus cognoscetis, non sine causa me subito ambulasse.

Impetrat pluuiam cum triennio non pluisset.

Igitur altera die Gazenses cum lictoribus profecti (nam pridie eum uenisse cognouerant) intrantes Monasterium, cum illum minime inuenissent,

nissent, inuicem loquebantur, Nonne uera sunt, quae audiuimus? Magus est, & futura cognoscit. Vrbs autem Gaza, postquam profecto de Palestina Hilarione, Iulianus in imperium successerat, destructo Monasterio eius, precibus ad Imperatorem datis, & Hilarionis & Hesychij mortem impetrauerat, amboq; ut quaererentur, toto orbe scriptum erat. Egressus ergo de Brutio, per inuiam solitudinem intrauit Osam, ibiq; anno plus minus exacto, qui illuc quoq; sua fama praeuenerat, quasi iam in oriente latere non posset, ubi multi illum & opinione, & uultu nouerant, ad solas nauigare insulas cogitabat, ut quem terra uulgauerat, saltem maria celarent.

Exemplũ de honorandis praeceptoribus.

Eodem ferme tempore Hadrianus discipulus eius de Palaestina superuenit, dicens Iulianum occisum, Christianum Imperatorem regnare coepisse, reuerti eum debere ad Monasterij sui reliquias. Quod ille audiens, detestatus est, & conducto camelo per uastam solitudinem, peruenit ad maritimam urbem Lybiae Paretonium, ubi Hadrianus infoelix uolens Palaestinam reuerti, et pristinam sub nomine Magistri quaerens gloriam, multas ei fecit iniurias. Ad extremum, conuasatis quae à fratribus ei missa detulerat, nesciente illo profectus

profectus est. Super hoc quia alter locus referendi non est, hoc tantum dixerim in terrorem eorum, qui Magistros despiciunt, quod post aliquantulum temporis computruerit morbo regio.

Habens igitur senex Gazanum secum, ascendit classem, quæ Siciliam nauigabat. Cumq; uenundato Euangeliorum codice, quem manu sua adolescens scripserat, dare naulum disponeret, in medio ferme Adriæ, naucleri filius arreptus à Dæmone, clamare cœpit & dicere: Hilarion serue Dei, cur nobis per te & in pelago tutos esse non licet? Da mihi spacium donec ad terram ueniam, ne hic eiectus, præcipiter in abyssum. Cur ille: Si Deus meus (ait) tibi concedit ut maneas, mane. Sin autem ille te eijcit, quid mihi inuidiam facis, homini peccatori atq; mendico? Hoc autem dicebat, ne nautæ & negotiatores qui in naui erant, se cum ad terrram peruenissent, proderent. Nec multo post purgatus est puer, patre fidem dante, & cæteris qui aderant, nulli se super eius nomine locuturos. Ingressus autem Pachynum promontorium Siliciæ, obtulit nauclero Euangelium pro subuectione sua & Gazani. Qui nolens accipere, maxime cum uideret illos, excepto illo codice & his quibus uestiti erant, amplius nihil habere, ad extremum

Nautæ filius Dæmone liberatus.

iurat se non accepturum. Sed & senex accensus fiducia pauperis conscientiæ, in eo magis lætabatur, & quod nihil haberet sæculi, & ab accolis illius loci mendicus putaretur.

Porro recogitans ne negociatiores de oriente uenientes se notum facerent, ad mediterranea fugit loca, id est, uicesimo à mari miliario, ibiq; in quodam deserto agello, lignorum quotidie fascem alligans, imponebat dorso discipuli. Quo in proxima uilla uenundato, & sibi alimoniam, & his qui forte ad eos ueniebant, pauxillulum panis emebant, Sed uere iuxta quod scriptum est: Non potest ciuitas latere supra montem posita. Scutarius quidam cum in basilica beati Petri Romæ torqueretur, clamauit in eo immundus spiritus, Ante paucos dies Siciliam ingressus est Hilarion seruus CHRISTI, & nemo eum nouit, & putat se esse secretum, ego uadam & prodam illum. Statimq; cum seruulis suis ascensa in portu naue, appulsus est Pachynum, & deducente se Dæmone, ubi ante tugurium senis se prostrauit, ilico curatus est. Hoc initium signorum eius in Sicilia, innumerabilem ad eum deinceps ægrotantium, sed & religiosorum hominum adduxit multitudinem, in tantum, ut de primoribus quidam tumens morbo in-

Hilarion uenit in Siciliam.

terentis

tercutis, eodem die quo ad eum uenerat, curatus ſit. Qui poſtea offerens ei infinita munera, audiuit dictum ſaluatoris ad diſcipulos: Gratis accepiſtis, gratis date.

Dum hæc ita geruntur in Sicilia, Heſychius diſcipulus eius, toto ſenem orbe quærebat, luſtrans littora, deſerta penetrans, & hanc tantum habens fiduciam, quia ubicunq; eſſet, diu latere non poſſet. Tranſacto igitur iam triennio, audiuit Methonæ a quodam Iudæo, uilia populis ſcruta uendente, Prophetam Chriſtianorum apparuiſſe in Sicilia, tanta miracula & ſigna facientem, ut de ueteribus ſanctis deputaretur. Interrogatus itaq; habitum eius, inceſſum & linguam, maximeq; ætatem, nihil dicere potuit. Ille enim qui referebat, famam ad ſe ueniſſe tantum hominis teſtabatur. Ingreſſus igitur Adriam, proſpero curſu uenit Pachynum, & in quadam curui littoris uillula, famam ſenis ſciſcitatus, conſona uoce omnium cognouit ubi eſſet, quid ageret, nihil in eo ita cunctis admirantibus, quam quod poſt tanta ſigna atq; miracula, ne fragmen quidem panis à quoquam in illis locis accepiſſet. Et ne longum faciam, ſanctus uir Heſychius ad Magiſtri genua prouolutus, plantaſq; eius lachrymis rigans, tan-

Heſychius diſcipulus quærit præceptorem Hilarionem.

dem ab eo subleuatus, post bidui tridiuiq; sermonem audita Gazono, non posse senem iam illis habitare regionibus, sed uelle ad barbaras quasdam pergere nationes, ubi & nomen & sermo suus incognitus foret. Duxit itaq; illum ad Epidaurum Dalmatiæ oppidum, ubi paucis diebus in uicino agello mansitans, non potuit abscondi. Siquidem Draco miræ magnitudinis (quos gentili sermone boas uocant, ab eo quod tam grandes sint, ut boues glutire soleant) omnem late uastabat prouinciam, & non solum armenta & pecudes, sed agricolas quoq; & pastores tractos ad se ui spiritus absorbebat. Cui cum pyram iußisset preparari, & oratione ad Christum missa, euocato populo, præcepisset struem lignorum scandere, ignem supposuit. Tum itaq; cuncta spectante plebe, immanem bestiam concremauit. Vnde æstuans quid faceret, quo se uerteret, aliam parabat fugam, & solitarias terras mente perlustrans, mœrebat quod tacente de se lingua, miracula loquerentur.

Hilarion uenit Epidaurum.

Draco ab Hilarione concrematus.

Ea tempestate, terræmotu totius orbis, qui post Iuliani mortem accidit, maria egressa sunt terminos suos, & quasi rursum Deus diluuium minaretur, uel in antiquum chaos redirent omnia, naues ad prærupta de latere montium pependerunt.

Terræmotus post Iuliani mortem.

derunt. Quod cum uiderent Epidauritani, frementes fluctus & undarum moles, et montes gurgitum littoribus inferri, uerentes quod iam euenisse cernebant, ne oppidum funditus subuerteretur, ingreßi sunt ad senem, & quasi ad prælium proficiscentes, posuerunt eum in littore. Qui cum tria Crucis signa pinxisset in sabulo, manusq; contra tenderet, incredibile dictu est, in quantam altitudinem intumescens mare ante eum steterit, ac diu fremens, & quasi ad obicem indignans, paulatim in semetipsum relapsum est. Hoc Epidaurus & omnis illa regio usq; hodie prædicat. Matresq; docent liberos suos ad memoriam in posteros transmittendam. Vere illud quod ad Apostolos dictum est: Si credideritis, dicetis huic monti, transi in mare, & fiet, etiam iuxta litteram impleri potest, si tamen quis habuerit Apostolorum fidem & talem qualem illis habendam Dominus imperauit. Quid enim interest, utrum mons descendat in mare, an immensi undarum montes repente obriguerint, & ante senis tantum pedes saxei ex alia parte molliter fluxerint. Mirabatur omnis ciuitas, & magnitudo signi Salonis quoq; percrebuerat. Quod intelligens senex, in breui lembo clam nocte fugit: & inuenta post biduum onerata naui perrexit Cyprum

Sedatur mare ab Hilarione

Cumq;

Cumq; inter Maleam & Cytheram pyratæ dere-
licta classe in littore, quæ non atemna, sed conto-
regitur, duobus haud paruis myoparonibus occur-
rissent, & denuo hinc inde fluctus occurrerent, re-
miges omnis qui in naui erant trepidare, flere,
discurrere, preparare contos, & quasi non suffice-
ret unus nuncius, certatim seni pyratas adesse di-
cebant, Quos ille procul intuens subrisit. Et con-
uersos ad discipulos dixit: Modicæ, inquit fidei,
quare trepidatis? Nunquid plures sunt hi quam
Pharaonis exercitus? Tamen omnes Deo uolente
submersi sunt. Loquebatur hic, & nihil minus
spumantibus rostris, hostiles turmæ imminebant,
iactu tantum, lapidis medio. Stetit ergo in prora
nauis, & porrecta contra uenientes manu, huc
usq; (ait) uenisse sufficiat. O mira rerum fides,
statim resiluere nauiculæ, & impellentibus contra
remis, ad puppim impetus redit. Mirabantur py-
ratæ, post tergum se redire nolentes totoq; corpo-
ris nixu, ut ad nauigium peruenirent laborantes,
uelocius multo quam uenerant, ad littus ferebãtur.

Prætermitto cætera, ne uidear in narratio-
ne signorum, uolumen extendere. Hoc solum di-
cam, quod inter cicladas nauigans, hinc inde cla-
mantium de urbibus & uicis, & ad littora con-
currentium,

currentium, immundorum spirituum uoces audiebantur. Ingressus ergo Paphum urbem Cypri nobilem carminibus Poetarum, quæ frequenter terræ motu lapsa: nunc ruinarum tantum uestigijs quid olim fuerit ostendit. In secundo ab urbe miliario habitabat ignobilis, gaudensq; quod paucis diebus quiete uiueret. Verum non ad plenum uiginti trasiere dies, cum per omnem illam insulam quicumq; immundos habebant spiritus, clamare cœperunt, uenisse Hilarionem seruum Christi, & ad eum se debere properare. Hoc Salamina, hoc Curium, hoc Lapetha, & urbes reliquæ conclamabant, plerisq; asserentibus scire se quidem Hilarionem, & uere illum esse famulum Dei, sed ubi esset ignorare. Inter triginta igitur nec multo amplius dies, ducenti ferme, tam uiri quam mulieres, ad eum congregati sunt. Quos cum uidisset, dolens quod se non paterentur quiescere, & quodammodo in ultionem sui sæuiens, tanta eos orationum instantia flagellauit, ut quidam statim, alij post biduum triduumue, omnes uero intra unam hebdomadam curarentur. Venit Cyprum Hilarion.

Manens itaq; ibi biennio, & semper de fuga cogitans, Hesychium ad se Veris tempore reuersurum, Palæstinam ad salutationem fratrum

& Monasterij sui cineres uisendos misit. Qui cum reuertisset cupienti rursum ad Aegyptum nauigare, hoc est, ad ea loca, quæ uocantur Bucolia, eo quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantum & ferox natio, suasit ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet. Quem cum diu lustrans omnia reperisset, perduxit eum duodecim milibus à mari procul inter secretos asperosq; montes, & quo uix reptando manibus genibusq; posset ascendi. Qui introgressus, contemplatus quidem est, terribilem ualde & remotum locum, arboribusq; hincinde circundatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, & hortulum peramœnum, & pomaria plurima, quorum fructum nunquam in cibo sumpsit, sed & antiquißimi iuxta templi ruinam, ex quo (ut ipse referebat & eius discipuli testantur) tam innumerabilium per noctes & dies Dæmonum uoces resonabant, ut exercitum crederes. Quo ille ualde delectatus, quod scilicet antagonistas haberet in proximo, habitauit ibi per annos quinq;, & sæpe inuisente se Hesychio, in hoc extremo iam uitæ suæ tempore refocillatus est, quod propter asperitatem difficultatemq; loci & umbrarum (ut ferebatur uulgo) multitudinem, aut

nullus

nullus, aut rarus ad se uel posset, uel auderet ascendere. Quodam autem die egressus hortulum, uidit hominem toto corpore Paralyticum iacentem ante fores. Interrogauitq; Hesychium quisnam esset, uel quomodo fuisset adductus. Qui respondens ait, procuratorem se fuisse uillulæ, ad cuius, confinia hortulus quoq; in quo ipsi erant, pertineret. Et ille collachrymans tendensq; ad iacentem manum. Tibi (inquit) dico in nomine Domini nostri Iesu Christi, surge & ambula. Mira uelocitas. Adhuc uerba in ore loquentis uoluebantur, & iam membra solidata ad standum hominem surrigebant. Quod postquam auditum est, etiam difficultatem loci, & iter inuium plurimorum uicit necessitas. Nihil per circumitum cunctis uillis obseruantibus, quam ne quo modo elaberetur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor diu eum in eodem loco manere non posse. Quod ille non leuitate quadam aut puerili sensu uictus faciebat, sed honorem fugiens & importunitatem. Semper enim silentium & uitam ignobilem desiderabat.

Igitur octogesimo ætatis suæ anno cum absens esset Hesychius, quasi testamenti uice breuem manu propria scripsit Epistolam, omnes diuitias suas ei derelinquens. Euangelium scilicet, & tunicam sacceam, cucullam & palliolum.

Hilarion moritur octogesimo ætatis suæ anno.

Nam minister eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaq; ad ægrotantem de Papho multi religiosi uiri, & maxime quod cum dixisse audierant, iam se ad Dominum migraturum, & de corporis uinculis liberandum. Sed & constantia quædam sancta fœmina, cuius generum & filiam de morte liberauerat unctione olei, quos omnes adiurauit, ut ne puncto quidem horæ post mortem reseruaretur, sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut uestitus erat in Cilicina tunica et cuculla, et sago rustico. Iam modicus calor tepebat in corpore, nec præter sensum quicquam uiui hominis supererat, et tamen apertis oculis loquebatur: Egredere quid times? Egredere anima mea quid dubitas? Septuaginta prope annis seruisti Christo, et mortem times? In hæc uerba exhalauit spiritum. Statimq; humo obrutum, ante ubi sepultum, quam mortuum nunciauerunt. Quod postquam Palæstinæ sanctus uir audiuit Hesychius, perrexit ad Cyprum, & simulans se uelle habitare in eodem hortulo, ut diligentis custodiæ suspitionem accolis tolleret, cũ ingenti uitæ suæ periculo, post decem uere menses corpus eius furatus est. Quod Maioniam deferens, totis Monachorum & oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo Monasterio

nasterio, condidit, illæsa tunica, cuculla & palliolo, & toto corpore quasi adhuc uiueret, integro tantusq; fragrante odoribus ut delibutum unguentis putaretur. Non mihi uidetur in calce Libri tacenda Constantiæ illius sanctißimæ mulieris deuotio, quæ perlato ad se nuncio, quod corpusculum Hilarionis Palæstimæ esset, statim exanimata est ueram in seruum Dei dilectionem etiam morte comprobans. Erat enim solita peruigiles in sepulchro eius noctcis ducere, & quasi cum præsente ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Cernas usq; hodie miram inter Palestinos & Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. Et tamen in utriusq; locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitan quia plus illum locum dilexit.



VITA MALCI CAPtiui Monachi, per S. Hieronymum.



VINAVALI PRÆlio dimicaturi sunt, ante in portu et in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus, & uncos præparant, dispositumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente uestigio stare firmiter consuescunt, ut quod in simulachro pugnæ didicerint, in uero certamine non perhorrescant. Ita & ego qui diu tacui (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quandam rubiginem linguæ abstergere, ut uenire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tamen uitam Dominus dederit, & si uituperatores mei saltem fugientem me, & inclusum persequi desierint) ab aduentu saluatoris usq; ad nostram ætatem, id est, ab Apostolis usq; ad nostri temporis fecem, quomodo & per quos Christi Ecclesia nata sit, & adulta persecutionibus creuerit, martyrijs coronata sit: Et postquam ad Christianos principes uenit, potentia quidem & diuitijs maior, sed uirtutibus minor facta sit. Verum hæc alias. Nunc quod imminet explicemus.

Maronias triginta ferme milibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad orientem distat uiculus. Hic post multos, uel dominos, uel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad Papæ. Euagrij necessarij mei possessionem deuolutus est, quem idcirco nunc nominaui, ut ostenderem, unde nossem quod scripturus sum. Erat igitur illic quidam senex nomine Malchus (quem nos latine regem possumus dicere) Syrus natione & lingua, et reuera αὐτόχθωρ, Anus quoq; in eius contubernio ualde decrepita, & iam morti proxima uidebatur, tam studiose ambo religiosi, & sic Ecclesiæ limen terentes, ut Zachariam et Helizabeth de Euangelio crederes, nisi quod Iohannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quærerem, quæ nam esset eorum copula, matrimonij, sanguinis, an spiritus, omnes uoce consona, sanctos & Deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adortus sum hominem, & curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepi. Ego, inquit, mi nate Maroniaci agelli colonus, sed solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpē generis sui, et hæredem familiæ suæ ad nuptias cogerēt, Monachū potius me uelle esse respōdi. Quantis pater minis, quantis mater blanditijs per

secuti

secuti sint, ut pudicitiam proderem, hæc res sola inditio est, quod & domum & parentes fugi. Et quia ad orientem ire nõ poteram propter uicinam Persidem, & Romanorum militum custodiam, ad occidentem uerti pedes, pauxillulum nescio quid portans uiatici, quod me ab inopia tantum defensaret, quid multa? perueni tandem ad eremum Chalciados, quæ inter Immam & Essam magis ad austrum sita est. Ibi repertis Monachis, eorum me magisterio tradidi, manuum labore uictum quæritans, lasciuiamq; carnis refrenans ieiunijs. Post multos annos incidit mihi desyderium, ut ad patriam pergerem. Et dum adhuc uiueret mater (iam enim patrem mortuum audieram) solarer uiduitatem eius, & exinde uenundata possessiuncula, partem erogarem pauperibus, partem Monasterio constituerem (quid erubesco confiteri infidelitatem meam?) Partem in sumptuum meorum solatia reseruarem. Clamare cœpit Abbas meus Diaboli esse tentationem, & sub honestæ rei occasione, latere antiqui hostis insidias. Hoc esse reuerti canem ad uomitum suum. Sic multos Monachorum esse deceptos, nusquam Diabolum aperta fronte se prodere. Proponebat mihi exempla de scripturis plurima, inter quæ illud, quod

quod initio Adam quoq; & Euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cum persuadere non posset, prouolutus genubus obsecrabat, ne se desererem, ne me perderem, nec aratrum tenens, post tergum respicerem. Vae misero mihi, uici monitorem pessima uictoria, putans illum non meam salutem, sed suum solatium quaerere. Prosecutus ergo me de Monasterio, quasi funus efferret & ad extremum ualedicens: Video (ait) te fili Satanae cauterio notatum, non quaero causas, excusationes non recipio. Ouis quae de ouilibus egreditur, lupi statim morsibus patet. De Beria ad Essam pergentibus, uicina est publico itineri solitudo, per quam Saraceni incertis sedibus huc atq; illuc semper uagantur. Quae suspitio frequentiam in illis locis uiatorum congregat, ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo uiri, foeminae, senes, iuuenes, paruuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumq; sessores Ismaelitae irruunt, crinitis uitatisq; capitibus, ac seminudo corpore, pallia & latas caligas trahentes, pendebant ex humero pharetrae, laxos arcus uibrantes, hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum, sed ad praedam uenerãt. Rapimur, dispergimur, in diuersa trahimur.

Ego

Cunq; inter Maleam & Cytheram pyratæ dere-licta classe in littore, quæ non atemna, sed contos regitur, duobus haud paruis myoparonibus occurrissent, & denuo hinc inde fluctus occurrerent, remiges omnis qui in naui erant trepidare, flere, discurrere, prepârare contos, & quasi non sufficeret unus nuncius, certatim seni pyratas adesse dicebant, Quos ille procul intuens subrisit. Et conuersos ad discipulos dixit: Modicæ, inquit fidei, quare trepidatis? Nunquid plures sunt hi quam Pharaonis exercitus? Tamen omnes Deo uolente submersi sunt. Loquebatur hic, & nihilminus spumantibus rostris, hostiles turmæ imminebant, iactu tantum, lapidis medio. Stetit ergo in prora nauis, & porrecta contra uenientes manu, huc usq; (ait) uenisse sufficiat. O mira rerum fides, statim resiluere nauiculæ, & impellentibus contra remis, ad puppim impetus redit. Mirabantur pyratæ, post tergum se redire nolentes totoq; corporis nixu, ut ad nauigium peruenirent laborantes, uelocius multo quam uenerant, ad littus ferebãtur.

Prætermitto cætera, ne uidear in narratione signorum, uolumen extendere. Hoc solum dicam, quod inter cicladas nauigans, hinc inde clamantium de urbibus & uicis, & ad littora concurrentium,

currentium, immundorum spirituum uoces audiebantur. Ingressus ergo Paphum urbem Cypri nobilem carminibus Poetarum, quæ frequenter terræ motu lapsa: nunc ruinarum tantum uestigijs quid olim fuerit ostendit. In secundo ab urbe miliario habitabat ignobilis, gaudensq; quod paucis diebus quiete uiueret. Verum non ad plenum uiginti trasiere dies, cum per omnem illam insulam quicumq; immundos habebant spiritus, clamare cœperunt, uenisse Hilarionem seruum Christi, & ad eum se debere properare. Hoc Salamina, hoc Curium, hoc Lapetha, & urbes reliquæ conclamabant, plerisq; asserentibus scire se quidem Hilarionem, & uere illum esse famulum Dei, sed ubi esset ignorare. Inter triginta igitur nec multo amplius dies, ducenti ferme, tam uiri quam mulieres, ad eum congregati sunt. Quos cum uidisset, dolens quod se non paterentur quiescere, & quodammodo in ultionem sui sæuiens, tanta eos orationum instantia flagellauit, ut quidam statim, alij post biduum triduumue, omnes uero intra unam hebdomadam curarentur. Venit Cyprum Hilarion.

Manens itaq; ibi biennio, & semper de fuga cogitans, Hesychium ad se Veris tempore reuersurum, Palæstinam ad salutationem fratrum

& Monasterij sui cineres uisendos misit. Qui cum reuertisset cupienti rursum ad Aegyptum nauigare, hoc est, ad ea loca, quae uocantur Bucolia, eo quod nullus ibi Christianorum esset, sed barbara tantum & ferox natio, suasit ut in ipsa magis insula ad secretiorem locum conscenderet. Quem cum diu lustrans omnia reperisset, perduxit eum duodecim milibus à mari procul inter secretos asperosq; montes, & quo uix reptando manibus genubusq; posset ascendi. Qui introgressus, contemplatus quidem est, terribilem ualde & remotum locum, arboribusq; hincinde circundatum, habentem etiam aquas de supercilio collis irriguas, & hortulum peramoenum, & pomaria plurima, quorum fructum nunquam in cibo sumpsit, sed & antiquissimi iuxta templi ruinam, ex quo (ut ipse referebat & eius discipuli testantur) tam innumerabilium per noctes & dies Daemonum uoces resonabant, ut exercitum crederes. Quo ille ualde delectatus, quod scilicet antagonistas haberet in proximo, habitauit ibi per annos quinq;, & saepe inuisente se Hesychio, in hoc extremo iam uitae suae tempore refocillatus est, quod propter asperitatem difficultatemq; loci & umbrarum (ut ferebatur uulgo) multitudinem, aut

nullus

nullus, aut rarus ad se uel posset, uel auderet ascendere. Quodam autem die egressus hortulum, uidit hominem toto corpore Paralyticum iacentem ante fores. Interrogauitq; Hesychium quisnam esset, uel quomodo fuisset adductus. Qui respondens ait, procuratorem se fuisse uillulæ, ad cuius, confinia hortulus quoq; in quo ipsi erant, pertineret. Et ille collachrymans tendensq; ad iacentem manum. Tibi (inquit) dico in nomine Domini nostri Iesu Christi, surge & ambula. Mira uelocitas. Adhuc uerba in ore loquentis uoluebantur, & iam membra solidata ad standum hominem surrigebant. Quod postquam auditum est, etiam difficultatem loci, & iter inuium plurimorum uicit necessitas. Nihil per circumitum cunctis uillis obseruantibus, quam ne quo modo elaberetur. Disseminauerat enim hoc de eo rumor diu eum in eodem loco manere non posse. Quod ille non leuitate quadam aut puerili sensu uictus faciebat, sed honorem fugiens & importunitatem. Semper enim silentium & uitam ignobilem desiderabat.

Igitur octogesimo ætatis suæ anno cum absens esset Hesychius, quasi testamenti uice breuem manu propria scripsit Epistolam, omnes diuitias suas ei derelinquens. Euangelium scilicet, & tunicam sacceam, cucullam & palliolum.

Hilarion moritur octogesimo ætatis suæ anno.

Nam minister eius ante paucos dies obierat. Venerunt itaq; ad ægrotantem de Papho multi religiosi uiri, & maxime quod eum dixisse audierant, iam se ad Dominum migraturum, & de corporis uinculis liberandum. Sed & constantia quædam sancta fœmina, cuius generum & filiam de morte liberauerat unctione olei, quos omnes adiurauit, ut ne puncto quidem horæ post mortem reseruaretur, sed statim eum in eodem hortulo terra operirent, sicut uestitus erat in Cilicina tunica et cuculla, et sago rustico. Iam modicus calor tepebat in corpore, nec præter sensum quicquam uiui hominis supererat, et tamen apertis oculis loquebatur: Egredere quid times? Egredere anima mea quid dubitas? Septuaginta prope annis seruisti Christo, et mortem times? In hæc uerba exhalauit spiritum. Statimq; humo obrutum, ante ubi sepultum, quam mortuum nunciauerunt. Quod postquam Palæstinæ sanctus uir audiuit Hesychius, perrexit ad Cyprum, & simulans se uelle habitare in eodem hortulo, ut diligentis custodiæ suspitionem accolis tolleret, cũ ingenti uitæ suæ periculo, post decem uere menses corpus eius furatus est. Quod Maioniam deferens, totis Monachorum & oppidorum turbis prosequentibus, in antiquo Monasterio

nasterio, condidit, illæsa tunica, cuculla & palliolo, & toto corpore quasi adhuc uiueret, integro tantusq; fragrante odoribus ut delibutum unguentis putaretur. Non mihi uidetur in calce Libri tacenda Constantiæ illius sanctißimæ mulieris deuotio, quæ perlato ad se nuncio, quod corpusculum Hilarionis Palæstinæ esset, statim exanimata est ueram in seruum Dei dilectionem etiam morte comprobans. Erat enim solita peruigiles in sepulchro eius noctcis ducere, & quasi cum præsente ad adiuuandas orationes suas sermocinari. Cernas usq; hodie miram inter Palestinos & Cyprios contentionem, his corpus Hilarionis, illis spiritum se habere certantibus. Et tamen in utriusq; locis magna quotidie signa fiunt, sed magis in hortulo Cypri, forsitan quia plus illum locum dilexit.



VITA MALCI CAPtiui Monachi, per S. Hieronymum.



VI NAVALI PRÆlio dimicaturi sunt, ante in portu et in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus, & uncos præparant, dispositumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente uestigio stare firmiter consuescunt, ut quod in simulachro pugnæ didicerint, in uero certamine non perhorrescant. Ita & ego qui diu tacui (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quandam rubiginem linguæ abstergere, ut uenire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tamen uitam Dominus dederit, & si uituperatores mei saltem fugientem me, & inclusum persequi desierint) ab aduentu saluatoris usq; ad nostram ætatem, id est, ab Apostolis usq; ad nostri temporis fecem, quomodo & per quos Christi Ecclesia nata sit, & adulta persecutionibus creuerit, martyrijs coronata sit: Et postquam ad Christianos principes uenit, potentia quidem & diuitijs maior, sed uirtutibus minor facta sit. Verum hæc alias. Nunc quod imminet explicemus.

Maronias

Maronias triginta ferme milibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad orientem distat uiculus. Hic post multos, uel dominos, uel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad Papæ Euagrij necessarij mei possessionem deuolutus est, quem idcirco nunc nominaui, ut ostenderem, unde nossem quod scripturus sum. Erat igitur illic quidam senex nomine Malchus (quem nos latine regem possumus dicere) Syrus natione & lingua, et reuera αὐτόχθωρ, Anus quoq; in eius contubernio ualde decrepita, & iam morti proxima uidebatur, tam studiose ambo religiosi, & sic Ecclesiæ limen terentes, ut Zachariam et Helizabeth de Euangelio crederes, nisi quod Iohannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quærerem, quæ nam esset eorum copula, matrimonij, sanguinis, an spiritus, omnes uoce consona, sanctos & Deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adortus sum hominem, & curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepi. Ego, inquit, mi nate Maroniaci agelli colonus, sed solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpẽ generis sui, et hæredem familiæ suæ ad nuptias cogerẽt, Monachũ potius me uelle esse respõdi. Quantis pater minis, quantis mater blanditijs per

secuti

secuti sint, ut pudicitiam proderem, haec res sola inditio est, quod & domum & parentes fugi. Et quia ad orientem ire nõ poteram propter uicinam Persidem, & Romanorum militum custodiam, ad occidentem uerti pedes, pauxillulum nescio quid portans uiatici, quod me ab inopia tantum defensaret, quid multa? perueni tandem ad eremum Chalciados, quae inter Immam & Essam magis ad austrum sita est. Ibi repertis Monachis, eorum me magisterio tradidi, manuum labore uictum quaeritans, lasciuiamq; carnis refrenans ieiunijs. Post multos annos incidit mihi desyderium, ut ad patriam pergerem. Et dum adhuc uiueret mater (iam enim patrem mortuum audieram) solarer uiduitatem eius, & exinde uenundata possessiuncula, partem erogarem pauperibus, partem Monasterio constituerem (quid erubesco confiteri infidelitatem meam?) Partem in sumptuum meorum solatia reseruarem. Clamare cœpit Abbas meus Diaboli esse tentationem, & sub honestae rei occasione, latere antiqui hostis insidias. Hoc esse reuerti canem ad uomitum suum. Sic multos Monachorum esse deceptos, nusquam Diabolum aperta fronte se prodere. Proponebat mihi exempla de scripturis plurima, inter quae illud, quod

quod initio Adam quoq; & Euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cum persuadere non posset, prouolutus genubus obsecrabat, ne se desererem, ne me perderem, nec aratrum tenens, post tergum respicerem. Vae misero mihi, uici monitorem pessima uictoria, putans illum non meam salutem, sed suum solatium quaerere. Prosecutus ergo me de Monasterio, quasi funus efferret & ad extremum ualedicens: Video (ait) te fili Satanae cauterio notatum, non quaero causas, excusationes non recipio. Ouis quae de ouilibus egreditur, lupi statim morsibus patet. De Beria ad Essam pergentibus, uicina est publico itineri solitudo, per quam Saraceni incertis sedibus huc atq; illuc semper uagantur. Quae suspitio frequentiam in illis locis uiatorum congregat, ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur, Erant in comitatu meo uiri, foeminae, senes, iuuenes, paruuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumq; sessores Ismaelitae irruunt, crinitis uittatisq; capitibus, ac seminudo corpore, pallia & latas caligas trahentes, pendebant ex humero pharetrae, laxos arcus uibrantes, hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum, sed ad praedam uenerãt, Rapimur, dispergimur, in diuersa trahimur.

Ego

Ego enim longo post liminio hæreditarius possessor, & sero mei cosilij pœnitens, cum altera muliercula in unius heri seruitutem sortitus uenio. Ducimur, immo portamur sublimes in camelis, & per uastam eremum semper ruinam timentes, pendemus potius quam sedemus. Carnes semicrudæ cibus, & lac camelorum potus erat. Tandem grandi amne trasmisso, peruenimus ad interiorem solitudinem, ubi dominam liberosq; ex more gentis adorari iussi, ceruices flectimus. Hic quasi clausus carcere, mutato habitu, id est, nudus ambulare disco. Nam aeris quoq; intemperies, nihil aliud præter pudenda uelari patiebatur. Traduntur mihi pascendæ oues, & in malorum comparatione hoc fruor solatio, quod dominos meos, & conseruos rarius uideo. Videbar mihi aliquid habere sancti Iacob. Recordabar Moysi, qui & ipsi in eremo quondam fuere pastores. Vescebar recenti caseo & lacte. Orabam iugiter, canebam Psalmos, quos in Monasterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea. Agebam Dei iudicio gratias, quod Monachum quem in patria fueram perditurus, in eremo inueneram. O nihil unquam tutum apud Diabolum. O multiplices & ineffabiles eius insidiæ. Sic quoq; latentem me inuenit inuidia.

Dominus

Dominus uidens gregem suum crescere, nihilq; in me deprehendens fraudulentiæ (sciebam enim Apostolum præcepisse: Dominis sic quasi Deo fideliter seruiendum) & uolens me remunerare, quo fidum sibi magis faceret, tradidit mihi illam conseruam meam, aliquando captiuam. Et cum ego refutarem, diceremq; me Christianum, nec licere mihi uxorem uiuentis mariti accipere (siquidem captus nobiscum uir eius, ab alio domino fuerat abductus) rursus herus ille & implacabilis in furorem uersus, euaginato me cœpit petere gladio. Et nisi confestim brachia tendens mulierem præoccupassem, ilico fudisset sanguinem. Iam igitur uenerat tenebrosior solito, & mihi nimium matura nox. Duco in speluncam semirutam, nouam coniugem, & pronubante nobis mœsticia, uterq; detestamur alterum, nec fatemur. Tunc uere sensi captiuitatem meam, prostratusq; humi, Monachum cœpi plangere, quem perdebam dicens: Huccine miser seruatus sum? Ad hoc me mea scelera perduxerunt, ut in canescente iam capite, uirgo maritus fierem? Quid prodest parentes, patriam, rem familiarem contempsisse pro domino, si hoc facio, quod ne facerem, illa contempsi, nisi quod forte propterea hæc sustineo, quia patriã desyderaui?

Quid

Quid agimus anima? Perimus an uincimus? Expectamus manum Domini, an proprio mucrone confodimur? Verte in te gladium, tua magis mors timenda est, quam corporis. Habet & seruata pudicitia suum martyrium, iaceat insepultus Christi testis in eremo, ipse mihi ero persecutor & martyr. Sic fatus eduxi in tenebris quoq; micantem gladium & acumine contra me uerso. Vale inquam infœlix mulier, habeto me martyrem potius, quam maritum, Tunc illa pedibus meis prouoluta: precor te (inquit) per Iesum Christum, & per huius horæ neceßitatem adiuro, ne effundas sanguinem tuum in crimen meum. Vel si mori placet, in me primum uerte mucronem: Sic nobis potius coniungamur. Etiam si uir meus ad me redierit, seruarem castitatem, quam me captiuitas docuit, uel interirem potius quam perderem. Cur moreris, ne mihi iungaris? Ego morerer, si mihi iungi uelles. Habeto me coniugem pudicitiæ, & magis animæ copulam amato, quam corporis. Sperent domini maritum, Christus nouerit fratrem. Facile suadebimus nuptias cum nos uiderint sic amare. Fateor, inquit, obstupui, & admiratus uirtutem fœminæ, coniugem plus amaui. Nunquam tamen illius nudum corpus intuitus sum, nunquam

eius

eius carnem attigi, timens in pace perdere, quod in prælio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi, amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla *fugæ suspicio interdum et mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande interuallum dum solus eremo sedeo, & præter cœlum terramq; nihil uideo, cœpi mecum tacitus uoluere, & inter multa, contubernij quoq; monachorum recordari, maximeq; uultum patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdideratq;. Sicq; cogitans, aspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora, quam corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. Ille uenturæ* Hyemis *memores, ne madefacta humus in herbam horrea uerteret, illata semina præcidebāt. Hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabant. Quodq; magis mirum est in tanto agmine, egrediens non obstabat intranti, quin potius si quam uidissent sub fasce & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulchrum mihi spectaculum dies illa tribuit. Vnde recordatus Salomonis, ad formicarum solertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo suscitantis, cœpi*

Descriptio naturæ formicarum.

tedere captiuatis, & Monasterij cellulas quærere, ac formicarum illarum similitudinem desyderare, ubi laboratur in medium, cumq; nihil cuiusquam proprium sit, omnium omnia sunt. Regresso ad cubile occurrit mulier, tristiciam animi dissimulare non potui. Rogat cur ita exanimatus sim. Audit causas, hortatur fugam. Peto silentij fidem, non aspernatur, & iugi susurro inter spem & metum medij fluctuamur. Erant mihi in grege duo Hirci miræ magnitudinis. Quibus occisis, utres facio, eorumq; carnes uiatico præparo. Et primo uesperi, putantibus nos dominis secreto cubitare, inuadimus iter, utres et partes carnium portantes.

Cumq; peruenissemus ad fluuium (nam decem milibus aberat) inflatis conscensisq; utribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus subremigantes, ut deorsum nos flumine deferente, & multo longius quam conscenderamus, in alteram nos exponente ripam, uestigium sequentes, perderent. Sed inter hæc madefactæ carnes & ex parte lapsæ, uix tridui cibum pollicebantur. Bibimus usq; ad sacietatem, futuræ nos siti præparantes. Currimus, post tergum semper aspicimus, & magis noctibus prouehimus, quam diebus, uel propter insidias late uagantium Saracenorum, uel propter ardorem

ardorem Solis nimium. Paueſco miſer etiam refe-
rens, & ſi tota mente ſecurus, toto tamen cor-
pore perhorreſco. Poſt diem uero tertium, dubio
proſpectu procul aſpicimus duos Camelis inſiden-
tes uenire concitos. Statimq; mens mali præſaga,
putare cœpit Dominum, meditari mortem, So-
lem cernere nigreſcentem. Dumq; timemus, &
ueſtigijs nos proditos per arenas intelligimus, of-
fertur ad dexteram ſpecus, longe ſub terram pe-
netrans. Igitur timentes uenenata animalia (nam
ſolent uiperæ, reguli, & Scorpiones, cæteraq;
huiuſcemodi, feruorem Solis declinantia, umbram
petere) intrauimus quidem ſpeluncam, ſed ſtatim
in ipſo introitu ſiniſtræ nos foueæ credimus, ne-
quaquam ultra progredientes, ne dum mortem
fugimus, incurramus in mortem. Illudq; nobiſcum
reputantes, ſi iuuat Dominus miſeros, habemus
ſalutem. Si deſpicit peccatores, habemus ſepul-
chrum. Quid putas fuiſſe nobis animi? Quid ter-
roris, cum ante ſpecum haud procul ſtarent domi-
nus & conſeruus, & ueſtigio indice iam ad la-
tebras perueniſſent? O multo grauior expectata,
quam illata mors. Rurſus cum timore & labore
lingua balbutit, & quaſi clamante domino, muti-
re non audeo.



VINAVALI PRÆlio dimicaturi sunt, ante in portu et in tranquillo mari flectunt gubernacula, remos trahunt, ferreas manus, & uncos præparant, dispositumq; per tabulata militem, pendente gradu, & labente uestigio stare firmiter consuescunt, ut quod in simulachro pugnæ didicerint, in uero certamine non perhorrescant. Ita & ego qui diu tacui (silere quippe me fecit, cui meus sermo supplicium est) prius exerceri cupio in paruo opere, & ueluti quandam rubiginem linguæ abstergere, ut uenire possim ad latiorem historiam. Scribere enim disposui (si tamen uitam Dominus dederit, & si uituperatores mei saltem fugientem me, & inclusum persequi desierint) ab aduentu saluatoris usq; ad nostram ætatem, id est, ab Apostolis usq; ad nostri temporis fecem, quomodo & per quos Christi Ecclesia nata sit, & adulta persecutionibus creuerit, martyrijs coronata sit: Et postquam ad Christianos principes uenit, potentia quidem & diuitijs maior, sed uirtutibus minor facta sit. Verum hæc alias. Nunc quod imminet explicemus.

Maronias triginta ferme milibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad orientem distat uiculus. Hic post multos, uel dominos, uel patronos, dum ego adolescentulus morarer in Syria, ad Papæ: Euagrij necessarij mei possessionem deuolutus est, quem idcirco nunc nominaui, ut ostenderem, unde nossem quod scripturus sum. Erat igitur illic quidam senex nomine Malchus (quem nos latine regem possumus dicere) Syrus natione & lingua, et reuera αὐτόχθωρ, Anus quoq; in eius contubernio ualde decrepita, & iam morti proxima uidebatur, tam studiose ambo religiosi, & sic Ecclesiæ limen terentes, ut Zachariam et Helizabeth de Euangelio crederes, nisi quod Iohannes in medio non erat. De his cum curiose ab accolis quærerem, quæ nam esset eorum copula, matrimonij, sanguinis, an spiritus, omnes uoce consona, sanctos & Deo placitos, & mira nescio quæ respondebant. Qua cupiditate illectus, adortus sum hominem, & curiosius sciscitans rerum fidem, hæc ab eo accepi. Ego, inquit, mi nate Maroniaci agelli colonus, sed solus parentibus fui. Qui cum me quasi stirpē generis sui, et heredem familiæ suæ ad nuptias cogerēt, Monachū potius me uelle esse respōdi. Quantis pater minis, quantis mater blanditijs per-

secu-

secuti sint, ut pudicitiam proderem, haec res sola inditio est, quod & domum & parentes fugi. Et quia ad orientem ire nõ poteram propter uicinam Persidem, & Romanorum militum custodiam, ad occidentem uerti pedes, pauxillulum nescio quid portans uiatici, quod me ab inopia tantum defensaret, quid multa? perueni tandem ad eremum Chalciados, quae inter Immane & Essam magis ad austrum sita est. Ibi repertis Monachis, eorum me magisterio tradidi, manuum labore uictum quaeritans, lasciuiamq; carnis refrenans ieiuniis. Post multos annos incidit mihi desyderium, ut ad patriam pergerem. Et dum adhuc uiueret mater (iam enim patrem mortuum audieram) solarer uiduitatem eius, & exinde uenundata possessiuncula, partem erogarem pauperibus, partem Monasterio constituerem (quid erubesco confiteri infidelitatem meam?) Partem in sumptuum meorum solatia reseruarem. Clamare coepit Abbas meus Diaboli esse tentationem, & sub honestae rei occasione, latere antiqui hostis insidias. Hoc esse reuerti canem ad uomitum suum. Sic multos Monachorum esse deceptos, nusquam Diabolum aperta fronte se prodere. Proponebat mihi exempla de scripturis plurima, inter quae illud,

quod

quod initio Adam quoq; & Euam spe diuinitatis supplantauerit. Et cum persuadere non posset, prouolutus genibus obsecrabat, ne se desererem, ne me perderem, nec aratrum tenens, post tergum respicerem. Vae misero mihi, uici monitorem pessima uictoria, putans illum non meam salutem, sed suum solatium quaerere. Prosecutus ergo me de Monasterio, quasi funus efferret & ad extremum ualedicens: Video (ait) te fili Satanae cauterio notatum, non quaero causas, excusationes non recipio. Ouis quae de ouilibus egreditur, lupi statim morsibus patet. De Beria ad Essam pergentibus, uicina est publico itineri solitudo, per quam Saraceni incertis sedibus huc atq; illuc semper uagantur. Quae suspitio frequentiam in illis locis uiatorum congregat, ut imminens periculum auxilio mutuo declinetur. Erant in comitatu meo uiri, foeminae, senes, iuuenes, paruuli, numero circiter septuaginta. Et ecce subito equorum camelorumq; sessores Ismaelitae irruunt, crinitis uitatisq; capitibus, ac seminudo corpore, pallia & latas caligas trahentes, pendebant ex humero pharetrae, laxos arcus uibrantes, hastilia longa portabant. Non enim ad pugnandum, sed ad praedam uenerāt. Rapimur, dispergimur, in diuersa trahimur.

Ego

Ego enim longo post liminio hæreditarius possessor, & sero mei cosilij pœnitens, cum altera muliercula in unius heri seruitutem sortitus uenio. Ducimur, immo portamur sublimes in camelis, & per uastam eremum semper ruinam timentes, pendemus potius quam sedemus. Carnes semicrudæ cibus, & lac camelorum potus erat. Tandem grandi amne trasmisso, peruenimus ad interiorem solitudinem, ubi dominam liberosq; ex more gentis adorari iussi, ceruices flectimus. Hic quasi clausus carcere, mutato habitu, id est, nudus ambulare disco. Nam aeris quoq; intemperies, nihil aliud præter pudenda uelari patiebatur. Traduntur mihi pascendæ oues, & in malorum comparatione hoc fruor solatio, quod dominos meos, & conseruos rarius uideo. Videbar mihi aliquid habere sancti Iacob. Recordabar Moysi, qui & ipsi in eremo quondam fuere pastores. Vescebar recenti caseo & lacte. Orabam iugiter, canebam Psalmos, quos in Monasterio didiceram. Delectabat me captiuitas mea. Agebam Dei iudicio gratias, quod Monachum quem in patria fueram perditurus, in eremo inuenerani. O nihil unquam tutum apud Diabolum. O multiplices & ineffabiles eius insidiæ. Sic quoq; latentem me inuenit inuidia.

Dominus

Dominus uidens gregem suum crescere, nihilq; in me deprehendens fraudulentiæ (sciebam enim Apostolum præcepisse: Dominis sic quasi Deo fideliter seruiendum) & uolens me remunerare, quo fidum sibi magis faceret, tradidit mihi illam conseruam meam, aliquando captiuam. Et cum ego refutarem, diceremq; me Christianum, nec licere mihi uxorem uiuentis mariti accipere (siquidem captus nobiscum uir eius, ab alio domino fuerat abductus) rursus uerus ille & implacabilis in furorem uersus, euaginato me cœpit petere gladio. Et nisi confestim brachia tendens mulierem præoccupassem, ilico fudisset sanguinem. Iam igitur uenerat tenebrosior solito, & mihi nimium matura nox. Duco in speluncam semirutam, nouam coniugem, & pronubante nobis mœsticia, uterq; detestamur alterum, nec fatemur. Tunc uere sensi captiuitatem meam, prostratusq; humi, Monachum cœpi plangere, quem perdebam dicens: Huccine miser seruatus sum? Ad hoc me mea scelera perduxerunt, ut in canescente iam capite, uirgo maritus fierem? Quid prodest parentes, patriam, rem familiarem contempsisse pro domino, si hoc facio, quod ne facerem, illa contempsi, nisi quod forte propterea hæc sustineo, quia patriã desyderaui?

Quid

Quid agimus anima? Perimus an uincimus? Expectamus manum Domini, an proprio mucrone confodimur? Verte in te gladium, tua magis mors timenda est, quam corporis. Habet & seruata pudicitia suum martyrium, iaceat in sepultus Christi testis in eremo, ipse mihi ero persecutor & martyr. Sic fatus eduxi in tenebris quoque micantem gladium & acumine contra me uerso. Vale inquam infoelix mulier, habeto me martyrem potius, quam maritum. Tunc illa pedibus meis prouoluta: precor te (inquit) per Iesum Christum, & per huius horæ necessitatem adiuro, ne effundas sanguinem tuum in crimen meum. Vel si mori placet, in me primum uerte mucronem: Sic nobis potius coniungamur. Etiam si uir meus ad me redierit, seruarem castitatem, quam me captiuitas docuit, uel interirem potius quam perderem. Cur moreris, ne mihi iungaris? Ego morerer, si mihi iungi uelles. Habeto me coniugem pudicitiæ, & magis animæ copulam amato, quam corporis. Sperent domini maritum, Christus nouerit fratrem. Facile suadebimus nuptias cum nos uiderint sic amare. Fateor, inquit, obstupui, & admiratus uirtutem fœminæ, coniugem plus amaui. Nunquam tamen illius nudum corpus intuitus sum, nunquam

tius

eius carnem attigi, timens in pace perdere, quod in prælio seruaueram. Transeunt in tali matrimonio dies plurimi, amabiliores nos dominis fecerant nuptiæ. Nulla fugæ suspicio interdum et mense toto aberam fidus gregis pastor per solitudinem. Post grande interuallum dum solus eremo sedeo, & præter cœlum terramq; nihil uideo, cœpi mecum tacitus uoluere, & inter multa, contubernij quoq; monachorum recordari, maximeq; uultum patris mei, qui me erudierat, tenuerat, perdideratq;. Sicq; cogitans, aspicio formicarum gregem angusto calle feruere, ferre onera maiora, quam corpora. Aliæ herbarum quædam semina forcipe oris trahebant, aliæ egerebant humum de foueis, & aquarum meatus aggeribus excludebant. Ille uenturæ Hyemis memores, ne madefacta humus in herbam horrea uerteret, illata semina præcidebãt. Hæ luctu celebri, corpora defuncta deportabant. Quodq; magis mirum est in tanto agmine, egrediens non obstabat intranti, quin potius si quam uidissent sub fasce & onere concidisse, suppositis humeris adiuuabant. Quid multa? Pulchrum mihi spectaculum dies illa tribuit. Vnde recordatus Salomonis, ad formicarum solertiam nos mittentis, & pigras mentes tali exemplo suscitantis, cœpi

Descriptio naturæ formicarum.

tedere captiuatis, & Monasterij cellulas quære-re, ac formicarum illarum similitudinem desydera-re, ubi laboratur in medium, cumq; nihil cuius-quam proprium sit, omnium omnia sunt. Regresso ad cubile occurrit mulier, tristiciam animi dissi-mulare non potui. Rogat cur ita exanimatus sim. Audit causas, hortatur fugam. Peto silentij fidem, non aspernatur, & iugi susurro inter spem & metum medij fluctuamur. Erant mihi in grege duo Hirci miræ magnitudinis. Quibus occisis, utres facio, eorumq; carnes uiatico præparo. Et primo uesperi, putantibus nos dominis secreto cubitare, inuadimus iter, utres et partes carnium portantes.

Cumq; peruenissemus ad fluuium (nam de-cem milibus aberat) inflatis conscensisq; utribus, aquis nos credimus, paulatim pedibus subremi-gantes, ut deorsum nos flumine deferente, & multo longius quam conscenderamus, in alteram nos exponente ripam, uestigium sequentes, perde-rent. Sed inter hæc madefactæ carnes & ex parte lapsæ, uix tridui cibum pollicebantur. Bibimus usq; ad sacietatem, futuræ nos siti præparantes, Cur-rimus, post tergum semper aspicimus, & magis noctibus prouehimus, quam diebus, uel propter insidias late uagantium Saracenorum, uel propter ardorem

ardorem Solis nimium. Paueſco miſer etiam refe-rens, & ſi tota mente ſecurus, toto tamen cor-pore perhorreſco. Poſt diem uero tertium, dubiò proſpectu procul aſpicimus duos Camelis inſiden-tes uenire concitos. Statimq; mens mali præſaga, putare cœpit Dominum, meditari mortem, So-lem cernere nigreſcentem. Dumq; timemus, & ueſtigijs nos proditos per arenas intelligimus, of-fertur ad dexteram ſpecus, longe ſub terram pe-netrans. Igitur timentes uenenata animalia (nam ſolent uiperæ, reguli, & Scorpiones, cæteraq; huiuſcemodi, feruorem Solis declinantia, umbram petere) intrauimus quidem ſpeluncam, ſed ſtatim in ipſo introitu ſiniſtræ nos foueæ credimus, ne-quaquam ultra progredientes, ne dum mortem fugimus, incurramus in mortem. Illudq; nobiſcum reputantes, ſi iuuat Dominus miſeros, habemus ſalutem. Si deſpicit peccatores, habemus ſepul-chrum. Quid putas fuiſſe nobis animi? Quid ter-roris, cum ante ſpecum haud procul ſtarent domi-nus & conſeruus, & ueſtigio indice iam ad la-tebras perueniſſent? O multo grauior expectata, quam illata mors. Rurſus cum timore & labore lingua balbutit, & quaſi clamante domino, muti-re non audeo.

Mittit seruum, ut nos de specu trahat, ipse camelos tenet, & euaginato gladio, nostrum expectat aduentum. Interea tribus fere uel quatuor cubitis introgresso famulo, nobis ex occulto tergum eius uidentibus (nam oculorum istiusmodi natura est, ut post solem umbram intrantibus, caeca sint omnia) uox per antrum sonat: Exite furciferi, exite morituri. Quid statis? Quid moramini? Exite. DOMINVS uocat patienter expectat. Adhuc loquebatur & ecce per tenebras aspicimus Laenam inuasisse hominem, & gutture suffocatum, cruentum intra trahere. Iesu bone, quid tunc terroris nobis, quid gaudij fuit? Spectabamus Domino nesciente, hostem nostrum perire. Qui cum uideret illum moras facere, suspicatus est duos uni resistere. Sed iram differre non ualens, sicut tenebat gladium ad speluncam uenit, & furore rabido serui increpans uecordiam, prius à fera est tentus quam ad nostras latebras perueniret. Qui sunt qui hoc crederent, ut ante os nostrum, bestia pro nobis dimicaret? Sublato autem illo metu, similis ante oculos nostros uersabatur interitus, nisi quod tutius erat rabiem Leonis, quam iram hominis sustinere. Pauemus intrinsecus, & ne mouere quidem nos ausi, praestolabamur euentum rei, inter tanta pericula,

Malachus per Leonem seruatus.

cula pudicitiæ tantum conſcientia pro muro ſepti. Læena inſidias cauens, & uiſam eſſe ſe ſentiens, apprehenſos modicus catulos effert nobiſq; cedit hoſpitium. Neq; tamen ſatis creduli, ſtatim erumpimus ſed expectantes diu, & egredi cogitantes, illius nobis figurabamus occurſum. Sublato ergo horrore, & alia transacta die egredimur ad ueſperam, uidimusq; camelos (quos ob nimiam uelocitatem dromedarios uocant) præteritos cibos in ore uoluere, & in aluum miſſos iterum retrahere. Quibus aſcenſis, & noua ſitarcia, id eſt, annona refocillati, decima tandem die ad Romana per deſertum caſtra uenimus. Oblatiq; tribuno, rem ordine pandimus, inde transmiſsi ad Sabinum Meſopotamiæ ducem camelorum precium accepimus. Et quia iam Abbas ille meus dormierat in Domino, ad hæc delatus loca me Monachis reddo, hanc trado uirginibus, diligens eam ut ſororem, non tamen ei me credens ut ſorori. Hæc mihi ſenex Malchus adoleſcentulo retulit. Hæc ego uobis narraui ſenex, & caſtis hiſtoriam caſtitatis expono. Virgines caſtitatem cuſtodire exhortor. Vos narrate poſteris, ut ſciant inter gladios, & inter deſerta & beſtias, pudicitiam nunquam eſſe captiuam, & hominem Chriſto deditum poſſe mori non poſſe ſuperari.

VITA S. ANTONII DESCRIPTA PER ATHANASIum, ex Græco uero translata per Euagrium Presbyterum.



NTONIVS NOBILIBVS religiosisq; parentibus natus ex Aegypto oriundus fuit, tanta suorum et sua nutritus cura, ut nihil aliud preter parentes domumq; cognosceret. Et cum iam puer esset non se literis erudiri, non ineptis infantium iungi passus est fabulis, sed Dei Desiderio flagrans secundum quod scriptum est, innocenter habitabat domi. Ad Ecclesiam quoq; cum parentibus sæpe conueniens, nec infantum lasciuas, nec puerorum negligentiam sectabatur, sed tantum ea quæ legebantur auscultans, utilitatem præceptorum uitæ institutione seruabat, non suis, ut solet illa ætas, incuriosus pro uarijs & delicatis cibis unquam tedio fuit, non escæ mollioris blandimenta sectatus est, his solum quæ dabantur, contentus, nihil amplius requisiuit.

Post mortem autem parentum annorum circiter

uiter decem & octo seu uiginti cum sorore admo-
dum paruula derelictus est, & domus & sororis
honestam curam gerebat. Nec dum uero sex flu-
xerant Menses, quibus ad Ecclesiam, ut solebat
accurrens, recordabatur quomodo & Apostoli
omnibus spretis, secuti fuissent saluatorem, &
multi, ut legitur in Actis Apostolorum, facultati-
bus suis uenditis præcia ad pedes eorum detulissent
egentibus partienda, queue aut quanta spes ijsdem
reposita esset in cœlis. Talia secum uoluens intra-
uit Ecclesiam, & accidit, ut tunc Euangelium le-
geretur, in quo Dominus dicit ad diuitem. Si uis
perfectus esse, uade, uende omnia tua quecunq;
habes, & da pauperibus, & ueni & sequere me,
& habebis thesaurum in cœlo. Quo audito, quasi
diuinitus huiusmodi ante memoriam concepisset,
et ueluti propter se hæc esset scriptura recitata, ad
se Domini eum traxit imperium, statimq; egres-
sus possessionem quam habebat dimisit. Rure au-
tem erant trecenti iugeres & ualde optimi, quos
uicinis largitus est, ne in aliquo aut sibi aut sorori
molestia gigneretur. Cætera uero quæ in mobilibus
poßidebat, uniuersa uendidit, & aggregato non
exiguo precio indigentibus dedit, paruis ob soro-
rem reseruatis, quæ et sexu et ætate uidebatur in-
firmior.

Adolescen tia.

Antonius dimittit partim bo na, partim uendens dat paupe ribus.

Rursus autem Ecclesiam ingressus. cum audisset Dominum in Euangelio dicentem, nolite cogitare de crastino, relictam quoq; portionem pauperibus distribuit, neq; se uersari passus est domi, sed sorore fidelibus ac notis uirginibus, commendata, ut ad earum nutriretur exemplum, ipse iam omnibus sæculi uinculis liber, asperum atq; arduum arripuit institutum. Nec dum autem tam crebra erant in Aegypto Monasteria, neq; omnino quisquam aliam solitudinem nouerat, & quicunq; in Christi seruitute sibimetipsi prodesse cupiebat, non longe à sua uillula separatus instituebatur.

Vita Monastica qualis tẽpere Antonij.

Erat igitur in agello uicino, senex quidam, uitam solitariam à prima sectatus ætate, hunc Antonius cum uidisset, emulatus est ad bonum. Et primo quidem incipiens etiam ipse in locis paululum à uilla remotioribus manebat, exinde autem si quem uigilantem in hoc studio comperent, procedens quærebat ut apis prudentissima, nec ad habitaculum suum ante remeabat, nisi eius quem cupiebat, frueretur aspectibus, & sic tanquam munere mellis accepto, abibat ad sua tali ibidem institutus exordio. Cumq; per dies singulos ita animum roboraret, ut nec opum paternarum, nec suorum meminisset affinium, omne etiam desiderium & solicitudinem erga id quod cœperat

perat, exerceret, operabatur manibus suis sciens scriptum esse, qui non operatur, non manducet. Mercedem sane operis sui precio panis excepto, egentibus largiebatur. Orabat frequenter, quippe qui didicerat quod oporteret sine intermißione Dominum rogare.

Antonius nõ mendicãdo, sed labore manuũ quærit uictũ. Orationi uacat.

Auditioni etiam scripturarum studium commendabat, ut nihil ex eius animo laberetur, sed uniuersa Domini præcepta custodiens memoriam pro libris haberet. Sic suam uitam instituens, ab uniuersis fratribus puro diligebatur affectu, & omnibus ad quos spiritali studio discendi pergebat, obediens proprias singulorum gratias hauriebat, huius continentiam, iocunditatem illius sectabatur, istius lenitatem, illius uigilias, alterius legendi emulabatur industriam. Istum ieiunantem, illum humi quiescentem mirabatur. Alterius patientiam, alterius mansuetudinem prædicabat. Omnium quoq; uicariam erga se retinens caritatem, atq; uniuersis uirtutum partibus irrigatus ad sedem propriam regrediebatur. Ibi secum uniuersa pertractans, omnium in se bona nitebatur exprimere, Neq; uero aduersum eos aliquando mouebatur, sed ea tantum flamma egregio uiro crescebat in pectore, ne secundus cuiquam in prædictis

Antonius intentus studijs rerum sacrarum.

Exercitia Antonij.

operibus inueniretur. Et hoc ita faciebat, ut cum omnes gloria anteiret, omnibus tamen carus esset. Nam & uicini Monachi ad quos sæpe ueniebat. Antonium uidentes deicolam nuncupabant, indultisq; naturæ uocabulis, quidam ut filium, alij ut fratrem diligebant.

Certamina Antonij aduersus Satanam.

Dum hæc gereret Antonius, quibus omnium in se prouocaret affectum, inimicus nominis Christiani Diabolus impatienter ferens tantas in adolescente uirtutes ueteranis eum aggressus est fraudibus, & primo quidem tentans, si quomodo posset ab arrepto eum instituto detrahere. Immittebat ei memoriam possessionum, sororis defensionem, generis nobilitatem, amorem rerum, fluxam seculi gloriam, escæ uariam delectationem, & reliqua uitæ remissioris blandimenta, postremo uirtutis arduum finem, et maximum perueniendi laborem, nec non corporis fragilitatem, suggerebat & ætatis spacia prolixa, prorsus maximam ei cogitationum caliginem suscitabat, uolens eum à recto proposito reuocare.

Postquam autem Diabolus orationibus eius ad Deum per paßionis fidem se intellexit elidi, confucta aduersum omnes adolescentes arma arripiens, nocturnis eum inquietabat illecebris. Per dies etiam tam

am tam apertis in eum telis irruebat, ut nullus ambigeret, quin Antonius contra Diabolum dimicaret. Nam & ille cogitationes sordidas conabatur inserere, & hic eas oratu submouebat assiduo. Ille titillabat sensus naturali carnis ardore, hic uigilijs & ieiunijs corpus omne uallabat. Ille per noctis in pulchræ mulieris uertebatur ornatum, nulla omittens figmenta lasciuiæ, hic ultrices gehennæ flammas, & dolorem uermis recordans, ingestæ sibi libidini opponebat. Ille lubricum adolescentiæ iter & ad ruinam facile proponebat, hic æterna futuri iudicij tormenta considerans, illesam animæ puritatem, per tentamenta seruabat.

Ista autem omnia ad confusionem Diaboli fiebant: Qui enim similem se Deo fieri posse existimabat, nunc ab adolescente ut miserrimus uincebatur, & qui contra carnem & sanguinem seuiebat, ab homine qui carnem portabat elisus est. Adiuuabat enim seruum suum Dominus, qui nostri gratia carnem suscipiens, uictoriam corpori contra Diabolum largitus est, ut singulis ita certantibus Apostolicum liceret proferre sermonem, non ego autem, sed gratia Dei mecum.

Christus adest certantibus.

Postremo cũ nec hoc Argumẽto destruere posset Antoniũ Draco deterrimus, et uideret se semper ab

eius cogita-

cogitationibus superari, secundum quod scriptum est, stridens dentibus & exulans, qualis est merito, talis apparebat & uultu puer horridus atq; niger, ad se eius genua prouoluens, humana uoce deflebat dicens. Multos seduxi, plurimos decepi, nunc autem ut à cæteris sanctis, ita & tuo sum labore prostratus. Quem cum interrogasset Antonius, quisnam esset, qui talia loqueretur, ait. Ego sum fornicationis amicus, ego multimodo turpitudinis aduersum adolescentes arma suscepi, hinc & spiritus fornicationis uocor. Quantos pudice uiuere disponentes fefelli? quot tenuiter incipientes ad sordes pristinas redire presuasi? Ego sum propter quem Propheta lapsos increpat, dicens. Spiritu fornicationis seducti estis, et reuera per me illi fuerant supplantati. Ego sum, qui te ipsum sæpe tentaui, Et semper repulsus sum, cum hoc Christi miles audisset, gratias agens DEO, & largiore aduersus inimicum confortatus audatia, ait. Multum ergo despicabilis, multumq; contemptus es, nam & obscuritas tua & ætas infirmarum signa sunt rerũ. Nulla mihi iam de te cura est. Dominus mihi auxiliator est, & ego exultabo super inimicos meos. Et statim ad uocem canentis phantasma quod uidebatur, euanuit. Hæc autem An-

Spiritus fornicationis.

toni

tonij contra Diabolum fuit prima uictoria, immo uirtus in Antonio saluatoris, qui peccatum in carne condemnauit, ut iustificatio legis in nobis compleretur, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Sed neq; Antonio uincendi securitatem dedit unus triumphus, nec Diaboli semel fractæ defecere uires. Nam & iste ut Leo rugiens quærebat aditum, per quem posset irrumpere, & ille scripturarum doctus eloquio, non ignorabat multas esse Dæmonum captiones. Propter quod solerti propositum labore seruabat, considerans, quia posset Sathanas in carnis colluctatione superatus, nouarum aduersus se artium machinas commouere. Idcirco magis ac magis subiugabat corpus suum, ne uincens alia, in alijs uinceretur.

Certamen perpetuũ Antonij contra Sathanam.

Disponens igitur duriori se uitæ lege constringere, cum omnes infatigabilem adolescentis mirarentur instantiam, sanctum toleranter ferebat laborem, quia uoluntariæ seruitutis, longo in Dei opere studio, consuetudinem in naturam uertebat. Inediæ autem & uigiliarum in tantum patiens erat, ut plus faceret quam ab ullo per illum posse fieri crederetur. Pernoctabat in oratione sepißime, edebat semel in die, post Solis occasum. Non nunquam biduo triduoq; sic permanens, ut

Exercitia Antonij in domando corpore.

uix

nix quarta demum die cibum uellet accipere, Sumebat uero panem & salem, potumq; aquæ paruulum, de carnibus uero & uino tacere melius puto, quam quicquam dicere, quum ne apud plurimos quidem Monachorum istiusmodi escæ in usu habeantur. Quieti aut sic membra concedens, ut iunco contexto atq; cilicio uteretur. Nonnunquam etiam super nudam humum iacens, sine stramine permanebat, unguenta penitus repudians. Dicebat enim minime posse uiuentium, et precipue iuuenũ corpora roborari, si olei essent perunctione mollita, oportere uero asperos carne labores imperare, secundum Apostoli præceptum dicentis, quando infirmor, tunc fortior sum. Asserebatq; sensum animi sic posse reaiuiscere, si corporis fuissent impetus fatigati. Vnde nec temporum longitudine laborum merita pensabat, sed amore & famulatu spontaneo semper tanquam in principijs constitutus, ad profectum diuini metus desiderium concitabat. Nobisq; cupiens augere præterita, supra memorati Doctoris sermonum recordabatur, qui ait. Præterita obliuiscens & in futurum conualescens, Meminerat quoq; Heliæ Prophetæ dicentis, uiuit Dominus cui adesto hodie ante ipsum, et differebat cur hodie esset appositum, quia non computabat

Helias

Helias præteritum tempus, sed tanquam quotidie in certamine constitutus, talem se prebere cupiebat, qualem sciebat dignum DEI *esse conspectibus, purum corde, & paratum obedire uoluntati eius.*

Igitur sanctus Antonius secum reputans oprtere DEI *famulum ex instituto magni Heliæ exemplum capere, & ad illum speculum uitam suam debere componere, ad sepulchra longe à uilla constituta secessit, uni de cognatis mandans, ut statutis diebus sibi alimenta deferret. Et cum in una memoria supradictus frater eum clausisset, solus ibidem morabatur. Metuens ergo Diabolus ne accessu temporis heremum quoq; habitari faceret, ita cum aggregatis satellitibus suis, uaria cæde lacerauit, ut doloris magnitudo, & motum aufferret & uocem. Nam & ipse postea referebat uulnera fuisse tam grauia, ut uniuersa hominum tormenta superarent, sed* DEI *peouidentia, quæ nunquam in se sperantibus deest, conseruauit eum. Alio die is quem supra diximus frater, aduenit cibos deferens quos ei deferre consueuerat, atq; eum iacentem in terra semimortuum, fractis foribus inuenit. Quem impositum humeris, ad uillulæ domicilium reportauit.*

Quo

Quo audito, ingens uicinorum atq; affinium multitudo concurrens, tristi in medio posito funeri debitum reddebat officium. Et iam media noctis parte transgressa, cum iam oportunus & gratus peruigiles omnium oculos uicerat sopor, Antonius anima paululum redeunte, suspirans eleuauit caput, cæteris uero alta quiete prostratis, eum à quo delatus fuerat uigilare conspexit, eumq; nutu aduocans, obsecrauit ut nullo penitus excitato ad pristinum se referret habitaculum. Relatus ergo iuxta consuetudinem, solus iterum permanebat, & stare quidam propter recentes plagas non poterat, orans uero prostratus, post orationem clara uoce dicebat. Ecce adsum ego Antonius, non fugio uestra certamina, etiam si maiora faciatis, nullus me separabit à caritate CHRISTI. *Psallebatq; dicens. Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Talia eo dicente, bonorum hostis Diabolus admiratus, quod post tot uerbera ausus fuisset reuerti, congregatis canibus suis, & proprio furore se lanians, uidetis ait, quia nec spiritu fornicationis, nec corporis doloribus superatus, tam audacter lacessit. Omnia arma corripite, acrius nobis impugnandus est, sentiat, sentiat, debet scire quos prouocet. Dixit, & ad-*

hortanti

hortantis uocem audientium turba consensit, quia innumeras & diuersas habet Diabolus artes nocendi. Sonitus igitur repentinus increpuit, ita ut loco funditus agitato & parietibus patefactis, multifaria Dæmonum exinde turba se funderet, nam & bestiarum & serpentum formas induentes, omnem protinus locum repleuere fantasijs Leonum, thaurorum, Luporum, aspidum, serpentium, Scorpionum, nec non & Pardorum atq; ursorum, hæc singula secundum suam fremebant naturam. Rugiebat Leo occidere uolens, taurus mugitu & cornibus minabatur, serpentes sibilo personabant, luporum impetus inhiabat, pardus discolor auctoris sui calliditates uarias indicabat. Truces omnium uultus, & uocis horridæ dirus auditus, Antonius flagellatus atq; confossus, sentiebat quidem asperiores corporis dolores, sed interius durabat mente peruigili. Et licet gemitum uulnera carnis exprimerent, sensu tamen idem manens, quæ si de inimicis luderet. loquebatur. Si uirium aliquid haberetis, sufficeret unus ad prælium. Sed quoniam Domino uos eneruante frangimini, multitudine tentatis inferre terrores, cum hoc ipsum infirmitatis inditium sit, quod irracionabilium formas induitis bestiarum. Rursumq; confidens, aiebat si quid ualetis, Si uobis in me po-

Phantasmata Dæmonum.

testatem Dominus dedit, ecce presto sum, deuorate, si uero non potestis, cur frustra nitimini: Signum enim crucis & fides ad Dominum, inexpugnabilis nobis murus est. Multa contra sanctum Antonium minantes fremebant dentibus suis, quod nullus eorum tentamenta sequeretur effectus, sed maxime è contrario gigneretur illusio. Non oblitus Iesus colluctationis serui sui eidem protector factus est, deniq; cum eleuaret oculos, uidit desuper culmen aperiri, & deductis tenebris radium ad se lucis influere. Post cuius splendoris aduentum, nec Dæmonum aliquis apparuit, & corporis dolor ex templo deletus est, Edificium quoq; quod paulo ante dissolutum fuerat, instauratum est. Illico præsentiam Domini intellexit Antonius, & ex imo pectore trahens longa suspiria ad uisionem quæ ei apparuerat, loquebatur dicens. Vbi eras bone I E S V ubi eras? Quare non à principio affuisti, ut sanares uulnera mea: Et uox ad eum facta est. Antoni hic eram, sed expectabam uidere certamen tuum. Nunc autem quia dimicando uiriliter non cessisti, semper auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nominari, his auditis, exurgens intantum roboratus orabat, ut intelligeret plus se recepisse tunc uirum quã ante perdiderat.

Fides murus fidelium.

Protector in se sperantium Deus.

Erat autem tunc Antonius annorum triginta quinq;. Et hinc cum uoluntati promptæ merita religiosa succrescerent, uadens ad supradictum senem, precabatur ut in deserto pariter habitarent. Causante illo senile æuum, & rei nouitatem, solus contendit ad montem, & heremi (adhuc Monachis ignotæ uitæ) rupto metu uiam conatus est pandere. Sed nec tunc cessauit malignus aduersarius, nam impedire eius propositum uolens argenteum discum in itinere proiecit: Quo uiso, Antonius callidi artificis cognouit astutiam, stansq; intrepidus, & discum toruis intuens oculis, doli auctorem in phantasmate obiurgabat argenti, talia secum reputans. Vnde hic in deserto discus, auium hoc iter est, nulla sunt uestigia commeantium, lapsus de sarcina præ magnitudine latere non potuit, sed & qui perdiderat reuersus ob solitudinem locorum, inuenisset profecto quod ruerat. Hoc artificium Diabole tuum est, non impedies uoluntatem meam, ergentum tuum tecum sit in perditionem. Hoc illo dicente, discus ut fumus à facie ignis euanuit. Dehinc non ut ante in phantasmate, sed ingẽtem auri massam in itinere cõspexit. Verũ hanc utrũ Diabolus attulerit, an ad Antoniũ comprobandum, quia nec ueris opibus inescaretur, uirtus

Antonius 35. ætatis anno secedit in heremum.

Sathanæ illusiones.

uirtus cœlestis ostenderit, ignoratur, hoc tantum agnouimus, quia quod uisum est aurum fuit. At ille magnitudinem admiratus radiantis metalli, rapido cursu quasi quoddam uitaret incendium, ad montem usq; perrexit ibi flumine transuadato, inuenit castellum desertum, plenum ob tempus & solitudinem uenenatorum animalium, in quo se constituens nouus hospes habitauit: Statimq; ad eius aduentum ingens turba serpentium, quasi persecutorem passa profugit. At ille obstructo lapidibus introitu, panes mensium sex ut thebeis mos est, secum recondens (nam crebro per annum incorrupti durare solent) nec non & exiguum habens aquæ solitarius perdurabat, nusquam inde procedens, nunquam aliquem suscipiens, intantum ut cum bis in anno per tectum desuper panes acciperet, nullum cum deferentibus haberet alloquium.

Multis igitur uidendi eum desiderio et studio requirendi, ante ostium eius pernoctantibus, audiebantur ut uulgi uoces aduersum Antonium tumultusq; dicentium, Quid te nostris ingeris habitaculis? Quid tibi & deserto? Abscede à finibus alienis, non potes nostras insidias sustinere. Et primo quidem qui foris erant existimabant aliquos

quos homines scalis positis introisse, ibiq; contendere. Postquam autem per cauernam introspicientes nullum uiderunt, Dæmones contra eum intellexerunt contendere, & nimuo metu preteriti, Antonij auxilium flagitarent: At ille ostio propinquans ad consolandos fratres ne timerent, atq; ut inde recederent, precabatur, trepidantibusq; asserebat à Dæmonibus incuti metum, signate uos inquiens, & abite securi, istosq; semetipsos finite deludere. Itaq; illis reuertentibus, hic remanebat illesus, nec unquam incertamine lassabatur. Accedentium eum augmenta profectuum uel debilitas repugnantium, maximum contentioni leuamen addiderat, tum & animo constantiam suggerebat. Rursusq; ad Heremum uenientibus turbis, quidam mortuum eum se existimauerant repertuuros, ille autem psallebat intrinsecus. Exurgat Deus et dißipentur inimici eius, et fugiant qui oderũt eum à facie eius. Sicut deficit fumus deficiant, ut liquescit cera à facie ignis, ita pereant peccatores à facie Dei, Et iterum. Omnes gentes circundederunt me, et in nomine Domini uindicaui in eis. Sic Antonius annis uiginti solitariæ transactis, atq; ab hominum segregatus aspectibus perdurauit: Cum ergo multorũ & propositum imitari cupientium,

Antonius 55. annorũ prodit in publicũ cũ in heremo uixisset 20. annis.

& notorum multitudo ad cum concurreret, nec non & patientium infinita se caterua glomeraret, tandem pene iam per uim foribus euulsis, quasi ex aliquo cœlesti aditu consecratus apparuit, obstupuerunt uniuersi, & oris gratiam & corporis dignitatem quod nec per quietem intumuerat, nec ieiunijs Dæmonumq; certamine faciem eius pallor obsederat, sed è contrario quasi nihil temporis egisset, antiquus membrorum decor perseuerauerat, pro tam mira quæ in illo animi puritas fuit. Nunquam hilaritate nimia resolutus in risum est, nunquam recordatione peccati tristitia ora contraxit, non magnis stupentium se elatus est laudibus, Nihil in illo indecens solitudo, nihil asperum quotidiana cum hostibus bella contulerant, sed temperata mens æquali ad cuncta ferebatur examine.

Modestia Antonij.

Plurimos igitur ab immundis spiritibus & infirmitatibus uarijs, DEI gratia, per Antonium liberauit. Sermo eius sale conditus, consolabatur mœstos, docebat inscios, concordabat iratos, omnibus suadens nihil amore Christi anteponendum. Proponebatq; ante oculos bonorum magnitudinem futurorum, & Dei clementiam, & beneficia retexebat indulta, quod proprio filio suo non pe-

Antonij conciones,

percerit,

perseverit, sed pro nostrũ omnium salute eum tradiderit, Nec mora plura audientium corda, ad humanarum rerum contemptum, hæc eius suasit oratio, & habitanti heremi, istud eius exordium fuit. Quid sane & in Arsenoytarum oppido gestum sit, non transibo silentio. Nam cum fratres uellet inuisere & riuulum Nyli qui Crocodilis & multis sæuis fluminis bestijs plenus erat, transuadare esset necesse, tam cum comitibus suis trnasiuit illæsus, quam inde redibat incolumis, rursusq; in pristinis laboribus perseuerans, multos magisterio suo fratres confirmauit, ita ut breui tempore plurima fierent monasteria, nouos antiquosq; Monachos pro ætate & tempore, paterno moderabatur affectu, Quadam autem die cum sanctus Antonius congregatis fratribus rogaretur, ut eis institutoria largiretur præcepta, quibus cum prophetica fiducia exaltans uocem aiebat, ad omnem quidẽ mandatorũ disciplinã, scripturas posse sufficere, sed et hoc optimum fore si mutuis se inuicem fratres sermonum consolarentur. Et uos ergo, inquit, ut patri referte quæ nostris, & ego quæ per longam ætatem consecutus sum quasi filijs indicabo. Hoc sit autem primum cunctis in commune mãdatũ nullũ in arrepti propositi uigore lacessere.

Scripturam non aut aliorum exempla proponit fratribus Antonius.

sed quasi incipientem augere semper debere, quod cœperit: præsertim cum humanæ uitæ spacia, æternitate comparata, breuissima sint. Ita exorsus paululum siluit, & admiratus DEI nimiam largitatem, rursus adiecit dicens. In presenti hac uita equalia sunt pro rerum commutatione commertia, nec maiora recipit ab emente qui uendit. Promissio autem uitæ sempiternæ, uili precio comparatur. Scriptum est enim. Dies uitæ nostræ septuaginti anni, aut ut multum octoginta: quicquic reliquum est labor & dolor est. Quando ergo octoginta aut centum, ut multum annis laborantes, in DEI opere uixerimus, non pari tempore regnaturi sumus in futuro, sed pro annis prædictis omnium nobis seculorum regna tribuentur. Non terram hereditabimus sed cœlum, corpus quoq; corruptum relinquentes idipsum cum in corruptione recipiemus. Ergo filioli non uos aut tedium defatiget, aut uanæ gloriæ delectet ambitio, non sunt enim condignæ paßiones huius temporis ad superuenturam gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Nemo cum despexerit mundum, reliquisse se arbitretur ingentia, quia omnis terra ad infinitatem comparata cœlorum, breuis ac parua est, Si ergo nec uniuerso orbi renunciantes dignum aliquid habita

Antonij prolixa cantio.

culis

culis possumus compensare cœlestibus, se unusquisq; consideret, & statim intelligit paruis iugeribus agri & paritetibus uel modica auri portione contempta, nec gloriari se debere, quasi magna dimiserit, nec tedere quasi parua sit recepturus.

Vt enim contemnit aliquis unam æream dragmam, ad dragmas centum aureas conquirendas, ita etiam qui totius orbis dominium dereliquit, centuplum de melioribus premijs in sublimi sede recipiet, ad summum illud perspicere debemus, quod et si nostras uelimus retentare diuitias, lege mortis ab ipsa diuellimur inuiti, ut in libro Ecclesiastes scriptum est. Cur ergo non facimus de necessitate uirtutem? Cur non ad lucranda regna cœlestia ultro relinquimus, quod lucis istius fine perdendum est? Nihil eorum cura sit Christianis quæ secum aufferre non possunt, illud debemus potius expetere, quod nos ducat ad cœlum, sapientiam scilicet & castitatem, iusticiam & uirtutem, sensum peruigilem, pauperum curam, fidem in Christo robustam, animum ire uictorem, hospitalitatem. Hæc sectantes mansionem nobis in terra quietorum secundum Euangelium præparabimus.

Consideremus Domini esse nos famulos, & seruitutem debere ei à quo creati sumus. Vt enim

seruus præteriti gratia famulatus, præsens aut futurum non contemnit imperium, nec audet asserere quod ex labore transacto, instantis operis habere debeat libertatem, sed iugi studio (ut in Euangelio scriptum est) eandem semper exhibet seruitutem, ut & Domino placere poßit, & ne metum lucretur & uerbera, sic & nos diuinis congruit parêre præceptis, scientes quod æquus ille retributor, in quo quenquam inuenerit, in eo sit iudicaturus, quod Prophetica per Ezechielem uoce testatur? Nam & infœlix Iudas propter unius noctis impietatem, omni præteriti temporis labore priuatus est. Idcirco tenendus est continuus instituti rigor, habentibus Deum auxiliatorem, sicut scriptum est, quia omni proponenti bonum, Deus cooperatur. Ad inertiam autem calcandam, Apostoli præcepta replicemus, quibus se mori quotidie testabatur, similiter & nos humanæ conditionis uitam ancipitem retractantes, non peccabimus. Cùm enim & excitati mane à somno ad uesperam nos peruenire dubitemus, & quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus aduentu, & ubiq; naturæ ac uitæ incertæ memores, DEI nos intelligamus prouidentia gubernari. Hoc modo non delinquemus aut aliqua fragili cupiditate raptabimur.

ptabimur. Sed nec irascemur quidem aduersus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus, quin potius metu quotidiani recessus, & seiungendi corporis iugi expectatione, omnia caduca calcabimus. Cessabit mulierum amor, libidinis extinguetur incendium, inuicem nobis debita nostra donabimus, ante oculos semper habentes ultimæ retributionis aduentum, quia maior formido iudicij & pœnarum timor horridus simul & lubricæ carnis incentiua dissoluit, & ruentem animam quasi ex aliqua rupe sustentat. Ideoq; precor, ut ad finem propositi boni, omni labore tendamus. Nemo post tergum suspiciens Loth imitetur uxorem, presertim cum Dominus dixerit in Euangelio, nullum ponentem manus super aratrũ, & respicientem retrorsum, dignum esse regno cœlorum, respicere autem retrorsum nihil aliud est quam in eo pœnitere quod cœperis, et mundanis rursis desyderijs obligari. Nolite quæso uirtutis tanquam impoßibile nomen pauere, nec peregrinum uobis aut procul positum uideatur hoc studium, quod ex nostro DEI gratia percedente pendet arbitrio, huius operis homini inserta natura est, & eiusmodi res est, quæ nostram tantum expectat uoluntatem.

Respicere retrorsum.

Græci

Conta peregrinationes.

Graeci, studia transmarina sectentur, & in alieno orbe constitutos, inanium literarum quaerant Magistros, nobis uero nulla proficiscendi, nulla transfretandi fluctus necessitas imminet, in omni sede terrarum, constituta sunt regna caelorum. Vnde & Dominus in Euangelio ait. Regnum Dei intra uos est, uirtusq; in nobis est, mentem tantum requirit humanam. Cui enim dubium est quia naturalis animae puritas, si nulla fuerit extrinsecus sorde polluta, fons sit & origo uirtutum? Bonam necesse est eam esse, quam creauerat bonus auctor. Quod si forte cunctabimur, audiamus IEsum filium naue populo dicentem. Rectum facite cor uestrum ad Dominum Deum Israel. Nec Ioannes dissonam tulit de uirtute sententiam, predicans rectas facite uias uestras, Si quidem hoc est rectam esse animam, cum eis principalis integritas nulla uitiorum labe maculatur, si naturam mutauerit, peruersa tunc dicitur, si conditio seruetur, tum uirtus est. Animam nostram commendauit nobis Deus, seruemus depositum quale accepimus, nemo causari potest extrinsecus situm, quod in se nascitur, facturam suam qui fecit, agnoscat, opus suum inueniat ut creauit. Sufficit nobis naturalis ornatus, ne deturpes homo, quod tibi largitio diuina concessit.

concesßit. Opera DEI immutare uelle polluere est.

Illud etiam sollicite prouidere debemus, ut tyrannicam iræ superemus insaniam, quia scriptum est, Iracundia uiri iusticiam Dei non operatur. Et iterum. Desiderium concupiscens parit peccatum, quo perfecto mors gignitur. Diuinæ uocis præceptum est, ut iugi custodia tueamur animum, quia exercitatos ad supplantandum habemus inimicos, Dæmones scilicet, contra quos nobis secundum Apostolicam contestationem pugna sine intermisßione est. Ait enim, non est uobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates huius mundi, aduersus spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Ingens eorum turba per istum uolitat aerem, non procul à nobis hostium caterua discurrit. Et diuersitatem quidem eorum, non est meæ prauitatis exponere, sed hanc maioribus concedo rationem. Quod autem in promptu est, & ignorare non expedit, dolos scilicet eorum aduersum nos compositos breuiter indicabo, hoc primum mentibus debemus affigere, nihil Deum fecisse quod malum est, nec ab eius institutione Dæmonum cœpisse initium. Peruersitas ista non naturæ sed uoluntatis est uicium Bo-

Contra Iram.

Deum nõ esse autorem mali.

cium. Boni & enim utpote à Deo conditi, ex proprio mentis arbitrio ad terras ruere de cœlis, ibiq; in sceni sordibus uolutati gentilitatis impias instruxere culturas. Et nunc de nobis torquentur inuidia, atq; uniuersa mala commouere non cessant, ne pristinis eorum sedibus succedamus.

Varij insultus Dæmonum,

Diuersa autem eorum et partita nequitia est. Quidam enim ad summum nocendi uerticem peruenere: Alij ex comparatione peiorum uidentur esse leuiores, Atqui omnes pro poßibilitate uirium diuisi contra singulas causas sumpsere certamina. Idcirco nobis munus necessarium, est spirituum discernendorum à Domino petere, ut poßimus tam fraudes eorum quam studia præuidentes, aduersus disparem pugnam unum Dominicæ crucis eleuare uexillum. Hoc munere Paulus accepto, docebat dicens. Non enim eius ignoramus astutias. Ad cuius exemplum etiam nos oportet ex his quæ paßi sumus, mutuis nos inuicem instruere sermonibus. Hostile illis contra omnes Christianos: maxime uero contra Monachos et Virgines Christi odium est. Coram semitis laqueos prætendunt, eorum mentes impijs atq; obscenis cogitationibus nituntur euertere, sed nihil nobis in hoc terroris incuti-

incutiant. Fidelibus enim orationibus atq; ieiunijs ad Dominum confugientibus, statim corruunt, nec tamen si paululum cessauerint, plenam putetis esse uictoriam. Solent etiam saucij grauius assurgere, & mutata arte pugnandi cum incogitatione nihil egerint, pauoribus terrent, assumentes nunc mulierum nunc bestiarum & serpentium formas, nec non ingentia quædam corpora, & usq; ad tectum domus porrectum caput, infinitas species & militum cateruas. Quæ omnia ad primum quoq; Crucis signum euanescunt. His quoq; agnitis fallaciarum modis incipiunt presagire, & futurorum dierum euentus, uelle predicere. Cumq; & in his contempti fuerint, ipsum iam suæ nequitiæ principem ac totius mali summitatem ad subsidium sui certaminis uocant. Crebro deniq; Antonius talem à se uisum Diabolum asserebat, qualem & Iob beatus, Domino reuelante cognouerat. Oculi eius tanquam luciferi, & ex ore eius procedunt lampades incensæ. Crines quoq; incendijs sparguntur, & ex naribus eius fumus egreditur, quasi fornacis æstuantis ardore carbonum. Anima eius ut pruna, flamma uero ex ore eius glomeratur cum huiusmodi terroribus

Dæmonum improbitas in oppugnandis pijs.

Horrenda Satanæ species nihil aliud quàm umbra.

uisus

uisus est Dæmonorum princeps inquit Antonius, et ingentia sæpe, ut dixi, promittens impietatis suæ desurit lingua magniloqua, de qua Dominus triumphauit ad Iob dicens. Arbitratur enim ferrum ut paleas, eramentum ut lignum putridum, maria ut terram, tartari profundum tanquam captiuum æstimabat, abyssum ut de ambulatorium. Per Prophetam quoq; increpat, dicens. Persequens comprehendam et omnium orbem terrarum manu mea ut nidum obtinebo, & ut oua derelicta auferam. Sic iniquus funereas euomens uoces, bene uiuentium aliquos frequenter illaqueat, sed nos nec eius pollicitationibus credere, nec minas formidare debemus, fallit enim frequenter, nihilq; uerum promittit. Nam si non mendacia cuncta loqueretur, quomodo talia & tam infinita promittens hamo, Crucis ut Draco aduncatus à Domino est, & capistro ligatus ut iumentum, & quasi mancipium fugitiuum uinctus circulo, & armilla labia perforatus nullum omnino fidelium deuorare permittitur. Nunc miserabilis ut passer ad ludum irretitus à Christo est, nunc comites suos quasi Scorpiones & Serpentes calcaneo Christianorum substratus gemit. Ille qui uniuersa maria à se deleta plaudebat, ille qui orbem terrarum manu sua tenere pol-

Christus uictor Satanæ.

nere pollicebatur, ecce à nobis uincitur, ecce me aduersum se, prohibere non potest, disputantem. Contemnenda est filioli penitus cum manibus uerbis superba iactatio. Fulgur ille qui lucere se simulabat, non ueri splendor est luminis. sed quibus arsurus est indicat flammas. Nam dicto citius recedens, suarum secum refert simulachra pœnarum.

Solent etiam cum modulatione nonnunquam apparentes psallere. Proh nefas adhuc impuro ore sacra scripturarum eloquia meditantur frequenter legentibus nobis, quasi echo ad extrema uerba respondent. Dormientes quoq; excitant ad orandum, ut totius noctis somnum eripiant, plerosq; etiam in Monachorum nobilium habitu coercent, & pristina quibus conscij sunt peccata imputant, sed spernendæ sunt eorum increpationes & admonitiones, ieiunandi, uigiliarum quoq; fraudulenta suggestio. Ob id enim familiares nobis species assumunt, ut affinitate uirtutum nocentes facilius uirus interserant, & innocentes quosq; per speciem honestatis elidant. Impoßibile postea durumq; hoc studium prædicant, ut dum onerosum esse uidetur quod cœptum est, ex desperatione tedium, & ex tedio succedat ignauia. Idcirco Propheta missus à Domino, luctuosa denuncians, sub-

Satan tractans sacras literas.

limi uoce dicebat. Væ illi qui potat proximum suum, subuersione turbida. Huiusmodi enim exhortamenta de prauatoria sunt itineris quod ducit ad cœlum. Idcirco conuenisset Dominus ad terras, & uera de eo Dæmones inuiti prædicarent, uere enim dicebant, tu es Christus filius Dei uiui, uociferantium ora claudebat, qui uinctas hominum linguas soluebat, ne cum præconio ueri, peruersitatis uenena miscerent, & ut nos eius exemplo, etiam per futura suaderent, in nullo his commodaremus assensum, quia profecto non congruit post libertatem à Domino concessam, & scripturarum præcepta uitalia, à Diabolo uiuendi capere consilia, qui suum deserens ordinem, sacrum Christi temerauit imperium.

Propterea etiam Dominus eum de scripturis loquentem, iubebat tacere, quia peccatori dicit Deus: Quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? Omnia Dæmones simulant, colloquuntur sæpe cum fratribus, sæpe cum turba inconditos excitant sonitus. Manus applaudunt, sibilant, insipienter cachinnant, ut uel in puncto peccati Christianum pectus introeant. Cumq; ab uniuersis fuerint repulsi, ad extremum debilitatem suam lamentatione testantur. Et

tur. Et Dominus quidem quasi Deus & suæ conscius maiestatis obmutescere his imperabat, nos autem uestigijs sanctorum inhærentes, eandem gradiamur uiam, qui memoratas subtilius fallacias peruidentes cauebant. Cum consisteret aduersum me peccator, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Et iterum: Ego uero tanquam surdus non audiebam, & tanquam mutus non aperiens os suum, factus sum ut homo non audiens. Christus silentium imperauit, ut nos Diabolo nihil credamus & uicimus. Si orare compellunt, si ieiunia suadent, non ex eorum nos monitis, sed ex nostra consuetudine dirigamus. Deniq; etiam si irruentes mortem nobis intentare uideantur, irridendi potius sunt quam timendi, quia cum sint debiles, minantur cuncta, nec faciunt. Hæc quidem de istis iam transitorie dixisse me meminі, attamen eadem nunc explicanda sunt latius, quia non mediocrem affert repetitio cautelam. Adueniente Domino destructus est inimicus, & omne penitus eius robur elanguit. Propter quod Christus pristinæ uirtutis memor quasi tyrannus iam senescens, cum ruisse se uideat, in perniciem grassatur tanæ humanam, nec tamen potest firmum Deo pectus co... itationū et cæterarum fraudum arte peruertere.

Nam luce clarius est, quin aduersarij nostri cum nec humana carne, sint septi, ut causari ualeant, idcirco nos à se non posse superari, quia clauso ostio introire non ualeant. Et re uera si fuißent hoc fragili corpore colligati, obseruato introitu hisdem negaretur accessus.

Ecclesia stat contra furorem Satanæ.

Cum autem ut diximus, hoc impedimento sint liberi, & obstructa penetrent, atq; in omni licentèr uolitent aëre, manifestum est, ob eneruationem eorum permanere Ecclesiæ corpus illæsum. Deniq; satellites impij cum principe suo Diabolo, quem saluator in Euangelio homicidam et patrem maliciæ ab initio fuisse affirmat, nobis aduersum se dimicantibus fortiter nullo modo ceßissent, si potestas eorum non fuisset ablata. Nam si mentior, cur nobis satanas parcis, qui ubiq; discurris. Cur qui nullo clauderis loco, aduersum te uiuentium & disputantium non potes labefacere constantiam? Sed fortaße nos diligis, quos quotidie conaris obruere, aut credibile est, te esse bonitatis Magistrum, & fauere magis optimis quam nocere. Et quid tam carum tibi potest esse quam lædere, maxime eos qui tuis sceleribus uiriliter repugnant secundū quod scriptū est, quia abominatio est pietas peccatori? Quis tam fecundum ad maliciam possidet pe-

fidet pectus? Quis tam meditatas implere conatur insidias? Scimus te impurissimum cadauer. Scimus quia idcirco uiuimus Christiani, & contra te nobis secura est congressio, quia infirmatus es à Domino, Ideo te tuis confodimus iaculis, quia minationem tuam non sequitur effectus. Quod si fallimur, cur cum terrore simulato, cur cum magnitudine corporum, nostram aggrederis fidem? Si uoluntatem sequeretur possibilitas, tantum tibi uelle sufficiat. Is enim potentiæ mos est, non extranea fallatiæ argumenta conquirere, sed sua uirtute complere quod cupiat: At nunc dum theatrali mutatione formarum, quasi rudem infantiam scenica niteris simulatione deludere, exhaustas uires manifestius probas. Nunquid nam uerus ille Angelus contra Assyrios missus à Domino, aut populorum eguit societate, aut sonitus quæsiuit aut plausus, & non potius tacitam exercens potestatem, centum octoginta quinq; milia hostium sermone uelocius iuxta iubentis Domini prostrauit imperium?

Iudicia deuicti à CHRISto Satana.

Vos ergo cum fragiles sitis uiribus, perpetuus uos consequitur interitus. An dicet aliquis: Cur Diabolus egrediens beati Iob omnem in ruiam impulit domum? Cur eius opibus penitus dissipatis. pios.

Vnde Satan habeat potestatem grassandi in

ſipatis, parietum quoq; fundamenta ſubuertens unum numeroſæ ſobolis coaceruauit ſepulchrum? Cur ipſum ad extremum diri vulneris nouitate percußit? Qui hoc opponit, audiat è diuerſo, non Diabolum potuiſſe hoc, ſed Dominum, à quo poteſtas aduerſum nos dupliciter datur, uel ad gloriam ſi probamur, uel ad pœnam ſi delinquimus. Quin potius ex hoc animaduerterat, nec contra unum quidem hominem, Diabolum quicquam potuiſſe, ſi non poteſtatem accepiſſet à Domino. Nullus enim quod ſuæ ditionis eſt, ab alio deprecatur. Sed quid Iob memoro? quem non expetitum potuit uincere: Nec contra iumenta quidem eius, & contra oues, nec contra Sues, ſine conceſſu DEI proprium robur exercuit, ſicut in Euangelio ſcriptum eſt. Dæmones autem rogabant eum dicentes: Si eijcis nos, mitte nos in gregem porcorum. Quomodo igitur qui porcorum expetunt mortes, imaginem DEI, hominem, & tam carum conditori animal, ſuo ualebunt iure peruertere? Magna dilectißimi aduerſum Dæmones arma ſunt uita ſincera & intemerata ad Deum fides. Credite mihi experto, pertimeſcit Satanas recte uiuentium uigilias, orationes, ieiunia, manſuetudinem, uoluntariam paupertatem, uanæ gloriæ contemptum,

Arma contra Dæmones

contemptum, humilitatem, misericordiam, iræ dominatum, & præcipue purum erga CHRIstum amorem. Nouit teterrimus coluber, ex præcepto Domini, sub iustorum se iacere uestigijs, qui ait, Ecce dedi uobis potestatem calcare super Serpentes & Scorpiones & super omnem uirtutem inimici. Si autem & diuinationem se habere simulantes, uenturos fratres nunciauerint, & affuerint quos uenire prædixerant, nec si fides est commodanda mendacibus. Ob id enim præcessere uenientes, ut credulitas sibi paretur ex nuncio, & postea aditus ex credulitate fallaciæ.

Verum in hoc nullum Christiano debet esse miraculum, cum non tantum qui leuitate naturæ per cuncta discurrunt, ualeant peruenire gradientes, sed homines quoq; Equorum uelocitate peruecti nunciant affuturos. Nondum enim ea quæ nondum fieri cœpta sunt referunt, quia Dominus solus conscius est futurorum, sed quorum conspiciunt in actu initium, eorum sibi tanquam fures apud ignaros uendicant notionem. Nam quantos nunc putatis, qui possunt uelocitate pueri istum cœptum, nostrosq; contra se sermones ante relatum alicuius hic positi, longe manentibus indicare.

Satan quomodo futura prenunciet.

Quod uobis perspicuum fieri potest exemplis, Si quis à thebaida aut alicuius regionis oppido cœperit proficisci, & hunc Dæmones in itinere uiderint ambulantem, pernicitate memorata possunt prædicere uenientem. Ita & de Nili inundatione solenni, cum multas in Aethiopia uiderint pluuias, è quibus fluuius intumescens ultra alueum effluere consueuit, præcurrentes ad Aegyptum, nunciant amnis aduentum. Hoc autem & homines si illius celeritatis esset tanta natura, facile nunciarent. Vt enim speculator beati Dauid ad uerticem loci celsioris ascendens, prior quam hi, qui in terra erant prospiciens uenientes, non quedam in certa de futuris, sed de his qui uenire cœperant, nunciabat, sic & Dæmones cura peruigili omnia considerantes, rapido cursu sibi inuicem nunciant: Sed si forte contigerit, ut DEI nutu ad finem cœpta non ueniant, hoc est, si aut uiator è media regrediatur uia, aut suspensis nubibus, aquæ ad altum cœli cardinem deferantur, tunc decipientium unà cum credentibus error aperitur. Hæc gentilitatis fuere principia, his præsagatorum dolis apud delubra Dæmonum, quondam credebantur oracula, quæ aduentu Domini nostri Iesu Christi indicto silentio obmutuerunt, suosq; perdidere captiuos.

Vnde Idolatria ortum.

captiuos. Quis rogo Medicum, ex obseruatione morborum cum animæ æstuantis incendium, de uenarum pulsu leui digitorum scrutatur attactu diuinam arbitratur habere noticiam? Quis gubernatorem nauigationis suæ uiam inter cœli sydera requirentem, maiestatis omine ueneratur? Quis agricolam de aridis æstatis feruoribus, aut de Hyemali aquarum largitate, uel frigore disputantem non potius ex peritia laudat, quam DEI consecrat nomine? Verum ut concedamus paulisper, si uera Dæmones nunciarent, respondente mihi, quis fructus est nosse uenientia? Nunquid aut sciens hæc aliquando laudatus, aut punitus est nesciens? In hoc unusquisq; sibi præparat, seu tormenta, seu gloriam, si uel negligat scripturarum mandata uel faciat. Nullus ob id nostrum hanc arripuit uitam, ut habeat præscientiam futurorum, sed ut præceptis Domini obediens, amicus incipiat esse de seruo. Curandum est non præscire quæ ueniunt, sed implere quæ iussa sunt, nec institutionibus bonis hanc flagitare mercedem, cum magis debeamus uictoriam contra Diabolum ab auxiliatore Domino postulare. Sed si forte aliquis hoc libenter assumit, ut futura cognoscat, habeat purum cor, quia credo animam DEO seruientem,

Contra prædictiones & Prophetias.

si in ea perseuerauerit integritate, qua renata est, plus scire posse quam Dæmones. Talis erat anima Helisei quæ alijs incognitas uirtutes uidebat. Nunc iam uobis cæteras Dæmonum explicabo fallatias. Solent nocte uenientes Angelos DEI se fingere, laudare studium, mirari perseuerantiam, futura præmia polliceri. Quos cum uideritis, tam uos quam domus uestras Crucis armate signaculo, & confestim dissoluentur in nihilum, quia metuunt illud tropheum, in quo saluator aëris expolians uirtutes fecit ostentui.

Quomodo mali à bonis spiritibus discernendi.

Solent enim uarijs saltationibus membra torquere, & nostris procaciter offerre se uisibus, ut mentem pauore, & corpus horrore concutiant. Sed & in hoc fides DEO tuta fugat eos quasi infirma ludibria. Non est autem difficilis bonorum spirituum malorumq; discretio, quæ sic Deo tribuente panditur. Sanctorum Angelorum amabilis & tranquillus aspectus est, quia non contendunt, neq; clamant, neq; aliquis audit uocem eorum, uerum tacite leniterq; properantes, gaudium, exultationem, fiduciam peccatoribus infundunt. Siquidem cum illis est Dominus, qui est fons & origo lætitiæ. Tunc mens nostra non turbida, sed lenis & placida Angelorum luce radiatur, tunc anima

anima cœlestium præmiorum auiditate flagrans è fracto, si posset humani corporis domicilio, & membris exonerata mortalibus, cum his quos uidet abire festinat ad cœlum. Horum tanta benignitas est, ut si quis pro conditione fragilitatis humanæ miro fuerit eorum fulgore preterritus, omnem continuo ex corde auferant metum. Ita Gabriel cum Zachariæ loqueretur in templo, & Angeli cum diuinum uirginis partum pastoribus nunciarent, & qui Dominici corporis agebant excubias, securis uidentium se mentibus ostendentes, ne metuerent imperabant. Metus enim non tantum ex pauore animi, quantum ex magnarum rerum sæpe concutitur aspectu.

Apparitiones Satanæ quomodo cognoscendæ.

Pessimorum uero uultus truces, sonitus horrendi, sordidi cogitatus, plausus motusq; indisciplinatorum adolescentum uel Latronum, è quibus confestim, timor animæ, sensibus torpor incutitur, odium Christianorum, Monachorum mœror, tedium suorum, recordatio & metus mortis, cupido nequitiæ, lassitudo uirtutis, cordis hebetatio. Si igitur post timorem horrore concepto successerit gaudiũ, et ad Deum fiducia, atq; ineffabilis caritas, uenisse sciamus auxiliũ, qui securitas animæ,

præsentis

præsentis maiestatis indicium est. Sic namq; et Patriarcha Abraham uidens Deum, gauisus est, & Ioannes cum Mariam superuenisse sentiret, quæ in sacri uentris hospitio uniuersitatis gestabat parentem, exultauit, nec dum natus in gaudium. Si autem incussa formido permanserit, hostis est qui uidetur, quoniam nec refouere nouit ut Gabriel pauentem uirginem ne timeat, iubet, & sicuti pastores nuncio consolati sunt, quinimo pauorem duplicat, & usq; ad profundam impietatis foueam, ut sibi homines prosternantur, impellit. Exinde misera gentilitas dominicæ interdictionis ignara, falso Dæmones deos opinata est, Christianorum autem populus his fallacijs irretiri non passus est Dominus, qui Diabolum in Euangelio audacter sibi principatum omnium præsumentem repulit dicens: Vade retro Sathanas. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Horum uerborum etiam nobis licentia est tributa, quia idcirco locutus est talia, ut similitudo tentamentorum, auctoris nostri frangeretur eloquijs.

Contra miraculorum uirtutem.

Illud quoq; mi carißimi, admoneo, ut uitæ magis sit nobis, quam signorum sollicitudo. Nullus ex uobis hæc faciens, aut ipse superbia intumescat, aut

aut despiciat eos qui facere non possunt. Conuersationem magis scrutamini singulorum, in hac & imitari uos quæ perfecta sunt, conuenit, & implere quæ desunt. Nam signa facere non est nostræ paruitatis, sed Domini potestatis, qui ad discipulos gloriantes in Euangelio ait. Ne gaudeatis, quia Dæmones uobis subiecti sunt, sed quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. Nominum enim in Libro uitæ conscriptio, testimonium est uirtutis & meriti, expulsio autem Sathanæ largitio saluatoris est. Vnde his qui non in uitæ laboribus sed in prodigijs exultabant, dicentibus, Nonne in tuo nomine Dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus? Respondebit Dominus. Amen dico uobis, non noui uos. Discedite à me operarij iniquitatis. Non enim nouit Dominus uias impiorum: Hoc ergo magnopere postulemus, ut donum spirituum discernendorum mereamur accipere, quo secundum sententiam scripturarum omni spiritui non credamus.

Volueram quidem iam finire sermonem, & silentio premere quæcunq; meæ acciderant paruitati, sed ne putetis me frustra commemorasse, quæ euenire non possent, idcirco licet insipiens fiam, tamē Dominus qui secretæ mētis est inspector, uouit

non

non me causa iactantiæ, sed uestri gratia profectus hoc facere, pauca replicabo de plurimis.

Quotiens me nimijs laudibus efferre conati sunt, cum à me nomine Domini maledicta reciperent? Quotiens augmenta Nili fluminis futura dixerunt, cùm à me audirent, & hoc ad uestram quid pertinet curam? Quotiens minitantes ut milites armati Scorpionibus, equis, beluis, et uarijs serpentibus circundederunt me, & domum in qua eram repleuerunt? Cum ego è contra psallerem, hi in curribus, & hi in equis, nos autem in nomine Domini Dei nostri magnificabimur, & statim misericordia Christi fugabantur. Quodam autem tempore cum ingenti luce uenientes dixerunt, uenimus Antoni nostrum tibi prebere fulgorem. Et ego clausis oculis, quia lucem Diaboli dedignabar aspicere, orabam, & dicto citius impiorum lumen extinguebatur. Post menses autem paucos, cum me coram psallerent, & de scripturis sibimet sermocinarentur tanquam surdus non audiebam. Commouerunt aliquando Monasterium, Et ego mente immobili Dominum deprecabar. Sæpe strepitus, sæpe saltationes, sæpe sibilos ingesserunt, & me psallente, sonus eorum in uoces flebiles uertebantur.

Satanæ machinationes aduersus Antonium uariæ,

Credite

Credite mi filioli quod dicturus sum, uidi aliquando Diabolum celsum corpore, qui se Dei uirtutem & prouidentiam ausus est dicere & ait ad me: Quid uis ut à me tibi donetur Antoni, At ego spectaculum maximum in os eius ingeminans, totum me in eum Christi nomine armatus ingeßi, & statim ille procerus aspectu, inter medias manus exoleuit. Ieiunanti etiam mihi uisus est ut Monachus, & panes offerens, his sermonibus suadebat ut uescerer, et huic aliquid indulgerem corpusculo, Et tu inquit homo es, & humana fragilitate circundaris, labor paululum conquiescat, ne ægritudo surrepat. Ilico luridam faciem Serpentis agnoui, & cum ad consueta Christi munimenta confugerem, tanquam per fenestram fumus laberetur, euanuit. Auri quoq; decipulam mihi in deserto frequenter tetendit, quod ideo offerebat, ut aut uisu irretiret me, aut tactu uapularet me. Nam sæpe me à Dæmonibus non denego uerberatum. Canebam autem sic, nullus me separabit à caritate CHRIsti. Ad cuius uocis auditum, in se inuicem desurentes, non meo, sed Domini fugabantur imperio, qui ait, uidi Sathanam quasi fulgur cadentem de cœlo. Hæc ergo filioli Apostolici memor eloquij in me transformaui, ut propo-

ut propositum, uestrum nec Dæmonum terror, nec aliqua lassitudo dissolueret. Sed quoniam ob uestram utilitatem multa memorando insipiens factus sum, huius rei uobis impertiri cupio notionem, quam ueram esse nullus ambigat audientium.

Pulsauit aliquando Dæmon Monasterij ostium egrediens uideo hominem enormi sublimitate porrectum, caput usq; ad cœlum. Cum ad hoc, quis nam esset, inquirerem, ait: Ego sum Sathanas. Et ego, quid inquam hic queris? Respondit, Cur mihi frustra imputant Monachi? Cur mihi Christianorum populi maledicunt? Et ego. Iuste faciunt. Tuis enim frequenter molestantur insidijs. At ille ait. Nihil ego facio, sed ipsi se inuicem turbant. Nam ego miserabilis factus sum. Rogo. Nonne legisti, quia defecerunt inimici framea in finem, & ciuitates eorum destruxisti. Nullum iam habeo locum, nullam possideo ciuitatem, iam mihi nulla sunt arma. Per omnes nationes, cunctasq; prouincias, Christi personat nomen, solitudines ipsæ Monachorum stipantur choris. Ipsi se quæso tueantur et me sine causa nō lacerent. Tunc ego Dei gratiam cum alacritate miratus, sic ad eum locutus sum: Non tuæ ueritati, quæ nulla est, tam

Satan fatetur suas uires debilitatas per Christum.

tam nouam & tam inauditam aſcribo ſententiam. Nam cum fallaciæ caput ſis, hoc ſine mendacio coactus es confiteri, uere enim IESVS tuas funditus ſurripuit uires, & honore nudatus Angelico, uolutaris in ſordibus: Vix dum uerba compleueram, & ille ſublimis ſaluatoris nominatione deiectus eſt. Quæ ergo iam ò filioli poterit reſidere cunctatio? Quæ trepidatio manebit ulterius? Quis uos eorum turbo poterit conuellere? Secure ſint animæ ſingulorum, non ſibi fingant uanas cogitationes, uana diſcrimina, non aliquis timeat à Diabolo ſublatum ad præcipitia, ſe poſſe deferri. Pellatur omnis anxietas, Dominus enim qui noſtros proſtrauit inimicos, & manens ut promiſit in nobis, à uarijs nos Sathanæ muniuit incurſibus. En ipſe Diabolus qui huiuſmodi cum ſuis ſatellitibus exercet aſtutias, nihil ſe poſſe contra Chriſtianos fatetur. Iam curæ Chriſtianorum & Monachorum ſit, ne per eorum inertiam uires Dæmonibus præbeantur. Nam quales nos & noſtras reperint cogitationes, tales ſe nobis preſtare conſueuerunt. Et ſi quod in pectoribus male mentis & pauoris ſemen inuenerint, quaſi Latrones qui deſerta obſident loca, cœptos cumulant timores, & crudeliter imminentes, infœlicem puniunt

animam. Si autem alacres fuerimus in Domino, & futurorum bonorum cupido nos succenderit, si semper omnia manibus DEI comittamus, nullus Dæmonum ad expugnandum ualebit accedere, magis autem cum munita in Christo corda conspexerint, confusi reuertuntur, ita & Iob firmatum in Domino, Diabolus refugit, et infœlicißimum Iudam expoliatũ fide, uinculis captiuitatis innexuit.

Vna est enim ratio uincendi inimicum lætitia spiritualis, & animæ Dominum semper cogitantis iugis recordatio, quæ Dæmonum ludos quasi fumum expellens, persequetur aduersarios, potius quam timebit. Non est enim nescius Sathanas ignium futurorum, & æstuantis gehennæ copiosa nouit incendia. Sed ut mea iam claudatur oratio, illud in finem commemoro: Cum aliqua se uobis obtulerit uisio, audacter requirite quis sit ille, & unde uenerit, ac sine mora si sanctorum fuerit reuelatio, Angelica consolatione timor uertetur in gaudium. Si uero Diaboli fuerit oblata tentatio, fidelis animæ percunctationibus euanescet, quia maximum est securitatis indicium, interrogare quis nam est & unde. Sic & Naue filius auxiliatorem suum interrogando cognouit nec Danielem percunctantem latere potuit inimicus.

Postquam

Postquam Antonius dicendi finem fecit, lætantibus cunctis in alijs uirtutis cupido exardescebat, in alijs infirma refouebatur fides, ex aliorum mentibus falsæ opiniones, pellebantur, ex aliorum sensibus inanium terrorum pellebatur accensio, simulq; cum iam Dæmonum insidias contemnerent, mirabantur in Antonio tantam gratiam spirituum discernendorũ quam Domino tribuente, perceperat. Erant igitur in monte Monasteria tanquam tabernacula plenis diuinis choris psallentium, legentium, orantium, tantumq; ieiunandi, & uigiliarum ardorem cunctorum mentibus sermo eius afflauerat, ut futuræ spei auiditate, ad charitatem mutuã & misericordias indigentibus exhibendas, iugi studio laborarent, qui infinitam regionem quandam, & oppidum à mundana conuersatione seiunctum, plenum pietatis atq; iusticiæ uidebantur incolere. Quis tantum Monachorum agmen aspiciens, uirilem illum concordiæ cœtum cernens, in quo nullus nocens, nulla detractio susurronis, sed multitudo abstinentium & certamen officium erat, non in hanc statim erumperet uocem, quam bonæ domus tuæ IACOB tabernacula tua ISRAEL, tanquam nemora obumbrantia,

Profectum ex Antonij oratione.

tanquam

tanquam paradisus super fluuios, tanquam tabernacula, quae fixa sunt à Domino tanquam cedri circa aquas?

Dum hæc ita geruntur, quibus indies beatæ uitæ mansionem studium cresceret: Antonius in cœlo positam recordans, & præsentis uitæ despiciens inanitatem quasi parua essent quecunq; iam gesserat, separatus à fratribus instituebatur. Cunq; eum siue cibũ, siue somnum indulgere corpusculo, aut alias naturæ necessitates cogeret humana conditio, miro afficiebatur pudore, quod tantam animæ libertatem, modici carnis termini cohercerent. Nam frequenter cum fratribus sedens, à cibo qui fuerat appositus, memoria escæ spiritualis abstrahebatur. Edebat tamen utpote homo sæpe solus, sæpe cum fratribus. Et cum hæc mira ut prædixi ageret, cum confusione animæ adhibendam magnopere corpori diligentiam persuadebat dicens, nec corpus esse penitus enecandum, ne operatio contra uoluntatem creatoris dissolueretur, & ob id omne studium animæ conferendum, ne uitijs superata corporeis, ad æternas inferni tenebras truderetur, qui nimio indultum sibi, propter alteros in carne imperium, uindicans domicilium suum, ut Apostolus Paulus ad tertium cœlum subleuaret. Asserebat

Habendũ honorem corpori.

rebat hoc à saluatore præceptum in quo ait: Nolite soliciti esse corpori quid uestiamini, & ne quæsieritis, quid manducetis, aut quid bibatis, quia hæc gentes quærunt, uester autem pater nouit quod indigetis his omnibus. Quærite ergo primum regnum DEI, & iusticiam eius, & hæc omnia adijcientur uobis.

His rebus transactis, cum persecutio impijssima Maximiani furore uesano uastaret Ecclesiam, sanctis martyribus Alexandriam perductis, relicto & ipse Monasterio secutus est futuras Christi uictimas, dicens. Pergamus ad gloriosos fratrum triumphos, ut aut ipsi congrediamur, aut spectemus alios preliantes. Et amore quidem iam martyr erat, sed cum tradere se ultro non ualeret, & sociari confessoribus in metallis uel in carceribus constitutis, magna cum cura & libertate ingredientes ad iudicem, exhortabatur, ne terrore impiorum subacti, Dominum negarent. Iamq; sententia coronatos, exultans, quasi ipse uicisset, usq; ad locum fœlicis sanguinis prosequebatur. Quamobrem motus Iudex ob Antonij sociorumq; eius constantiam, præcepit nullum penitus Monachorum, aut obseruare iudiciū, aut in ciuitate uersari. Et cæteris quidem omnibus in illa die placuit

Confeßio Antonij eiusq; cōstantia in persecutione.

abſcondi. Antonius autem impauidus neglecto perſecutoris imperio, lauit ἐπενδύτην, id eſt, ſcapulare ſuum. Et alia die ſtans in quodam eminenti loco candente præcinctus ueſte, procedentem iudicem ſuo prouocabat aſpectu, flagrans cupiditate martyrij, oſtendebatq; nobis contemptorem pœnarum & mortis in Chriſtianis animum perſeuerare debere, in tantum ut contriſtaretur, quia uolenti pati pro DEI nomine, martyrium non dabatur. Sed Dominus qui ſuo gregi parabat Magiſtrum, ſeruauit Antonium, ut inſtitutio, ſicuti factum eſt Monachorum, non ſolum oratione eius, ſed & conſpectibus firmaretur. Nunquam tamen à confeſſorum ueſtigijs ſeparatus eſt, quia maxima circa eos cura et charitatis uinculo colligatus, magis carcerem patiebatur excluſus. Poſtquam autem perſecutionis turbo defluxerat, & beato Epiſcopo Petro iam ob martyrij gloriam coronato, ad priſtinum Monaſterium regreſſus eſt, quotidianum fidei ob conſcientiæ martyrium merebatur, acrioribus ſe ieiunijs uigilijſq; conficiens ueſtimento cilicino intrinſecus, deſuper pellicio utebatur, nunquam corpus lauans, nunquam à pedibus ſordes abluens, niſi dum per aquam tranſire neceſsitas compuliſſet. Nullus deniq; Antonij corpus nudum, antequam moreretur unquam uidit.

Quodam

Quodam autem tempore cum ab omnium se amouisset oculis, & clauso Monasterio neminem omnino susciperet, Martinianus militum præpositus, cuius filia immundi spiritus infestationibus quatiebatur, pulsans ostium, obsecrabat ut suo pignori subueniret & exiens Deum pro filia deprecaretur. Tunc ille aperire quidem minime uoluit, prospiciens uero desuper ait, O homo quid meum poscis auxilium, Mortalis & ego sum, & tuæ socius fragilitatis. Si autem credis in Christum cui deseruio, & secundum fidem tuam ora Deum, sanabitur filia tua. Confestim ille credens abijt, & inuocato IESV, filiam reduxit incolumem. Miracula Antonij.

Multa & alia mirabilia per illum Dominus operatus est, & merito, qui enim promisit in Euangelio, Petite & dabitur uobis, inuento qui eius gratiam meretur, accipere suam potentiam non negauit. Nam plures uexatorum ante Monasterium eius clauso introitu dormientes, fidelibus per eum ad Christum precibus curabantur. Hæc illi multitudo uenientium, desideratam solitudinem auferens tædio fuit. Metuens itaq; ne signorum copiosa concessio, aut suos animos extolleret, aut alios plus de se quam uidebant in ipso

 cogeret,

cogeret estimare, ad superiorem Thebaidem per-
gere cogitauit, ubi nullus eum agnosceret. Et à
fratribus acceptis panibus, sedebat super fluminis
ripam, transitum nauis obseruans. Illo talia cogi-
tante uox ad eum desuper facta est dicens: Anto-
ni quo pergis & quare? At ille intrepide quasi
consuetam uocem loquentis agnosceret, respondit.
Quoniam non sinunt me quiescere populi, idcirco
ad superiorem Thebaidem ire optimum duxi, præ-
cipue quia ea exigor, quæ uirtutem meæ pusilla-
nimitatis excedunt. Et uox ad illum ait. Si ad The-
baidem uadas, & ad pastoralia, ut cogitas, pergas,
maiorem ac duplicem sustinebis laborem. Si autem
uere quiescere cupis, uade nunc ad interius deser-
tum. Cumq; Antonius diceret, & quis mihi locum
auium poterit ostendere. Ignarus enim sum loco-
rum. Confestim ei uox quæ loquebatur, Sarrace-
nos indicauit, qui mercandi gratia ad Aegyptum
uenire consueuerant, his appropinquans Antoni-
us, rogauit ut se pariter adducerent in desertum.
Nullus obnisus est, sed tanquam à Deo missum co-
mitem suscipientes, amplexi sunt eius societatem.

Antonius transit in aliam Eremum.

Tribus autem diebus & noctibus itinere con-
fecto, inuenit montem ualde excelsum, ad cuius
radicibus fons aquæ dulcis labebatur: Et campus
haud

haud magnus totum ambiens montem, qui palmis per paucis, & his neglectis consitus erat. Hunc Antonius locum quasi à Deo sibi offerretur amplexus est. Is enim erat quem sibi ad fluminis ripam sedenti qui loquebatur, ostenderat. Et primo quidem accipiens à comitibus panes, solus remansit in monte, nullo alio cum eodem conuersante. Quasi propriam enim domum agnoscens, habebat locum illum. Sarraceni quoq; uidentes eius fiduciam, optato per eum transitu, panes eidem cum lætitia deferebant, nec non palmarum licet mediocri, attamen aliquanto solacio refouebatur.

Exinde cum fratres agnito loco tanquam ad patrem filij, solicite alimenta transmitterent, uidens Antonius quod ob suum refrigerium, multis onerosus labor indiceretur, & parcens etiam in hoc Monachis, rogauit unum de aduenientibus, ut sarculum sibi bis acutum cum frumento deferret. Quibus allatis, circuiens montem hunc grandem, culturæ aptum reperit locum, ad quem deriuata aqua desuper poterat influere. Ibiq; seminauit, atq; ex inde annuum sibi panem laborans, gaudebat quod sine cuiusquam molestia ex proprijs manibus uiueret in deserto. Sed cum rursus etiam illuc quidam uenire cœpissent, misertus est laßitu-

Antonius suis laboribus uiuit.

dini corum & holus in paruo terræ cespite coluit, ut post asperum iter aliquando uenientes, solatio refouerentur, hoc fratrum fuit refrigerium, & paruulam messem, quam bestiæ, quæ propter aquã illuc adueniebant de pastæ sunt, è quibus unam apprehendens dixit omnibus, Cur me leditis, nihil à me lesæ? Abite, & in nomine Domini, ne huc appropperetis ulterius. Quis non credat post hanc denunciationem quasi timentes, nunquam illuc bestias propinquasse. Sic Antonium impenetrabilia montium & deserti intestina captantem, orationibus etiam dedito, introeuntes fratres magnis uix precibus extorserunt, ut oliuas & legumen & oleum, quod post menses aliquot ministrabant, dignaretur accipere, & senili modicum laxaret ætati. Proh nephas quantas ibi conuersans expertus est luctas, uere secundum quod scriptum est. non illi aduersus carnem & sanguinem fuisse colluctationem, sed aduersum principatus et potestates, ad his qui ad eum ingrediebantur, agnouimus. Illic enim tumultus & uoces populi, armorumq; sonitus prorsus plenum montem Dæmonum multitudine se uidissè referebant, ipsum etiam quasi contra inimicos palam resistentem, & fortiter colluctantem. Qui tamen & aduenientes suo refouebat

...ntonij ...rtamen ...ontra Sa...hanæ co...ias in E...

fouebat hortatu, & flexis genibus armisq; orationum, omnem Sathanæ prosternebat exercitum. Admiratione plane dignum est, in tam immani solitudine unum hominem, nec Dæmonum quotidianas expauisse congreßiones, nec tantarum bestiarum quadrupedum siue reptilium, diuersæ ceßisse feritati. Iuste Dauid cecinit. Qui confidunt in Domino sicut mons Syon non commouebitur in æternum. Immobilem & tranquillam retinens animi firmitatem, & Dæmones fugabat, & feras, sicut scriptum est, secum pacificabat. Sed & Diabolus, ut supradictus Propheta ait, obseruans eum, frendebat dentibus suis, & ille saluatoris auxilio, ab uniuersis tutus perseuerabat insidijs. Quadam ergo nocte cum peruigili cura obsecraret Dominum, tantos in Monasterium eius bestiarum greges coaceruauit, ut Antonius omnes Heremi beluas circum se aspiceret. Quæ cum rictu oris morsum corpori minitarentur, intellexit hostis astutias, dixitq;. Si à DOMINO in me uobis est tributa licentia, deuorate concessum, si autem Dæmonum huc uenistis impulsu, quantotius abite, quia CHRIsti famulus sum, ita factum est, & cum iubentis uoce omnis bestiarum multitudo quasi maiestatis uerbere cederetur, aufugit.

Non

Non multi post haec fluxerant dies, & alia oritur cum eodem hoste certatio. Operante illo (nam semper ut uenientibus pro his, quae sibi detulerant, aliquod munusculum rependeret, laborabat) traxit quidam sportellae quam texebat triciam, siue funiculum, Ad cuius motum exurgens, uidit bestiam pubetenus humanam faciem praeferentem, quae exinde in Asinam finiebatur. Post cuius aspectum uexillum Crucis in fronte sua pingens hoc tantum ait, Christi seruus sum, si ad me missa es, non fugio. Nullum in medio spacium, & statim informe prodigium dicto ocius cum satellitum turba fugit, & in medio cursu ruens extinctu est. Ista autem explosi mors atq; enecatio prodigij, Daemunum erat communis interitus, qui omni studio laborantes, Antonium à deserto deducere non ualuerunt, Mirandis plus miranda succedunt.

Non grande post ista tempus excesserat, & tantarum uictoriarum homo fratrum precibus uincitur. A Monachis enim rogatus ut eos dignaretur inuisere, una cum his profectus est, impositis camelo aqua & panibus, quia nusquam praeter Monasterij locum ex quo hauserant, potalis aqua per arentem uiam reperiebatur. Verum in medio itinere, bibendi subsidia defecerunt, Ardor nimis,

nimius, æstus intollerabilis, mortem cuncta minitantur. Circueunt, & quærunt saltim collectam pluuijs lacunam, nihil prorsus remedij, nihil occurrit penitus ad salutem. Camelus quasi periturus, et ipse æstuans dimittitur. æstuans pectus exuritur, & sitis desperatione feruescit. Mouit senem fratrum commune discrimen, & uehementißime contristatus ingemuit.

Antonius per preces impetrat fonte.

Dehinc ad solita precum auxilia confugiens paululum ab eis seceßit, ibiq; genibus fixis, supplices manus tetendit ad Dominum. Nec mora & ad primas rogantis lachrymas, in orationis loco, fons ebulliens erupit, ibiq; extincta siti, & arentia membra refecta sunt, & plenis uiribus inuentum potant camelum. Ita enim casu euenerat, ut Camelus errans per Eremum, dum funiculum trahit in quodam lapide eiusdem alligatione funiculi teneretur. Tandem confecto itinere ad Monachos qui inuitauerant, peruenit, Tunc uero quasi patri omnes obuiam currunt, & honorifico salutato in oscula eius & amplexus certatim ruunt. Proposito feruenti, gaudet Antonius, & laetantibus de aduentu suo cunctis quasi xenia de monte portans, spiritualia impartitur alimēta. Laudat ueterum studia, hortatur nouorum, Sororem

quoq;

quoq; iam uetulam uirginem uidens, & aliarum puellarũ Magistram, mira exultatione sustollitur.

Exinde quasi diu abesset ab Eremo, rursum festinauit ad montem. Plurimis iam ad illum uenientibus, cum etiam uexati à Dæmonibus malo necessitatis coacti, auderent deserta penetrare, quos ille consolans, & Monachis in commune præcipiens, aiebat, Credite in Iesum fideliter, mentem à malis cogitationibus, carnem ab immundicijs seruate puram & iuxta eloquia diuina, ne seducamini in saturitate uentris. Odite uanam gloriam, orate sepissime, psallite uespere & mane & meridie, & mandata scripturarum reuoluite. Recordamini gestorum quæ sancti quiq; fecerunt, ut exempli memoria, animam incitet ad uirtutem, refrenet à uitijs. Suadebat etiam, iugi meditatione retinendum Apostoli sermonem, quo ait, Sol non occidat super iracundiam uestram. Non tamen super iracundiam solem, occidere non debere interpretabatur, sed & super omnia delicta hominum, ne peccatorum unquam nostrorum, aut in nocte Luna, ut in die Sol testes abscederent, illius quoq; admonebat præcepti quod dicit: Dijudicate uosmet ipsos, & probate, ut rationem diei noctisq; facientes, si in se delictum deprehendissent, peccare desiste-

Orditur à fide Antonius, ac postea fructus fidei enumerat.

desisterent, sin autem nullus error decepisset, perseuerantes instarent potius incepto, quam arrogantia tumidi aut alios contemnerent, aut sibi iusticiam uendicarent, iuxta supradicti Doctoris eloquium dicentis, Nolite iudicare ante tempus, magis debere eos Christo, cui soli occulta patent, reseruare iudicium, Multas esse, ut scriptum est, uias, quæ uidentur hominibus iustæ, sed fines earum ad profundum respicere inferni. Sæpe nostra non posse nos intelligere peccata, sæpe falli in ratione gestorum, aliud esse Dei cuncta cernentis iudicium, qui non ex superficie corporum, sed ex mentium iudicat arcanis, æquum autem esse nos nobis compati, & inuicem onera nostra portare, ut concesso examine saluatori, proprias cōscientias nosmetipsos dijudicantes intueremur. Nec non præcipiebat magnam esse uirtutis uiam, si singuli uel obseruarent quid gererent, uel uniuersas mentium cogitationes fratribus referrent. Non enim posse aliquem peccare, cum relaturus esset ad alium, quæcunq; peccasset, & subire pudorem in publicum turpia proferendi. Deniq; nullum peccantem coram alio peccare etiamsi peccet, tamen testem uitare peccati, mentiri magis & negare, & uetus delictum nouo inficiendi augere delicta.

Contra confidentiam operum.

Igitur

Igitur quasi sub oculis agentes nostris, & cogitatu confundimur & actu si omnia referenda faciamus, multo autem magis si peccata nostra fideliter describentes, digeramus in ordinem. Tunc uero annotatio delictorum fratrum uidebitur oculis, tunc timebimus peccati maculas, cum conscientiæ ipsi nos arguent apices. Et quomodo meretricibus membra miscentes confunduntur ad præsentiam cæterorum, ita et nos erubescemus ad literarum scripturas. Hæc agamus, hanc uirtutis gradiamur uiã, et corpora mentibus subiugantes, perniciosas Diaboli conteramus insidias. Talibus sermonibus hortamentisq; & uenientes ad se Monachos incitabat ad studium, & patientibus condolebat, pluresq; eorum Dominus per Antonium liberauit.

Antonius non superbit ex dono curationum infirmatũ.

Nunquam tamen aut de incolumitate curatorum est inflatus ad gloriam, aut contristatus de obsessis adhuc corporibus murmurauit. Magis autem eodem semper animo & uultu manens, gratias Deo referebat, suadens occupatis, ut correptionem qua uexabantur patientius ferrent. Non enim Antonij aut cuiuspiam hominum omnino hanc esse medicinam, sed Dei solius, qui & quibus uellet, & quo uellet tempore, daret sanitatem.

Ita

Ita consolatione sua, & uexatos æquanimiter ferre tentationem, & iam liberatos non sibi, sed Deo gratias referre docebat.

Frontho autem quidam uir ex palestinis (qui infestißimo Dæmonio uexabatur. Nam & linguam eius laniabat dentibus, & oculorum nitebatur lumen extinguere) perrexit ad montem, rogabatq; beatum senem, ut pro se Dominum rogaret, orauit Antonius, dixitq; ad eum. Vade, & curaberis. Illo incredulo sibi, & uiolenter ibidem contra præceptum remoranti, eadem geminabat Antonius dicens. Hic curare non poteris, egredere & calcata Aegypto statim te misericordia Christi consequetur. Tandem credidit, & profectus est, ac uisa Aegypta secundum promißionem senis quam ei Dominus oranti reuelauerat, infestatio cessauit inimici.

Frontho liberatus à Sathana precibus Antonij.

Virgo uero quædam, quæ à Tripolitanæ regionis ciuitate deuenerat, inauditis ac flebilibus morbis laborabat. Etenim narium purgamenta, oculorum lachrimæ, aurium putridus humor in terram cadens, confestim in uermes uertebatur. Augebat calamitatem, corpus paralysi dissolutum, oculos quoq; peruersos contra naturam habens. Hanc parentes eius deferentes, cum ad Antonium

tonium Monachos ire didicissent, credentes in Domino, qui pertinacem sanguinis fluxum in Euangelio tactu fimbriæ stare præceperat rogauerunt, ut miserabilem filiæ comitatum susciperent. Illis renitentibus, eum usq; ad Antonium perduxere, remansere parentes foris cum filia debili, apud beatum confessorem & Monachum Paphnucium, qui effoßis pro CHRIsto oculis sub Maximiano persecutore, tali dehonestamento corporis plurimum gloriabatur. Peruenerunt igitur ad Antonium Monachi, cunq; de morbo puellæ referre disponerent, relationem eorum senis sermo preuenit, & omnem debilitatis & itineris, usq; ad sanctum Paphnucium, causam, quasi ipse interfuisset exposuit. Rogantibus autem ad eum Monachis ut parentibus cum filia permitteretur ingressus, non conceßit, sed ait. Ite, & inuenietis puellam si non est mortua curatam. Et adiecit: Nullus debet ad meam humilitatem peruenire, quia largitio curationum non est humanæ miseriæ, sed Iesu Christi misericordiæ, quæ ubiq; in se credentibus prestare consueuit auxilium. Quamobrem & illa pro qua petitis, suis precibus liberata est, & cum ad Dominum orare ego, mihi præsentia sanitatis eius indulta est, dixit, et uerba eius, puellæ incolumitas

secuta

secuta est. Nam exeuntes foras ad beatum Paphnucium filiam sospitem, et parentes lætos repererunt.

Non multum autem post istos dies, cum duobus fratribus introeuntibus ad Antonium aqua in itinere defecisset, & uno siti mortuo, alter iaceret in terra mortem expectans, Antonius sedens in monte, celeriter ad se duos Monachos uocauit, qui forte ibidem sunt reperti, & festinato præcepit ut lagenam aquæ assumentes inuaderent iter, quod ducit ad Aegyptum, dixitq; Vnus è fratribus huc aduenientibus modo migrauit ad Dominum, alter si non cucurreritis, addetur. Hoc enim mihi nunc oranti reuelatum est. Sic ait, & iuxta præceptum eius Monachi festinantes, extinctum corpus inueniunt, terraq; id operientes, alterum refocillatum suo iunxerunt comitatui.

Aliud miraculum.

Erat autem spacium itineris unius diei. Forasse aliquis hoc quærat, cur non antequam moreretur Antonius dixerit, incongruo prorsus Christianis argumento utitur, quia non Antonij, sed DEI fuit indicium, quia & de recedente quam uoluit sententiam tulit, & de sitiente reuelare dignatus est, hoc tantum in Antonio mirabile est, quod in monte remotissimo sedens, corde peruigili uncta procul posita Domino indicante, cognosceret.

Antonius cognoscit Ammonē quanquā procul existentem nullo referente mortuum.

Aliquo rursus in tempore cum sederet in monte, & oculos subito tendisset in cœlum, uidit, nescio quam animam lætantibus in eius occursu Angelus, ad cœlum pergere. Cuius spectaculi nouitate stupefactus, beatum dixit sanctorum chorum, orauitq;, ut sibi rei præsentis agnitio panderetur. Et statim uox ad eum facta est inquiens, istam esse Ammonis Monachi animam, qui Nytriæ morabatur. Erat autem Ammon uir grandæuus, qui perseueranter à pueritia usq; ad senectutem in sanctitate uixerat, Itinere quoq; dierum XIII spacio à Nytria locus in quo sedebat Antonius diuidebatur, uidentes autem eum Monachi, admirantem qui uenerant deprecati sunt, ut causam hilaritatis ediceret: Quibus ait: Modo Ammon quieuisse,

Miraculū de Ammone per fluuium transposito,

quem propter frequentem eius ad Antonium commeatum, & propter celeritatem indultorum ei à Domino signorum optime nouerant, de quibus etiam hoc unum dicendum est. Necesse ei fuit aliquando flumen nomine Lycum subitis aquis inundatum transuadare, rogauitq; Theodorum qui cum ipso erat, ut paululum à suo separaretur aspectu, ne nuditatem corporis inuicem uterq; conspicerent. Receßit Theodorus.

Nihilominus ille se ipsum cum nudare uellet,

erubuit

erubuit. Cogitantum autem eum in alteram ripam uirtus diuina transposuit. Rursusq; Theodorus uir, & ipse Deo deuotus transiens ad senem, mirari cœpit, quod tam uelociter fluuium transuadisset. Cumq; nihil humoris in pedibus, nihil in uestibus eius aquæ conspiceret, rogauit eum ut tam incredibilem translationem quasi filio pater exponeret. Nolente illo dicere quæ acciderant, amplexus est pedes eius, iurauitq; non se dimissurum, priusquam sibi id quod celabat referret. Videns ergo senex contentiose uincere uolentem fratrem, exegit uicissim ab eo, ut nulli hoc ante suam mortẽ indicaret, atq; ita confessus est, se subito in alteram ripam esse transpositum, neq; omnino undis impressisse uestigia, Dominici corporis hoc tantũ modo priuilegium asserens, & eorum quibus ipse ut Apostolo Petro donauerat, ut aquarum lenitate, humanum corpus insisteret. Hæc autem Theodorus premisso tempore non dixit, post eius mortem retulit. Monachi ergo quibus dixerat Antonius de morte Ammon, notauerunt diem, & uenientibus de Nytria fratribus, post dies triginta sciscitantes, repererunt illo die illaq; hora dormisse Ammon, qua animam eius ferri senex uiderat. Utriq; igitur puritatem mentis in Antonio mirati

quomodo rei tam longe gestæ statim ad eum fuisset perlata cognitio.

Archelaus quoq; comes, cum eum inuenisset in exteriori monte, rogauit ut oraret pro Policratia Publij filia, quæ in Laodicia erat, admirabili et Christo dedita uirgine. Patiebatur enim pessimos stomachi & lateris dolores, quos ieiunijs nimijsq; uigilijs contraxerat, et erat penitus toto debilis corpore. Orauitq; Antonius, & diem quo oratio fuerat facta annotauit Archelaus. Redit in Laodiciam, & inuenit uirginem incolumen. Percunctatus diem sanitatis, reperit tempus medelæ cum annotatione congruere. Et omnes admirati sunt, agnoscentes eo tempore illam à Domino fuisse à doloribus liberatam, quo orans Antonius pro ipsa bonitatem saluatoris inuocauerat.

Sæpe etiam ad se uenientium turbarum, ante dies & menses, & causas prædixit & tempora. Nam quosdam uidendi eum tantum desiderium, alios imbecillitas, nonnullos obsessa à Dæmonibus corpora pertrahebant, nemo tamen unquam uexationem aut detrimentum laboriosi itineris conquestus est, regrediebantur omnes spiritali cibo pleni. At ille præcipiebat, non suæ laudi hanc admirationem ab eis applicari debere, sed Domini

Domini qui sui notionem hominibus pro capacitate mortalitatis indulserit.

Quodam autem tempore cum exisset ad exteriora Monasteria, & rogatus esset à fratribus, ut in naui quadam, cum Monachis proficiscentibus oraret, ascendit, & solus ex omnibus odorem sensit teterrimum, asserebant cuncti piscium salsorum & caricarum in naui positarum hunc esse putorem. At ille alterius rei fœtorem se sentire affirmauit. Adhuc loquente illo, adolescens quidam possessus à Dæmone, qui procedens iuxta carinam se nauis absconderat, repente exclamauit. Quo statim per Antonium in nomine Domini IESV CHRISTI curato, intellexere uniuersi Diaboli illum fuisse putorem.

Alius quoq; ad eum uir inter suos nobilis Dæmoniosus adducitur tanta oppressus insania, ut non sciret se esse apud Antonium, nec non & corporis sui superflua comederet. Quamobrem, rogatus senex ab his qui eum adduxerant, ut pro illo Dominum oraret, intantum iuuenis miseræ condoluit, ut tota nocte peruigilans cum eo, aduersus patientis insaniam laboraret. Sed cum iam lucesceret, & obsessus impetu in Antonium facto uehementer eum impulisset, irasci cœperunt, qui eum adduxerant, cur seni fecisset iniuriam.

Quibus Antonius ait. Nolite alienam culpam iuueni misero ascribere, furor iste obsidentis est non possessi. Idcirco autem in hanc prorupit, dolens hostis audaciam, quia Dominus ad aridam regionem ire eum iussit, & expulsi Sathanæ indicium, iste aduersum me impetus fuit. Nulla post uerba, mora, & adolescens recepto sensu, & gratias agens Deo, & locum ubi esset, agnouit, & toto Antonium complexans, deosculatus est affectu.

Innumera & alia istiusmodi signa sunt, quæ Monachorũ concordi sæpe relatione cognouimus.

Verum non tantum his adhibendus est stupor, quia multo plus quæ sequũtur conditionem nostræ fragilitatis excedunt. Hora circiter nona, cum ante cibum orare cœpisset raptum se sensit in spiritu, & ab Angelis in sublime ferri, prohibentibus transitum aëris Dæmonibus, cœperunt Angeli contra dicentes requirere, quæ esset causa retinendi nullis existentibus in Antonio criminibus. Illis uero ab exordio natiuitatis replicare peccata nitentibus, calumniosa Angeli ora clauserunt dicentes, non debere eos à natiuitate eius delicta narrare, quæ iam Christi essent bonitate sopita, si qua autem scirent ex eo tempore quo factus est Monachus, & Deo se consecrasset, liceret proferri.

Accusabant

Accusabant Dæmones multa procaciter mentientes, & cum deessent probamenta fallacibus, Liber Antonio conscensus aperitur. Et statim rediens in se, in eo loco in quo stare cœperat, hoc se rursum uidit esse quo fuerat. Tunc uero oblitus escæ ex illa hora noctem gemitu ac lamentatione transegit, reputans secum humanorum hostium multitudinem & colluctationem tanti exercitus, & laboriosum per aërem iter ad cœlum, & hoc Apostoli dictum, quo ait. Non est uobis colluctatio aduersus carnem, sed aduersum principes potestatis huius aëris. Qui sciens aëreas potestates ob id semper tentare, luctari, & cotendere, ne nobis liber transitus esset ad cœlum, hortabatur monens, Assumite arma Dei ut possitis resistere in die mala, ut nihil mali habens, quod de uobis dicere possit inimicus confundatur, nos autem Apostolici sermonis recordemur dicentis, Siue in corpore, siue extra corpus nescio, Deus scit. Et Paulus quidem usq; ad cœlum tertium raptus est, ibiq; auditis uerbis ineffabilibus descendit, Antonius autem usq; ad aërem sublatus, post colluctationem liber conscensus apparebat. Habebat etiam istiusmodi donum. Si cuius rei sedens in monte ignarus fuisset, & eius secum inquireret notionem, oranti ei

à Domino reuelabatur, & erat secundum quod scriptum est à DEO doctus.

Antonius θεοδίδακτος.

Deniq; cum à fratribus haberetur iste tractatus, & ab eo sedulo sciscitarentur, quemadmodum se post corporis sarcinam, anima gereret, quiue ei locus post exitum concederetur, proxima nocte uox desuper nomen eius inclamitans, ait. Antoni exurge, exi, & uide. Qui exurgens egressus est, sciebat enim quibus respondere deberet. Et eleuatis ad coelum oculis, uidit quendam longum atq; terribilem, caput usq; ad nubes attollentem, uidit etiam pennatos quosdam euolare cupientes ad coelum, atq; illum extensis manibus prohibere transgressum, è quibus alios apprehensos elidebat ad terram, alios frustra retinere contendens, dolebat super se ad coelestia transuolare, & maximum gaudium mixtum moerore, uicti uictoresq; tribuebant. Statimq; ad eum uox facta est, dicens. Animaduerte quod uides. Et tunc coepit illuminatio corde intelligere, animarum esse conscensum, & Diabolum prohibentem, qui & sibi retineret obnoxios, & in sanctorum quos decipere non poterat, cruciaretur uolatu.

His uisionum exemplis incitatus, quotidie ad meliora crescebat,

Neq; uero id quod sibi reuelatum fuerat caussa iactantiae, fratribus indicabat, sed cum orans iugiter DEI *laudaret auxilium, interrogantibus compellabatur edicere, nec spirituales filios pura in* CHRISTO *anima occultare quicquam uolebat, praesertim cum huiusmodi signorum relatio, & amorem ministraret proposito, & fructum laboris ostenderet. Nunquam ille aut ira subita concitatus patientiam rupit, aut humilitatem crexit in gloriam.* Mores Antonij.

Nam omnes Clericos usq; ad ultimum gradum ante se orare compellens, Episcopis quoq; atq; Presbyteris, quasi humilitatis discipulus, ad benedicendum se caput submittebat. Diaconos uero qui ad eum utilitatis caussa ueniebant, cum pro adiuturio eorum eis praesentibus disputaret, ad orandum Dominum sibi proponebat, non erubescens & ipse discere. Nam & interrogabat frequenter eos cum quibus erat, & si aliquid ab eis necessarium audierat, se fatebatur adiutum.

Habebat autem & in uultu magnam gratiam, & admirabile à saluatore, etiam hoc munus acceperat: Si quis enim ignarus eius, inter multitudinem Monachorũ eũ uidere desiderasset, nullo indicante caeteris praetermißis ad Antoniũ currebat,

& animæ puritatem agnoſcebat in uultu & per ſpeculum corporis, gratiam ſancta mentis intuebatur. Nam ſemper hilarem faciem gerens, liquido oſtendebat ſe de cœleſtibus cogitare, ſicut ſcriptura ait. Corde lætante uultus floret, ſed in mœrore conſtituto triſtatur, Ita & Iacob agnouit Laban ſocerum ſuum inſidias ſibi machinantem dicens, ad filias eius. Non eſt facies patris ueſtri, ſicut heri & nudiuſterius. Sic Samuel agnouit Dauid, lætificatos enim habebat oculos, & dentes ſicut lac candidos. Similiter agnoſcebatur Antonius, quia ſemper eandem faciem, inter proſpera & aduerſa retinens, nec ſecundis extollebatur, nec frangebatur aduerſis. Erat autem & in uultu amabilis, & in fidei puritate mirabilis. Nunquam enim Sciſmaticorum ſe miſcuit communioni, antequam eorum ſciens prauitatem, atq; tranſgreſſionem. Nunquam Manicheis aut alijs Hæreticis, ſaltem amicabilia uerba largitus eſt, niſi tantum ea, quæ eos poſſent ab iniquitatis errore reuocare, denuncians talium amicitias atq; ſermones perditionem eſſe animæ. Sic etiam Arrianos deteſtabatur, ut omnibus diceret, nec iuxta eos quidem eſſe accedendum. Nam cum ueniſſent quidam Arrianiœnitæ reperta poſt eorum examinationem infideliſſima

Antonius acerrimus hoſtis Hæreticorum

lißima secta, effugauit eos de monte, dicens multo serpentibus deteriores horum esse sermones.

Mentientibus autem Arrianus aliquando, Antoniū ita ut se credere, admiratus eorum audaciam, & iusti doloris ira commotus, rogatusq; ab Episcopis atq; uniuersis fratribus, Alexandriam descendit, ibiq; Arrianionitas publico sermone condemnauit: ultimam hanc esse Hæresin & præcursorem Antichristi affirmans, prædicauitq; in populo filium DEI, non facturam, non ex ullis extantibus, sed proprium & unius cum patre substantiæ, ne creatura potius aut adoptio aut appellatio uideretur, impium esse dicens, uel mente concipere, erat quando non erat, cum uerbum DEI Deus, qui est semper patri sit coæternus, quia ex eo natus est Patre, qui semper est. Unde aiebat: Cum Arrianis uobis nulla sit coniunctio. Quæ enim societas luci ad tenebras? Vos fideliter credentes, Christiani estis, illi uerbum, id est, filium qui ex DEO patre est, creaturam docentes, nullo interuallo à gentibus separantur, qui seruiunt creaturæ, potius quam creatori, qui est benedictus in secula. Ipsa mihi credite irascuntur elementa, & omnis contra Arrianum furorem secundum Apostoli dictum congemiscit creatura

Confeßio Antonij & concio contra Arrianos.

quod sibi DOMINVM *suum per quem omnia, & in quo omnia facta sunt, uideat coæquari.* Hæc *tanti uiri prædicatio, exprimi non potest, quantum ad finem populos roborauerit.*

Lætabantur quippe hostilem & CHRISTO *inimicam* Hæresim, *Anathematizari ab* Ecclesiæ *columna.* Nulla *tunc ætas, nullus sexus domi remansit. Taceo de* Christianis, Pagani *quiq;, & ipsi* Idolorum Sacerdotes *ad dominicum imperium conuolabant dicentes.* Deprecamur *ut uideamus hominem* DEI, *quia hoc apud uniuersos conspicuum erat nomen* Antonij. *Ambigebant quoq; saltem fimbriam uestimenti eius attingere, multum sibi & tactum prodesse credentes.* Quot *tunc Diabolica obsidione & uarijs infirmitatibus liberati? Quot simulachris erepta sunt spolia? Quanti etiã ab errore gentilium retracti nostro iuncti sunt gregi. Tanti certe ut paucorũ dierũ spacio ex Idolorum superstitione conuersio, omnem per annum credentiũ uincere turbam. Preterea cum irruentẽ multitudinem comites repellerent, æstimantes tædio illi conuentũ populi fore, ipse tranquillo animo dicebat.* Nunquid *hic cætus* Dæmonum *maior est turbis? Nunquid obsequentium multitudo colluctatorum in mente nostrorum cateruis est numerosior*

Multi gentiles per Antoniũ conuersi ad CHristum.

sior? Accidit etiam ut cum eum redeuntem circa portam prosequeremur, à tergo quædam mulier clamitaret dicens. Expecta homo DEI, filia mea atrocissimo uexatur Dæmonio, expecta obsecro, expecta, ne & ego corruens interearn. Hoc audito admirabilis senex, à nobis admonitus, uolens tamen & ipse paululum substitit. Cunq; appropinquante muliere, puella iaceret explosa, orauit tacitus IESVM, & ad comminationem eius, statim spiritus impurus egressus est. Puella incolumis populus in laudibus DEI, mater in gaudio fuit. Ipse autem lætabatur, quia ad desideratam, solitudinem reptabat. Erat autem ualde sapiens, & hoc in se miserabile habebat, quia cum literas non deuicisset, ingeniosissimus & prudentissimus immobilis & mansuetus erat.

Antonius rudis literarum.

Aliquando etenim Philosophi duo gentiles uenerunt ad eum, putantes Antonium se posse decipere. Erat enim in superiori monte. Quos cum uidisset, paganos intellexit ex uultu, & procedens ad eos per interpretem, ita cœpit appellare. Quare tam longe ad stultum hominem, sapientes se uexare uoluerunt. Illis dicentibus non esse illum stultum, sed & nimium sapientem, uigilanter respondit:

Acumen ingenij in Antonio.

Si ad

Si ad stultum uenistis, superfluus est labor uester. Si autem putatis me sapientem esse, & sapientiam habere, bonum est, imitamini quæ probatis, quia bona conuenit imitari. Si ego ad uos uenissem, uos imitarer, sed quia uos ad me quasi ad sapientem uenistis, estote sicut ego sum Christiani. Abscesserunt Philosophi utrumq; mirantes, & acumen ingenij & Dæmonum expulsiones.

Alios quoq; similter mundi sapientes, qui eum irridere cupiebant, qui literas ignoraret, tali disputatione colligauit dicens: Respondete mihi, quid prius est, sensus an literæ? Et quid cuius exordium? Sensus ex literis, an literæ oriuntur ex sensu? Illis asserentibus, quia sensus esset auctor atq; inuentor literarum ait. Igitur si cui sensus incolumis est, hic literas non requirit. Quis præsentium post hanc colluctationem non exclamauerit, cum obstupuerint, & ipsi qui uicti sunt, tantam in imperito literarum sagacitatem animi admirantes. Neq; enim ut in solitudine & montibus uersatus, atq; omnem ibidem exigens uitam, agrestis & rudis erat, sed iocundus atq; affabilis, sermonem secundum Apostoli præceptum diuino conditum sale proferebat, ita ut inuidia careret, & amore omnium potiretur.

Inter hæc quasi parum esset, bis gentilitatem fuisset superatam, & tertio uenerunt uiri, omnis secularis prudentiæ nubæ cæcati, atq; uniuersis Philosophiæ studijs artium suarum æstimatione doctißimi. Hi cum rationem ab eo exigerent fidei, quam in Christo habemus, & niterentur arguta sophismatum interrogatione, de diuina Cruce eum illudere, intra silentium paululum uoce compressa, primum eorum miseratus errorem est, Deinde per interpretem, qui eius uerba diligentissime in Græcum solebat exprimere sermonem, ita exorsus est, dicens: Quid pulchrius est, quidue honestius, Crucē colere, an adulteria? parricidium uel incestum, his aßignare quos colitis, cum in altero contemptus mortis insigne uirtutis sit, in altero turpis religio sit obscenitatis Magistra? Quid melius est dicere, quod DEI uerbum manens ut erat, ob salutem nostram humanum corpus assumpserit, ut societate mortalitatis nos eueheret ad cœlum, participesq; naturæ cœlestis efficeret, an, ut ipsi asseritis, diuinæ mentis haustum, ad terrena ueneranda caput submittere, & pecudum atq; Serpentum formis cœleste numen includere? Quo ore Christianorum crudelitatem audetis irridere, dicentium, Christum filium Dei sine sui detrimento, et cœ-

Assertio Christianæ doctrinæ contra Philosophos.

pisse esse quod non erat, & mansisse quod fuerat cum ipsi animam de cœlestibus detrahentes, non tantum hominum, sed & pecudum soleatis sepire corporibus, Christiana credulitas pro salute mundi Deum suum uenisse testatur, uos uero innatam animam prædicantes, ultro citroq; transfertis. Christiana fides quæ omnipotentiam DEI clementiamq; ueneratur, consequenter incarnationem dicit DEO fuisse poßibilem, ita tamen ut non euacuauerit humiliatio dignitatem, uos qui animam splendidißimo Dei fonte manantem turpiter decidisse iactatis, qui mutabilem & conuertibilem eam post sui diminutionem audetis asserere, iam illam quoq; naturam dominam seculorum, per animæ contumelias impia lingua temeratis, imago enim quæ secundum nos naturalem similitudinem sui retinet auctoris, cui una ex quo defluit eademq; substantia, humilitates proprias & iniurias consequenter ad suam originem remittit.

Igitur animaduertite contumelias animarum, ad patrem ut appellatis earum, per uestram blasphemiam redundare. Crux Christi Domini Dei nostri nobis ingeritur. Rogo, quæ hic est religionis obscenitas? Nonne potius est crucem, aut alicuius generis mortem ab iniquis hominibus illatam patienter

patienter sustinere, quam Isidis plangere post Osirim uagos incertosq; discursus. Pudeat quæso uos insidiarum Typhonis, pudeat Saturni fugæ & deuorationis crudelissimæ liberorum. Erubescite parricidium Iouis & incestum, erubescite raptum eius & coitum mulierum atq; puerorum.

Ille, sicut uestri fingunt Poetæ, ad explendum immanissimæ libidinis furorem, molles dedit in amore uagitus, ille in Dianæ fluxit sinus, ipse amator & precium, ille modulatus ales Lædeos petiuit amplexus, ille in proprium seuiens sexum regium puerum ministris auibus polluit. Hæc uos creditis, Hæc colitis. Hæc sunt uestrorum ornamenta templorum. Aequo, deprecor pro uestra salute, dicta pensate iudicio, Cuncta an nihil libris credenda sunt, Christianis? Si nihil, nec Crucis quoq; cui detrahitis nomen agnoscitis? Si uniuersa credenda sunt, cur cum in ijsdem libris Cruci resurrectio copuletur, passionem diuinam stolido laceratis eloquio, & non statim iungitis cœcorum uisum, surdorum auditum, claudorum gressum, lepræ emundationem, seruiens ambulanti Deo suo mare, Dæmonum fugas, resurrectionem mortuorum, & defunctorum ab inferis reditus? Hæc omnia scripturis quas interpolatis inserta sunt, & ijsdem uoluminibus continentur præconia maiestatis & mortis.

Quamobrem, odio quo imbuti estis abiecto, inuenietis ilico & Deum uerum esse IESVM, & salutis humanæ gratia fragilem assumpsisse naturam. Vestram tamen nobis (si non pudet) narrate religionem, sed quas (O error infœlix) poteris referre culturas de tantà rerum fœditate atq; uecordia? Nisi forte, ut audio, fabulis asseritis Deorum uestrorum, & obscenitates & crudelitates, & uanitates, & mortes, tegentes eas Allegoricis uelaminibus, Liberum raptum terram Proserpinæ semiclaudum Vulcanum & debilem ignem, Iunonem aërem, Apollinem Solem, Dianam Lunam, Neptunum maria, & libidinum principem Iouem ætherem, interpretantes. Nec post hanc excusationis procacitatem, DEVM, sed creaturas contempto creatore suspicitis. Quia si pulchritudo uos elementorum ad suam traxit uenerationem, modum fas erat custodire, & oportebat mirari tantum ne colere, ne facturæ ueneratio creatoris esset iniuria: Nam secundum istiusmodi, quam uos sequimini, ratio est præpostera atq; peruersa, & architecti honor migrauit ad domum, & Medici scientia ad remedia confertur, omnium quoq; artificum merita uel laudes ad opera transferentur. Quid ad hæc dicitis, ut agnoscamus quæ sit Crucis

ridicula

ridiculæ uobis ignominiosa confusio? Hac disputatione conuertentibus inter se Philosophis oculis, simulq; mussitantibus, subridens Antonius rursum per interpretem ait. Perdurum nanq; cuncto uidetur operi quotiens iusto uniuersæ rei tenore calcato, labris merita, factis magis quam factoribus astruuntur. Elementa quidem ut memoraui ex ipso conspectu suam comprobant seruitutem. Sed quoniam uos obseruatione dialectica, necessaria ut putatis queq; colligitis, hoc quoq; artificio, etiam nos nostram religionem compellitis affirmare. Respondete mihi, Cognitio DEI quemadmodum manifestius approbatur, per lectionem uerborum, an per operationem fidei? Et quid antiquius est, operatio fidei, an disputatio per argumenta procedens? Illis respondentibus firmiorem sermonibus operationem esse, & hanc liquidam de Deo cognitionem, bene eos & ipse dixisse consensit, quia operationem quæ ex fide descendit animi generat affectus, dialecticam uero ex artificio componentium sumpsisse oppositionis exordia. Cum ergo ait operationem fidei animo sitam quis habuerit, superflua erit uerborum compositio, per quam conceptam sensu nostro credulitatem tentatis euellere & tamen sæpe nostras explicare intelligentias

non ualetis. Ita solidiora sunt mentis opera, quam Sophismatum fraudulenta conclusio,

Nos Christiani mysterium uitæ nostræ, non in sapientia mundi habemus repositum, sed in uirtute fidei, quæ nobis à DEO tributa per Christum est, Hanc orationis meæ ueritatem, rerum quotidie quæ geruntur ordo commendat, uobis imperitis & literarum uestrarum ignaris ad DEI cognitionem, eius solum uerba sufficiunt. Ecce nos tot gentilitatis gregibus abstracti in uniuersum orbem quotidie propagamur, uobis uero post aduentum Domini, nodosæ sophismatum defecerunt uersutiæ. Ecce nos simplicem Christi fidem docti Idolatriam debellauimus, & per prædicationem ignominiosæ Crucis, aurata templa ceciderunt. Vos si potestis, ostendite qua contexione uerborum gentilitatem CHRIsto præponere suaseritis. Per omnes iam terras Deus Dei filius Christus est agnitus, nihil eloquentia sophismatum, nihil disputatio Philosophiæ multitudini potest obesse credentium. Crucifixum nominamus & uniuersi Dæmones quos uos ut deos colitis rugiunt, atq; ex obsessis corporibus ad primum Dominicæ crucis signum fugantur, Vbi sunt illa fabulosa oracula? ubi Aegyptiorum incantationes? Quo magnorum

proficere

latio
stia-
octri-
& fi-
cum
ilita-

proficere carmina? Certe tunc uastata sunt omnia, cum de suo cruce mundo Christus intonuit. Nihilominus uos prætermißis debilitatorum cateruis, gloriosam Iesu mortem irridere conamini. Illud autem quale est, quod nunquam infestatione regali concussa gentilitas imo seculo cara, & hominum præsidijs fulta iam corruit.

Nos famuli Christi quo plus premimur, eo magis assurgimus & floremus. Vestra simulachra ornatis quondam septa parietibus, iam uetustate collapsa sunt. Christi uero doctrina quæ uobis stultitia uidetur & ludus, licet tyrannica persequentium principum tentamenta pertulerit, licet uarijs sit incursata terroribus, nullo tamen terrarum orbe concluditur, nullo gentium barbararum fine prohibetur. Quando enim diuinæ scientiæ tantus splendor illuxit? Quando tot simul conuenere uirtutes? Continentia in matrimonio, uirginitas in Ecclesia, floret in martyrium pro Domino suo gloriosa constantia, quorum omnium Crux CHRISTI principium est. Cum interim uos inter tantos uirtutum choros, Syllogismorum retia tenditis, & ueram rerum lucem tenebrosis conamini argumentationibus obuoluere.

Christiani quanto magis premuntur, eo magis florent.

Ecce nos (ut dixit Doctor noster) non in gentili persuasione, sed in fide apertissima suademus, quæ uerborum affirmationem præuenire consueuit. Assunt quippe patientes à Dæmonibus uexati, quos cum in medium produxisset, uerba repetiuit dicens. Nunc uos collectionibus uestris, & quo multis malefico carmine Deos uestros quos putatis expellite, sin autem non potestis, uictas submittite manus, & ad Christi trophea confugite, & statim Crucifixi credulitatem maiestatis potentia prosequetur. Dixit, & inuocato nomine IESV cum uitale signum in sacro numero Trinitatis pressisset in frontibus, una cum expulsis Dæmonibus, uana præsentium Philosophorum confutata sapientia est. Expauerunt enim stupentes hominem, cui post tantum ingenium afflueret signorum diuina largitio. At ille uniuersa Christo qui curauerat ascribens usus est affatu reciproco, & ait. Nolite me putare his sanitatem dedisse, Christus per seruos suos facit ista miracula. Credite & uos, & uidebitis, quia deuota Deo fides, non eloquentiæ uanus tumor talia signa meretur. Confugite ad Crucifixi legem, nosq; eius imitamini famulos, & hoc scientiæ fine contenti, nulla deinceps secularis imprudentiæ argumenta quæretis.

Hactenus

Hactenus Antonio dicente, miro Philosophi stupore perculsi, & cum honorifico salutatu ab eo recedentes, multum eius sibi fatebantur pro- fuisse conspectum. Hoc in eo uiro mirabile est, ut hominem in extremo mundi limite conditum, & fauor principum, et omnis celebraret aula regalis. Nam & Constantinus Augustus, & eius liberi Constans atq; Constantius talia cognoscentes, cre- bro ad eum quasi ad patrem missis literis obsecra- bant, ut reciprocis eos scriptis hilararet. At ille eiusmodi manens, qualis & ante quam literae ad eum uenirent, fuerat, nec salutatione principum mouebatur, & tanquam non acceptis literis con- uocatis Monachis aiebat. Reges seculi ad nos mi- serunt Epistolas, quae hic CHRIstianis adhibenda miratio est? Licet enim diuersa sit dignitas, atta- men eadem nascendi moriendiq; conditio est. Illa sunt ueneratione omni percolenda, illa toto animi affectu retinenda sunt, quod hominibus Deus legē scripserit, quod per filium suum proprijs Ecclesias ditauerit eloquijs. Quae Monachis est ratio, cum Epistolis regum? Cur accipiam literas, quibus consueta nesciam reddere salutationis obsequia?

Cæsaribus carus Antonius.

Igitur rogatus ab uniuersis fratribus, ut Christianos Reges suis literis refrigeraret, ne

scilicet per silentium eius exasperarentur, ad susceptas Epistolas conuenienti rescripsit. Laudauit primum quod Christum colerent, deinde salutaria persuasit, ne magnam putarent regiam potestatem, ne præsentis carnis imperio tumentes, se homines esse nescirent, & iudicandos à Christo obliuiscerentur. Ad postremum clementiæ circa subiectos & iustitiæ, curam quoq; inopum admonuit, atq; unum sempiternum esse regem omnium seculorum Iesum Christum Epistolis testatus est. His princeps susceptis uehementißime lætabantur.

Sancta quoq; apud cunctos Antonij flagrabat opinio, ita ut eius se filios cuperent nominari. Magna etenim cum aduenientibus affabilitas, omnium in se studium conuerterat. Postquam ergo gentiles confutati, Reges admoniti, fratres ab eo sunt consolatione recreati, ad interiorem montem et ad rigorem solitum regressus est, ibiq; sæpe cum introeuntibus deambulans, ac residens stupebat, sicuti in Daniele scriptum est, & interiectis horarum spacijs consequentia respondebat, ut intelligeretur aliqua reuelationis uidisse secreta. Nam in monte positus, ea quæ in Aegypto longe gerebantur præuidens, Episcopo Serapioni ibi consistenti narrauit.

LAMEN-

LAMENTABILIS SEquitur uisio, et omni lachrimarum fonte plangenda.

CVM enim cum fratribus circa sedentibus operaretur, intente fixit oculos in cœlum gemens atq; suspirans.

Antonii uisio de Mulis euertentibus altare Domini.

Et post aliquantum spacium reuelationis incœptæ nimio dolore contremuit, & statim fixis genibus ante DEI uultum prouolutus orauit, ut clementia sua futurum auerteret scelus. Succedunt orationi lachrimæ, metus ingens inuadit præsentes, obsecrant ut tantæ calamitatis exponeret uisionem. Singultus occupant uocem, lingua fletibus præpeditur, & in medio conatu sermo gemitu interrumpitur. Vix tamen cum uociferatione fluctuosa ait. Melius erat ô filioli impendens piaculum cita morte lucrari. Sic incipiens rursum lachrymis uincitur, & inter ægra suspiria tandem pectori commodans uocem, magnum, inquit, quoddam & uniuersis seculis inauditum imminet nephas. Magno fides catholica turbine subuertetur, & homines iumentis similes CHRISTI sancta diripient.

Vidi enim Altare Domini mulorum circundatum multitudine, qui crebris calcium ictibus omnia dißipabant: Hæc est causa gemituum quos audistis. Et *facta est uox Domini dicens: Abominabitur Altare meum, nec mora, uisionem sequitur effectus. Nam post annos duos, seua Arianorum irrupit insania. Tunc Ecclesiarum rapinæ, tunc diuinorum temeratio uasorum, tunc pollutis Ethnicorum manibus, sacra polluta sunt ministeria, tunc Paganorum opificum præsidia aduersum Christum comparata cum assumptione palmarum quod Idolatriæ apud Alexandriam insigne est, ad Ecclesiam pergere compellebantur Christiani, ut Arianorum populi crederentur, Proh scelus, horret animus replicare quæ gesta sunt: Virginum matronarumq; ereptus pudor, sanguis ouium Christi in Christi templo effusus ueneranda respersit Altaria, baptisterium pro uoluntate gentilium pollutum est. Nihil defuit uisionis ueritatem monstrauit effectus, quod calcitrantium mulorum indisciplinatio, Arianorum esset impietas. Sed istam tristitiam consequentis reuelationis prosperitate consolatus est, & ait. Nolite filioli mœrori uos penitus cedere, ut enim iratus est Dominus, sic rursum miserebitur & suum cito Ecclesia recuperabit*

Arrianorũ furor.

perabit ornatum, eosq; qui in persecutionibus fidem Domini seruauerint, solito uidebitis fulgore reducentes. Reuertentur ad foueas suas Serpentes, & religio longius propagabitur, tantum uidete ne fidei nostræ sinceritas Ariana labe sordescat. Non Apostolorum, sed Dæmonum & patris eorum Diaboli ista doctrina est, ob id per insipientiam iumentorum similis pecudum, eorum expressus est animus: Huc usq; Antonius. Sed nos minime conuenit diffidere, tam grande miraculum per hominem potuisse ostendi: Saluatoris enim promißio est, ita dicentis. Si habueritis fidem ut granum Sinapis, dicetis huic monti transfer te, & transferetur, & nihil impoßibile erit uobis? Et iterum. Amen amen dico uobis, omne quod petieritis Patrem in nomine meo, dabit uobis, Petite & accipietis. Ipse enim suis discipulis & uniuerso credentium gregi, nunc subiectionem Dæmonum, nunc uariarum infirmitatum pollicens curationem, aiebat: Gratis accepistis, gratis date. Nunquid suæ uirtutis imperio curabat Antonius? Nunquid suæ poßibilitatis arbitrabatur esse quod fecerat? Orationibus non præceptis Dæmones morbiq; cesserunt, & ad Christi Dei nostri nominationem, semper uniuersa perfecta sunt. Nemo

sapientium

sapientium sanitatum admirationem ascribat Antonio, Sed DOMINO IESV, qui solitam erga creaturas suas exhibens beneuolentiam, nunc quoque per electum famulum suum indulgenter exercuit. Antonius tantum orabat, & ob uitæ eius merita, cuncta DOMINVS largiebatur.

Sæpe autem & contra uoluntatem ad exteriorem montem à fratribus perducebatur. Et cum Iudices qui ad interius archisterium propter asperitatem itineris, & ob sequentium multitudinem & horridam solitudinem ire non poterant, precario quærerent, ut eius fruerentur aspectibus, nec impetrare possent, quia molestißime ferebat uexationem discursuum. Ipsos catenatos quos uigor publicus constrinxerat, ad eum destinabant, scientes tales ab Antonio non posse contemni, quorum fletibus superatus, pertrahebatur ad exteriorem montem, agnoscens laborem suum utilem miseris fore. Suadebatq; iudicibus, qui eum inuitauerant, ut in sententia proferenda, & odio & gratiæ, Dei timorem anteponerent, nec ignorare eos debere quod scriptum est: Quocunq; iudicio iudicaueritis, in eo iudicabitur de uobis. Attamen inter medios sermones caræ sibi solitu-

dinis

lia
:epta
rit
cibus
onius.

dinis recordabatur. Post coactam itaq; praesentiam, quam ducis preces, & quod uerius est, miserorum fletus extorserat post salutaria monita, post reorum commendationem, quorundam uero & absolutionem postulanti duci, ut paulo largius eidem suam praesentiam indulgeret, ait, non posse se diutius ibidem morari, grato usus exemplo quod sicuti pisces ab aqua extracti, mox in arenti terra morerentur, ita & Monachos cum secularibus retardantes, humanis statim resolui confabulationibus. Ob id ergo inquit, conuenit ut pisces ad mare, ita nos ad montem festimare, ne tardantibus nobis aliqua propositi succedat obliuio. Praetenta hominis sapientia dux miratus iustam de eo tulit ueramq; sententiam, dicens: Vere iustum esse Dei famulum, nec in rustico homine potuisse tantam aliquando inesse sapientiam, nisi diuino amore regeretur.

Miraculū de iudice persequente Christianos.

Praeterea cum Balacius qui sub Nestorio praefecto Alexandriae, iniquitatis studiosissimus fautor, CHRISTI Ecclesiam persequeretur, ut animo uesano uirgines Monachosq; nudatos uerberaret in publico, ad eum Antonius literas misit, quarum ista sententia est: Video iram DEI uenientem super te, desine persequi Christianos,

ne te

ne te ira occupet, quae proximum iam tibi minatur interitum. Legit infoelix Epistolam & irrisit, atque in eam expuens proiecit in terram, portitores quoque multis afficiens iniurijs, Antonio talia renunciari praecepit. Quoniam cur tibi tantopere Monachorum est, etiam ad te mei uigoris transilict disciplina. Sed confestim minitatorem operfisit supplicium, & post quinque dies os effrenatum ultio diuina compescuit. Egreditur enim ad primam mansionem Alexandriae quae appellatur Chereum, cum supradicto Aegypti praefecto Nestorio, uehuntur equis, quos inter omnes, Balatius cuius erant, mansuetissimos nutrierat. Cum ergo pariter solito sibimet equi allüderent, mitior quo Nestorius uehebatur, morsu repentino Balatium decußit in terram, ac sic in eum inhians femora eius lacerauit atque corrosit, ut statim relatus ad ciuitatem post tertium diem moreretur, uniuersique agnoscerent minarum ab Antonio praedictarum effectum quantotius consecutum, digno persecutoris fine completo.

Caeteros ad se uenientes mira cum modestia Antonius admonebat, ut oblita seculi dignitate, remotioris uitae beatitudinem appeterent. Siqui autem maiori potestate premebantur, nec potestura

int obtinere iusticiam, ita eos obnixe defende-
t, ut ipse pro illis pati uideretur iniuriam. Multis
tilis fuit præclari senis oratio, multi magnis di-
tes & altiori gradu militiæ derelicto, eius adhe-
r curriculis. Et ut infinita breui sermone com-
ehendam, bonum Aegypto medicum CHRIstus
ulserat. Quis non tristiciam apud Antonium
tauit in gaudium? Quis non iram uertit in pa-
i? Quis orbitatis locum, non ad eius tempera-
aspectum? Quis non mœrore paupertatis, quo
mebatur abiecto, statim & diuitum despexit
lentias & in sua lætatus est paupertate? Quis
lassitudinem Monachus non eius uegetatu
atus est? Quis adolescentiæ ætatis accen-
ardoribus non ex eius admonitu, pudicitiæ
tor fuit? Quis uexatus à Diabolo, sine medela
t? Quis inimici cogitationibus distractus non
t tempestate sopita, sereno regressus est ani-
Sciebat enim quo quisq; laboraret incommo-
& ex uitæ meritis discretionem spirituum
scens, adhibebat uerborum, prout erant uul-
sanitatem. Vnde effectum est, ut post eius
inam omnes Diaboli panderentur insidiæ,
e quoq; ad eius conspectum desponsatæ pu-
ab ipso pene thalamo recedentes in Ecclesiæ

 matris

matris discretionem spirituum agnoscens, adhibebat uerborum, prout erant uulnera, sanitatem. Vnde effectum est, ut post eius doctrinam omnes Diaboli panderentur insidiæ. Multæ quoq; ad eius conspectum desponsatæ puellæ, ab ipso pene thalamo recedentes in Ecclesiæ matris gremio consederunt. Quid plura? Totius orbis homines ad eum confluebant, & uniuersarum gentium uarietas, bellicosissimum contra Dæmones uirum conspicere gestiebant. Nullus se frustra illuc uenisse conquestus est, omnibus delectabile atq; iocundum laboris commercium fuit, Fatigatio enim itineris emolumentum uiatici reportabat, sicut rei probauit effectus. Nā post resolutionem eius, quasi communi funere orbitatis excepto, proprium singuli parentem luxerunt. Quis autem finis uitæ eius fuerit, dignum est & me commemorare, & uos cum desiderio audire, quia & hoc in eo imitabile cunctis fuit, Iuxta consuetudinem ad uisendos fratres, qui in exteriori monte erant, uenit, ibiq; à diuina prouidentia de sua morte condiscens, ita exorsus est, dicens. Vltimam filioli patris audite sententiam, non enim arbitror quod in hoc seculo iterum uos uisuri simus. Cogit conditio naturæ, ut post centenarium numerum, quem annis quinq; super-

Antonius 105. annorum.

pergredior, iam resoluar. Ita locutus audien-
um pectora contristauit, gemitus lachrimæq;
sta merentia, consecutæ sunt. Amplexaban-
r eum uniuersi, quasi iam de seculo recessurum.
ille tanquam aliena deserens, ad propriam pa-
im profecturus magna cum lætitia præcipie-
, desidiam instituto non debere surripere, sed
qaum quotidie morituros, ut ante prædixerat,
ordidis cogitationibus animam custodire, &
tem æmulationem ad sanctos quosq; conuer- Monet
, ad Meletianos uero Scismaticosq;, ne pro- cauendos
uidem accedere. Scitis enim, aiebat, eorum Hæreticos
suam peruersitatem, neq; cum Arianis com-
ionem iungamini, quia impietas eorum iã om-
manifesta est. His etiam illud addebat, nul-
lebere CHRIstianum, cum seculi uiderit po-
es, pro Arianorum & Meletianorum pu-
nequitia, à CHRISTI territum discedere
te, mortalium illam esse defensionem, nec
llacem permanere posse fantasiam. Quæ Hortatur
r aiebat, custodienda est pia fides in CHRI- ad fidei
& Patruum religiosa traditio, quam ex perseue-
rarum lectione, & crebro meæ paruitatis ramtiam
is admonitu.

Finito sermone, fratres eum uehementissime retardabant, glorioso patris cupientes termino decorari. Sed multas ob causas quas & silentio demonstrabat, precipue tamen ob præsumptam Aegypti consuetudinem, contradixit: Mos etenim Aegyptijs est, nobilium & præcipue beatorum martyrum corpora, linteamine quidem obuoluere & studium funeri solitum non negare, terra uero non abscondere, sed super lectulos domi posita reseruare. Hunc honorem quiescentibus reddi, inueterata consuetudinis uanitas reddidit. De hoc Antonius sæpe & Episcopos deprecatus est, ut populos Ecclesiastica contestatione corrigerent, & laicos uiros ac mulieres rigidas ipse conuenit, dicens, nec legitimum hoc esse, nec Deo placitum, quippe cum Patriarcharum & Prophetarum sepulchra, quæ ad nos usq; perdurant, hæc facta conuincerent. Dominici quoq; corporis exemplum oportere intueri iubebat, quod in sepulchro positum lapide usq; ad resurrectionis diem tertium clausum fuerit, atq; his modis uicium circa defunctos Aegypti, etiam si sancta essent corpora coarguebat dicens. Quid maius aut sanctius corpore potest esse Dominico? Quod iuxta consuetudinem gentium cæterarum, humo conditum esse

Mos Aegyptiorũ in conseruandis defunctorũ corporibus.

Contra reliquias sanctorũ.

scimus

nus. Hæc iusta persuasio multorum insitum
llit errorem, & repositis in terra cadaueribus,
mino gratias pro bono magisterio retulerunt.
Metuens ergo consuetudinem supradictam,
odem etiam circa se laberentur errore, celeri-
ualedicens Monachis qui confluxerant, ad
um uirtutis habitaculum repedauit. Post
ses autem paucos, cum non mediocre incom-
um senilia membra turbasset, uocatis ad se
us fratribus, quos ibidem ante quindecim an-
modico interuallo seiunctos instituerat, quiq;
i seni cœperant ministrare, ait.
Ego quidem filioli secundum eloquia scriptu- Postremus
n, patrum gradior uiam, iam enim Domi- concio
e inuitat, iam cupio uidere cœlestia, sed uos Antonij.
cra mea admoneo, ne tanti temporis labo-
epente perdatis. Hodie uos religiosum stu-
irripuisse arbitramini, & cœptæ uoluntatis
do succresceret. Varias Dœmonum nostis
s, uidistis eorum & impetus feroces & ui-
xminatas. Iesum suspirate, & credulitatem
is eius uestris figite mentibus, & à certa
iuersi Dæmones fugabuntur. Mementote
admonitionum mearum, & incertæ condi-
itam quotidie ancipitē pertractate, et cœ-

Præcipit Hæreticos fugiendos.

lœste uobis præmium, sine cunctamine tribuetur. Scismaticorum quoq; & Hæreticorum uenena uitate, meumq; circa eos odium sectamini, quia CHristi sunt inimici. Scitis ipsi, quod nullus mihi nec pacificus quidem sermo cum eis aliquando fuerit, propter prauam eorum uoluntatem, & pertinax contra CHristum bellum. In hoc autem magis estote soliciti, ut Domini præcepta seruetis, ut post mortem uestram sancti quiq; quasi amicos & notos in æterna uos recipiant tabernacula. Hæc cogitate, hæc sapite, hæc retexite, & siqua mei uobis cura, siqua patris memoria est, si mihi uicarium rependitis affectum, nullus ad Aegyptum meas perferat reliquias, ne uano corpus honore seruetur, ne uituperati ritus à me ut nostis etiam circa me seruentur obsequia. Huius enim rei gratia, maxime huc sum regressus. Vos igitur humo tegite, uos patris operite corpusculum, & illud quoq; senis uestri custodite mandatum, ut nemo preter uestram dilectionem, locum tumuli mei nouerit. Confido in Domino, quia necessario resurrectionis tempore, hoc corpusculum resiliet incorruptum.

Legata morientis Antonij.

Vestimentorum autem meorum sit ista diuisio. Melotem & pallium tritum cui super iaceo, Athanasio Episcopo date, quod mihi nouum ipse detulerat

ntulerat. Serapion Episcopus, alium accipiat Me-
tem, uos cilicinum habetote uestimentum & ua-
te uiscera mea, Antonius enim migrat, & iam
n erit in præsenti seculo uobiscum. Verba finie-
t, & osculantibus se discipulis, extendens pau-
lum pedes, mortem lætus aspexit, ita ut ex hila-
ate uultus eius, Angelorum sanctorum qui ad
rferendam animam eius descenderant, præsentia
sceretur. Hos intuens tanquam amicos uideret,
imam exhalauit, & additus est Patribus secun-
n ordinem scripturarum. Seruauerunt manda-
discipuli, inuolutum, ut præceperat corpus hu-
operientes, et nemo interim usq; ad hanc diem,
eter eos, ubi sit conditum, nouit.

Legatarius autem Antonij benedictionem qui
um pallium cum Melote imperio eius meruerat
ipere, Antonium in Antonij muneribus ample-
ur, & tanquam magna hereditate ditatus læ-
r, per uestimentum recordatur imaginem
titatis.

Hic Antonio uitæ terminus fuit, ista principia
torum. Quæ licet parciori, ut prædixi, ser-
e narrauerim, tamen ex his potestis aduerte-
ualiter homo DEI à pueritia ad senectam usq;
enerit, & quod omni semper dubitatione
ita, nec languori nec longeuæ quicquam

ætati aliquando concesserit. Magis autem æqualitatem propositi tenens, nec uestimentum mutauit, nec pedes lauit, nec escam sectatus est molliorem, oculorum quoq; aciem & numerum dentium, licet paululum ob ætatem uiderentur attriti, nec non & pedum incessum, totius etiam corporis firmitatem, ita contra iura naturæ meritorum gratia custodiuit, ut lautorum corporũ quæ balneis atq; delitijs confouentur, hilarior eius caro uideretur: Hoc etiam fratres quod per omnes prouincias amor eius famaq; uolitauit, quem nec librorum disseminatorum oratio luculenta, nec mundanæ sapiẽtiæ nec disputatio, nobilitas generis, nec opum infinita congestio commendauit, cui omnium ore est ascribendum nisi Christo, cuius hoc donum est: Qui deuotos eius animos, ergo suam peruidens maiestatem, hominem alio pene orbe cœlatum, & inter tantas positum solitudines Africæ, Hispaniæ, Galliæ, Italiæ, Illirico, ipse etiam quæ urbium caput est Romæ, ut in exordio promiserat, demonstrauit. Creatoris est ista benignitas, qui famulos suos, licet nolentes, nobilitare consueuit, ut ultra humanam esse naturam, sanctorum doceatur exemplis & ad beatæ uitæ imitationem, ex fructu laboris optimus quisq; impellatur.

Hunc

Hunc itaq; fratribus librum magnopere per-
e curate, ut agnita fideli uita sublimium Mo-
rum, sciant quod saluator noster Iesus Chri-
lorificantes se glorificat, & seruientibus si-
non tantum regna cœlorum, sed etiam hic
s montium secretis latere cupientibus, famæ
nobilitatem, scilicet ut & ipsum fruantur
meritorum, & cæteri eorum prouocentur
lis. Si autem necessarium fuerit & gentibus
ut uel sic agnoscant, quia Dominus noster
Christus non solum est Deus Dei filius, sed
is qui eum sollicite colunt, & in eum fidei
edunt, hanc dedit potestatem, ut Dæmones,
i deos esse arbitrantur, conculcent atq; eij-
deceptores scilicet hominum, & totius cor-
es artifices.



ICIPIT VITA S. Pauli Simplicis.

T S FVIT



VIT QVIDAM INter discipulos sancti Antonij Paulus nomine, cognomento simplex. Hic initium conuersionis suæ, huiusmodi habuit. Cum uxorem suam cum altero concubitantem uidisset, nulli quicquam dicens, egressus est domum, et mœstitia animi tactus, in Eremum semetipsum dedit. Vbi cum anxius oberraret, ad Monasterium uenit Antonij, ibiq; ex loci amœnitate & oportunitate consilium capit. Cumq; audisset Antonium, ut iter salutis ab eo inquireret, ille intuens hominem simplicis naturæ, respondit ei ita demum eum posse saluari, si his quæ à se dicerentur, obediret. Tunc ille omnia quæcunq; præciperet, facturum se esse respondit. Vt ergo promissionem eius probaret Antonius, ante fores cellulæ stanti, hic inquit expecta me orans donec egrediar. Et ingressus mansit intrinsecus per totam diem & noctem, per fenestram tamen ex occulto frequentius respiciens, uidebat eum indesinenter orantem, & nusquam prorsus se mouentem, sed stare in æstu diei & rore noctis, & ita esse mandati memorem, ut ne parum quidem à loco se mo-

ueret

ct. Egressus autem die postero Antonius instr...
eum & docere de singulis cœpit, quomodo
re manuum solitudinem solaretur, & digitis
dem corporis opus carnale, cogitatione uero
tis & animi intentione, operaretur quæ DEI
t. Cibum quoq; in uespera sumere, & præci-
in potu confirmans, non minus per aquæ ab-
antiam fantasias animæ fieri, quam per uinum
rem corporis increscere. Et ubi plene eum
liter in singulis agere deberet, instruxit, in ui-
, hoc est, in tribus à se milibus cellulam consti-
, ibiq; eum exercere quæ didicerat, iubet.

Ipse tamen frequentius uisitans eum, gratu-
tur, deprehendens illum in his quæ sibi tradi-
uerant tota intentione & omni solicitudine
manentem. Quadam autem die cum uenissent
nctum Antonium fratres magni quidem &
ecti uiri, accidit etiam Paulum adesse pari-
cum eis. Et cum sermo de profundis rebus &
icis haberetur, cumq; de Prophetis & de sal-
re plurima tractarentur, Paulus ex simplici-
animi interrogat, si CHristus prius fuerit, an
phetæ? Beatus uero Antonius cum pro eo quod
absurde interrogaret, quasi erubuisset, blan-
otu, ut erga simpliciores solebat, silere atq;
eum iubet.

Ille

Exemplũ obedientiæ & taciturnitatis.

Ille autem qui omne quodcunq; ab eo dictum fuisset, tanquam præceptum Dei seruire instituerat, abscedens ad cellulam suam, tanquam mandato accepto, silentium gerere instituit, nec omnino aliquid loqui. Quod cum comperisset Antonius, mirari admodum cœpit, unde hæc illi obseruantia placuisset, quam à se sciebat non esse ei iniunctam. Cumq; iußisset eum loqui, & cur siluerit interrogaret, dicit ei Paulus: Tu pater dixisti mihi, ut irem & silerem. Et obstupefactus Antonius ita ab eo sermonem, quem ille negligenter protulerat obseruatum, omnes, inquit, nos ille condemnat. Cum enim nos de cœlo Dominum nobis non audiamus loquentem, ab isto qualiscunq; sit sermo, qui ex ore nostro ceciderit, obseruatur. Multa tamen & sanctus Antonius docere eum uolens de obedientia, præcipere ei solitus erat etiam, quæ ratio & causa non posceret, in quibus eius animus erga obedientiam probaretur.

Exemplũ obedientiæ.

Haurire nanq; aliquando eum aquam iußit ex puteo & terram tota die effundere, et contextas sportas resoluere, ac denuo texere et uestimentum dissuere, & iterum resuere, & rursus resoluere, & in plurimis huiusmodi exercitijs ab eo memoratur imbutus, ut in nullo prorsus, etiam

que

e contra rationem imperari uidebantur, disce- contradicere, & ita per hæc omnia informa- , tempore breui ad perfectionem uenit. Ex cuius mplo docebat beatus Antonius, quod si quis et ueelociter ad perfectionem uenire, non sibi- s magister fieret, ne proprijs uoluntatibus obe- 't, etiam si rectum uideretur esse quod uellet, secundum mandatum saluatoris obseruandum ut ante omnia unusquisq; abneget semetipsum, renunciet proprijs uoluntatibus, quia & ipse ator dixit, ego ueni non ut faciam uoluntatem m, sed eius qui misit me. Et utiq; uoluntas isti non erat contraria uoluntati Patris, sed ne uenerat obedientiam docere, inueniretur non liens, si propriam faceret uoluntatem, quanto is ergo nos non iudicabimur obedientes, si pro s faciamus uoluntates.

Deniq; supradictus Paulus exemplo nobis est obedientiæ & simplicitatis merito, intantum talium gratiarum columen ascendit ut multo es & potentiores uirtutes per ipsum, quam um Antonium Dominus fecerit. Ecce quoni- ro effluentia gratiarum ad eum multi ex om- s terræ partibus confluebant ut curarentur ab erens beatus Antonius ne molestia multitu-

dinis

dinis fugaretur, in interiori Eremo, quo accedi facile ab aliquo non possit, commanere eum fecit, ut uenientes magis ipse susciperet, Antonius. Si quos uero ipse non potuisset curare, hos ad Paulum tanquam prolixiorem sanitatum gratiam habentem mittebat, & ab illo curabantur.

Tantam autem simplicitatis fuisse apud eum fiduciam tradunt, ut quodam tempore cum quidam rabiem patiens in modum canis, laniaret omnem qui ausus fuisset ad se accedere, & perductus ad eum fuisset, instabat orationi, ut Dæmonem qui eum urgebat, fugaret. Et cum mora fieret nec celer sequeretur effectus, quasi infantum more indignatus dixisse fertur ad Dominum. Vere non manducabo hodie, si eum non curaueris. Et continuo quasi delitioso Domino satisfactum est à Deo, & statim curatus est rabidus.

Exemplũ quod Dominus faciat uoluntatem timentiũ se.

Finit uita beati Pauli simplicis.

VITA S. PELAGIAE.

Egregium exemplũ pœnitentiæ.



VOD factum est signum imò miraculum in diebus nostris, placuit mihi peccatori Iacobo Diacono, ut scriberem uobis spiritalibus fratribus, ut audientes

&

iuuamen maximum consequentes animæ ue-
æ, misericordem Dominum glorificetis, qui
llum hominem uult ullo modo perdere, sed om-
peccatores saluos facere. Nunc ergo silentium
e mihi, & intuemini cum omni affectu & sen-
uigilantißimo hæc quæ à me explanantur, totius
tim iuuaminis & compunctionis plena est ex-
itio.

ACRATISSIMVS EPISCOPVS
Antiochiæ ciuitatis, conuocauit ad se omnes
ae se consistentes Episcopos pro certa quadam
á, unde conuenerunt Episcopi numero octo,
r quos fuit & sanctißimus uir DEI, Nonnus Nonnus
copus meus, uir mirificus et efficacißimus Mo- episcopus.
us, de Monasterio quod dicitur Tabennensi-
m, propter incomparabilem enim eius uitam,
ecoratissimam conuersationem, raptus est de
asterio & Episcopus ordinatus. Congrega-
rgo in prædicta ciuitate, iußit nos Episcopus
s ciuitatis manere in Basilica beatißimi mar-
Iuliani. Ingreßisq; succeßimus, ubi & cæ-
qui conuenerunt Episcopi de cellulis suis, antè
m ipsius Basilicæ resederunt in cellulis suis:
Quibus

Quibus ſedentibus aliqui Epiſcopi dominum meum Nondum rogabant, ut aliquid ab ipſo docerentur. Statimq́; ex ore ſuo ſanctus Epiſcopus cœpit loqui, ad ædificationem & ſalutem omnium qui audiebant. Cunctis uero nobis admirantibus ſanctam doctrinam eius. Ecce ſubito tranſijt per nos prima mimarum Antiochiæ, ipſaq́; eſt prima Theorentriarum Panthomimarum ſedens ſuper Aſellum, & proceßit cum ſumma fantaſia adornata, ita ut nihil uideretur ſuper ea niſi aurum & margaritæ & lapides præcioſi, nuditas uero pedum eius ex auro & margaritis erat cooperata. Cum qua maxima erat pompa puerorum & puellarum, in ueſtibus præcioſis amicta, & torques aurea ſuper collum eius. Quidam præcedebant, alij uero ſequebantur eam, pulchritudinis autem decoris eius non erat ſocietas omnibus ſecularibus hominibus. Quæ tamen tranſiens per nos totum impleuit aërem ex odore muſco uel cæterorum ſuauißimorum odoramentorum flagrantia. Quam ut uiderunt Epiſcopi, ita nudo capite & omni membrorum compage, ſic inuerecunde tranſire eum tantis obſequijs, ut nec uelamen ſuper caput poſitum, nec ſuper ſcapulas, tacentes ingemuerunt, & quaſi à peccato grauißimo, auerterunt

facies

facies suas. Beatißimus autem Nonnus intentißime eam & diu respiciebat, ita ut postea quam transisset intueretur, & respiceret eam. Et postea auertit faciem suam, dicens ad circumsedentes Episcopos, uos non delectati estis tanta pulchritudine eius. Illis uero nihil respondentibus posuit faciem super genua, & mannale sanctum quod tenebat sanctis manibus suis, & sic omnem sinum suum repleuit lachrymis, & suspirans grauiter, dixit iterum ad Episcopos. Non delectati estis tanta pulchritudine eius? Illis uero nihil respondentibus, uere ait, ego ualde delectatus sum, & placuit mihi pulchritudo eius, quoniam istam habet Deus proponere & statuere in conspectu tremendæ & admirabilis sedis suæ, iudicaturos nos & Episcopatus nostros. Et iterum dixit ad Episcopos, Quid putatis dilectißimi, quantas horas fecit in cubiculo suo hæc mulier lauans & componens se cum omni solicitudine animi et intentione, ad spectaculum ornans se, ut corporali pulchritudini & ornatui nihil deesset, quatenus omnibus placeat, ne turpis uideatur esse suis amatoribus, qui hodie sunt & crastino non sunt? Ergo & nos habentes patrem in cœlis omnipotentem sponsum immortalem, donantem bene custodientibus promißiones

quæ habent diuitias cœlestes, & æterna præmia quæ æstimari non possunt, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis descenderunt, quæ parauit Deus diligentibus se. Quid enim plura loquor? Habentes repromißionem, faciem illam magnam & splendidam & inæstimabilem sponsi uultum uidere, cui Cherubim respicere non audent, non ornamus neq; detergimus sordes de miseris animabus nostris, sed dimittimus eas negligenter iacere.

His omnibus dictis, apprehendit me peccatorem Diaconum, peruenimusq; in hospitio ubi nobis fuerat cellula data. Et ingressus cubiculum suum iactauit se in pauimentum, & faciem suam ad terram, percutiensq; pectus suum lachrymabatur dicens. Domine Iesu Christe ignosce mihi peccatori & indigno, quia unius diei ornatus meritricis superauit ornatum animæ meæ. Quali uultu respiciam ad te, aut quibus sermonibus iustificer in conspectu tuo? Non enim occultabo cor meum ante te, quoniam prospicis secreta mea. Et uæ mihi peccatori & indigno, quoniam ante Altare tuum assisto, & non offero pulchram animam, qualem expetis à me. Illa enim promisit placere hominibus & fecit, & ego promisi tibi placere & mentitus

sum propter pigritiam meam. Nudus sum, tam in cœlo, quàm in terra, non adimplens præcepta mandatorum tuorum. Ergo non est mihi spes ex operibus bonis, sed spes mea in misericordia tua, qua confido saluari.

Non confidit operibus suis, sed misericordia DEI.

Hæc uero illo dicente, & horum plurimum ululante, eodem die uehementer festa celebrauimus. Superueniente autem die quæ est Dominica, postquam compleuimus nocturnas orationes, dicit ad me sanctus Nonnus Episcopus: Tibi dico frater Diacone, uidi somnium & fortiter conturbor, eo quod non possum discernere illud. Qui mox dicit ad me uidisse se in somnis, quomodo ad cornu Altaris staret nigra columba, multis sordibus inuoluta, quæ circumuolabat me, & fœtorem ac squalorem sordidum eius ferre non ualebam. Illa uero circunstetit me, donec demissa est oratio Cathecuminorum. Postquam uero proclamauit Diaconus cathecuminus, procedite, statim nusquam comparuit. Et post missam fidelem & completionem oblationis, cum dimissa esset Ecclesia, egrediente me limitem domus Dei, uenit denuo ipsa columba multis sordibus inuoluta, et iterum circumuolabat me. Ego uero extendens manũ apprehendi eam et iactaui in conchã, quæ erat in atrio sanctæ Ecclesiæ, &

Somnium Nonni de Pelagia conuertenda.

& dimisit in aqua omnes sordes suas quibus obuoluta erat, et ascendit de aqua candida sicut nix, quæ & uolans in excelsum ferebatur, & omnino ab oculis meis sublata est.

Cum ergo narrasset somnium sanctus DEI Nonnus Episcopus apprehendit me, & peruenimus ad maiorem Ecclesiam cum cæteris Episcopis, & salutauimus Episcopum ciuitatis. Et ingrediens, omnem populum Ecclesiæ hortatus est, qui ingreßi sederunt super thronos suos, & post omnem canonicam celebrationem uel lectionem sancti Euangelij, Idem Episcopus ciuitatis porrigens sanctum Euangelium beatißimo Nonno, hortabatur eum ut uerbum faceret ad populum. Qui aperiens os suum, loquebatur sapientiam Dei quæ habitabat in eo, quoniam nihil compositionis aut Philosophiæ, aut indiscretum alloquebatur, nihil in se habens humanæ naturæ superfluum, sed repletus Spiritu sancto, arguebat et commonebat plebem, sincerißimæ loquens de futuro iudicio, & de perpetuis bonis, quæ reposita sunt. Cuncta ergo plebs compuncta est ex uerbis, quibus locutus est per eum Spiritus sanctus, ita ut pauimentum sanctæ Ecclesiæ inundaret populi lachrymis.

Gubernatione uero misericordiæ diuinæ contigit, ut

tigit, ut conueniret ad eandem Ecclesiam & meretrix hæc de qua factus est nobis sermo, & quod mirum est cathecumina, cui nunquam accessit solicitudo peccatorum, nec aliquando ad Dei conuenisset Ecclesiam, subito compuncta est timore Domini. Cum argueret sanctus Nonnus populum, ita ut desperaret de seipsa mulier, plangens flumina lachrymarum fundebat, nec ullo modo à fletu continere se poterat. Et statim præcepit duobus pueris suis dicens. Sustinete in hoc loco, & dum egressus fuerit sanctus Nonnus Episcopus, sequimini eum & inquirite ubi maneat, & uenite, & renunciate mihi. Pueri uero fecerunt sicut præcepit eis domina sua, & sequentes nos, uenerunt in Basilicam beatissimi martiris Iuliani, ubi nobis hospitium seu cellula erat. Et regressi uenerunt dominæ suæ dicentes, quoniam in Basilica beatissimi martyris Iuliani manet. Quo illa audito, statim transmisit Dypticum tabularum per eosdem pueros ita continentem, Sancto discipulo Christi peccatrix & discipula Diaboli. Audiui de Deo tuo quod cœlos inclinauit & descendit super terram, non propter iustos sed ut peccatores saluaret, in tantum humiliatus ut publicanis appropinquauerit, et in quem Cherubin respicere non audent, cum

peccatoribus conuersus sit. Et tu Domine mi, qui multam sanctitatem habes, & si carnalibus oculis ipsum Dominum IESum CHRIstum, qui se illi mulieri meretrici Samaritanæ manifestauit apud puteum, non aspexisti, tamen uerus cultor illius es, sicut à Christianis audiui referentibus. Si uero illius Christi uerus es discipulus, non me respuas, per te desiderantem uidere saluatorem, ut per te merear uidere uultum sanctum suum.

Tunc rescripsit ei sanctus Nonnus Episcopus. Quæq; es, manifesta es Deo, & tu, & tractatus tuus & uoluntas tua. Attamen dico tibi, ne uelis tentare humilitatem meam, ego enim sum homo peccator seruus Dei. Si pro certe habes desiderium diuinitatis uirtutem adipiscendi & fidem, & me uis uidere, sunt mecum Episcopi alij, ueni & ante eos me uidebis, nam sola me uidere non poteris. Cum hæc relegisset meretrix, gaudio repleta cursu uenit ad Basilicam beati martyris Iuliani, & nunciauit nobis de præsentia sua. Quo audito, sanctus Nonnus Episcopus uocauit ad se omnes qui illic aderant Episcopos, et iussit eam accedere ad se. Quæ accedens, ubi congregati erant Episcopi, iactauit se in pauimentum, & apprehendit pedes beati Nonni Episcopi dicens.

Rogo

Rogo te Domine mi, imitare magistrum tu
ominum IESVM CHRISTVM, &
e super me tuam bonitatem, & fac me
ianum. Ego enim sum Domine mi pelagus
orum et abyssus iniquitatis. Peto me bapti-
Cum uix eam persuasisset sanctus Nonnus
pus surgere à pedibus suis, cum surrexisset
l eam: Canones sacerdotales continent, non
ri meretricem, nisi fide iussores præstiterit, ne
se iterum in ipsis malis reuoluat. Quæ au-
ilem Episcopi sententiam, iactauit se iterum
nentum, et apprehendit pedes sancti Non-
psos lachrymis suis lauit, & capillis suis
bat dicens. Rationem reddas Deo pro ani-
, & tibi ascribantur iniquitates factorum
, si distuleris me iniquam & turpissimam
re. Non inuenias portionem apud Deum
ctis, nisi nunc me feceris alienam malorum
meorum. Neges Deum, & Idola adores,
odie in sponsam Christi renasci feceris &
DEO.

Conon de meretricibus baptizandis.

unc omnes Episcopi & Clerici, qui con-
uidentes talem peccatricem pro deitatis
talia loquentem, admirantes dicebant,
se talem uidisse fidem & desiderium
ut huius meretricis.

Et statim transmiserunt me peccatorem Diaconum ad Episcopum ciuitatis, ut hæc omnia ei insinuarem, & unam de Diaconissis iuberet eius beatitudo transmittere mecum. Qui audiens lætatus est gaudio magno dicens: Bene pater honorabilis te expectabant opera ista, scio quod os meum eris. Et statim trasmisit mecum Donnam Romanam primam Diaconissarum. Quæ ueniens inuenit eam adhuc ad pedes sancti Noñi Episcopi, cui uix persuasit surgere, à pedibus suis dicens. Surge filia ut exorzizeris: Dixitq; ei. Confitere omnia peccata tua. Quæ respondit. Si perscrutata fuero scientiam cordis mei, non inuenio in me aliqua opera bonorum actuum. Peccata enim mea scio, quod harena maris grauiora sint, aqua enim perparua est præ mole peccatorum. Confido uero de Deo tuo, quod dimittat pondus iniquitatum mearum, & respiciat super me.

Tunc dixit ad eam sanctus Nonnus Episcopus. Dic quod sit nomen tuum? Quæ respondit, Naturali nomine, Pelagia uocata sum à parentibus meis, ciues uero Antiochiæ, margaritam me uocant, propter pondus ornamentorum, quibus me adornauerunt peccata mea. Ego enim eram ornamentum & comptum ergasterium Diaboli. Iterum dicit

it ad eam sanctus Nonnus Episcopus. Naturali
nine Pelagia uocaris. Quæ respondit. Ita do-
ie. Quo audito, sanctus Nonnus Episcopus
rzizauit eam & baptizauit, & imposuit
ignum domini, tradiditq; illi corpus CHRI-
I. Fuitq; illi mater spiritalis sancta Romana
na Diaconissarũ, quæ accipiens eam, ascendit
athecuminum, eo quod & nos ibi maneremus.
c dicit ad me sanctus Nonnus Episcopus. Tibi
frater Diacone, lætemur hodie cum Angelis
, & oleum & extra consuetudinem sumamus in
, & uinum cum læticia spiritali accipiamus
ter salutem huius puellæ.

Mos ueteris Ecclesiæ in conuersis.

Sumentibus uero nobis cibum, audiuntur uo-
ubito, uelut hominis, qui uiolentiam patitur,
olus enim clamauit dicens. Væ Væ quid pa-
i decrepito sene isto? Non tibi sufficiunt tri-
t milia Sarracenorum, quos mihi arripuisti
ptizasti, & obtulisti Deo tuo. Non tibi suffi-
t Heliopolis, quoniam cum et ipsa mea esset,
nes qui in ea habitant, me adorarent, tu mihi
uisti & obtulisti Deo tuo? Sed & nunc ma-
m spem meam abtulisti à me, iam nunc non
nachinationes tuas. O iam quid patior à dam-
i isto. Maledicta dies illa, in qua natus es tu,

V 5 flumina

flumina lachrymarum infirmo hospitio inundant, iam spes mea abstracta est. Ista omnia clamabat Diabolus, & lamentabatur ante ianuas, & audiebatur ipse ab omnibus hominibus. Et iterum repetens, ad Neophitam puellam dixit, hæc mihi facis domina mea Pelagia? Et tu mecum Iudam imitaris. Ille enim gloria & honore coronatus & Apostolus constitutus tradidit Dominum suum, ita & tu mihi fecisti. Tunc dicit ad eam sanctus Nonnus Episcopus. Signa te Cruce CHRisti, et abrenuncia ei. Quæ signauit se in nomine Christi, & insufflauit in Dæmonem, et statim nusquam comparuit. Post biduum autem dormiente ea cum sancta Romana commatre sua in cubiculo suo, apparuit Diabolus nocte, & suscitauit ancillam Dei Pelagiam & dicebat, Rogo te domina mea Margarita, Nunquid non ex auro & argento didata es. Nunquid non ex auro & gemmis preciosis adornata es?

Rogo te, quid te contristaui? Responde mihi ut satisfaciam tibi, tantum ne facias opprobrium Christianorum. Tunc ancilla Dei Pelagia signauit se, & exsufflauit in Dæmonem dicens. Deus meus qui cripuit me de medio dentium tuorum, & induxit me in cœlestem thalamum suum, ipse tibi resistet pro me. Et statim nusquam comparuit

Diabolus

bolus. Tertia uero die posteaquam baptisata
ancta Pelagia, rogauit puerum suum qui præ
rebus eius omnibus, & dicit ad eum. Vade in
arium meum, et scribe omnia quæ sunt tam in
quam in argento, uel in ornamentis aut uesti
ræciosis, & affer mihi. Puer fecit sicut præ
domina sua, & omnem substantiam suam
lit. Quæ statim uocauit sanctum Nonnum
opum, per sanctam Romanam commatrem
, & omnem substantiam suam posuit in
bus eius dicens: Hæ sunt domine
iæ quibus ditauit me Satanas, has trado in
rio sanctitatis tuæ, & quod nosti expedire
s ex eis, mihi etiam optandæ sunt diuitiæ Do
mei Iesu Christi. Qui statim uocauit custo
Ecclesiæ seniorem, & ipsa præsente, omnem
antiam eius in manibus illius tradidit dicens.
ro te per inseparabilem Trinitatem, ne quid
in Episcopatum aut in Ecclesiam ingrediat
ed magis uiduis & orphanis & pauperibus
tur, ut quod male attractum est, bene distri
ır, & diuitiæ peccatricis fiant thesauri iusti
Si uero spreto Sacramento, siue per te,
per quemlibet alium subtraxeris de his
suam Anathema ingrediatur domum eius,
&

& cum illis habeat patrem, qui dixerunt crucifigatur, crucifigatur. Illa uero conuocauit omnes pueros & puellas suas, & liberauit omnes, donauitq; tortos aureos eis de manu sua dicens, Festinate & liberate uos de hoc seculo nequam, pleno peccatis, ut sicut fuimus in hoc seculo simul, ita simul permaneamus sine dolore in illa uita, quæ est beatißima.

Octaua uero die, quando habebat depositionem albarum facere, surgens nocte nobis ignorantibus deposuit uestem baptismatis sui, & induit se tunicam tricinam, id est, cilicinam, & birram, sancti Nonni Episcopi, & ex illa die nusquam comparuit in ciuitate Antiochia. Quam sancta Romana flebat amarißime, & sanctus Nonnus consolabatur eam dicens. Noli flere filia, sed lætare gaudio magno, quoniam Pelagia optimam portionem elegit, sicut Maria, quam Dominus prefert Marthæ in Euangelio. Illa autem abijt Ierosolimam, & construxit sibi cellulam in monte oliueti, ubi Dominus orauit. Post aliquantum uero temporis, conuocauit Episcopus ciuitatis omnes Episcopos ut unusquisq; reuerteretur ad propria. Post triennium aut quadriennium temporis, desideraui ego Iacobus Diaconus proficisci Ierosoli-

Baptisati utebantur alba ueste per octo dies.

ſolimam, ut ibi adorarem reſurrectionem Do-
noſtri Ieſu Chriſti, et petij Epiſcopum meum,
e permitteret ire? Dum me permiſiſſet ire, di-
t me. Tibi dico frater Diacone, dum perue-
Ieroſolimam, require ibi quendam fratrem
gium Monachum & Eunuchum, qui multos
habitat ſolitudine clauſus, quaſi eum uiſi-
us, uere enim poteris ab eo iuuari. Hæc au-
nnia dicebat mihi de ancilla Dei Pelagia non
eſte. Perueni ergo Ieroſolimam, & adoraui
em reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti,
t die requiſiui ſeruum Dei. Et acceſsi et inue-
i in monte oliueti, ubi Dominus orauit, in
a cellula undiq; circunclauſa, & paruam fe-
ulam habuerat in pariete. Et percuſsi oſtio-
neſtellulæ, & ſtatim aperuit mihi, et cogno-
, ego uero non cognoui eam. Quomodo
poteram cognoſcere illam, quam ante uide-
æſtimabili pulchritudine, iam facie marci-
ictam, præ nimia abſtinentia. Oculi uero ei-
t foſſæ uidebantur. Quæ dicit ad me, Vnde
frater? Ego reſpondi et dixi. Miſſus ſum ad
ente Nonno Epiſcopo. Quæ ait ad me:
ro me, quoniam uere ſanctus Dei eſt. Et
clauſit oſtiolum feneſtellulæ, & cœpit pſal-
lere ho-

lere horam tertiam. Ego uero oraui iuxta parietem cellulæ eius, & recessi multum iuuatus de Angelica uisione eius. Reuersus autem Ierosolimam, cœpi per Monasteria ambulando uisitare fratres. Magna uero ferebatur fama per Monasteria de domino Pelagio, propterea deliberaui etiam iterato ad eum redire, & salutaribus doctrinis eius refici. Cumq; ad cellulam suam peruenissem, & pulsare imò nominatim eum interpellarem præsumerem, nihil respondit. Expectaui secunda die & tertia perseuerans, & proprio nomine Pelagium interpellans, neminem audiui. Quare intra me dixi. Aut nemo est hic, aut recessit, qui erat hic Monachus. Nutu uero DEI monitus iterum dixi. Considerem ne ostiolum fenestellulæ. Et prospexi & uidi eum mortuum, & clausi fenestiolum, & de luto replens diligenter, cursu ueni Ierosolimam & nunciaui commanentibus, quod sanctus Pelagius Monachus, mirabilia faciens, requieuisset. Tunc sancti patres uenerunt cum diuersis monasterijs Monachorum, & sic solutum est ostiolum cellulæ, & delatum est foras sanctum corpusculum eius, quod auro & lapidibus preciosis condigne posuerunt. Et dum sancti patres ungerent corpus Myrra,

tunc

cognouerunt quod fuisse mulier. Qui uo-
s miraculum abscondere, sed populum ipsum
e non poterat, exclamauerunt uoce magna
ites. Gloria tibi Domine IESu CHRiste, qui
as diuitias absconsas habes super terram, non
a uiriles, sed etiam muliebres. Diuulgatum
item omni populo, & uenerunt omnia Mo-
ria uirginum tam de Hierico quam ex Ior-
ubi Dominus baptizatus est, cum cereis lam-
us & Hymnis, & sic deposita sunt sancta
iæ eius, & portatæ á sanctis patribus. Hæc
meretricis, hæc conuersio desperatæ cum
a & Dominus nos faciat inuenire miseri-
ordiam in die iudicij, quoniam ipsi est
honor & gloria, potestas &
imperium, in secula se-
culorum Amen.

FINIT VITA SANCTÆ
PELAGIÆ.



VITA SANCTAE EVGENIAE.

IN



N SEPTIMO CONsolatu suo Comodus Imperator direxit illustrißimũ uirum Philippum ad Aegyptum, ut præfecturam ageret Alexandriæ, & omnes potestates, quæ per totam Aegyptum administrantur eius arbitrio deseruirent. Hic itaq; cum uxore Claudia, cum duobus filijs Auito & Sergio, & cum filia Eugenia, ab urbe Romana ad urbem Alexandriam dum uenissent, & Romana grauitate ageret præfecturam atq; omnem prouinciam Aegypti Romanis legibus ordinaret, cunctis quidem Magicam curiositatem sectantibus, finem imposuit, Iudæos uero nec nuncupationem nominis habere permisit, Christianos autem procul ab Alexandria tantum debere esse constituit. Ipse uero plus licet Philosophorum amicus quam fautor Idolorum, Romanis tamen superstitionibus, ac si religiosus cultor instabat, non rationi, sed traditioni concordans. Eugeniam igitur filiam suam dum literis liberalibus perfectißime docuisset, & tam Latino eam quam Græco eloquio instruxisset, etiam Philosophiam docere permisit. Erat enim acris ingenij, & tam memoriæ

Quo tempore uixerit Eugenia.

riæ capax, ut quicquid audiendo semel uel le-
do potuisset arripere, perpetuo retineret.
Erat ergo Eugenia pulchra facie, & eleganti
ore, sed pulchrior mente & formosior casti-
Igitur cum quinto decimo ætatis anno ab
ilio, Aquilini consulis filio peteretur sponsa,
rogatur à patre, utrum petenti iuueni illu-
mis orto natalibus consentiret. Illa respon-
aritus moribus non natalibus eligendus est,
im, non parentibus eius utendum est. Igitur
lijs atq; alijs poscentibus, animo castitatis
ret, peruenit ad manus eius beatissimi Pauli
oli doctrina. Et licet sub paganissimis pa-
is ageret, esse tamen cœpit animo Christi-
t quoniam iussi fuerant Christiani ab Ale-
a urbe discedere, rogat parentes, ut spe-
gratia permitteretur prædia sua in subur-
xandriæ posita circuire. Cunq; statim ut
erat impetrasset, & ab urbe properaret
m, audit Christianos psallentes atq; dicen-
Omnes dij gentium Dæmonia, Deus autem
cœlos fecit. Hæc ita audiens, suspirauit &
r dicit ad Eunuchos pueros, nomine Pro-
Iacinctum.
cio uos mecum literis eruditos, & digni

Nō natales spectandi sed mores in coniuge.

X simul

ſimul & indigna hominum legimus geſta, Philoſophorũ quoq; Syllogiſmos, uano labore conſtructos ſtudio ſcrupuloſiſsimo tranſegimus, Ariſtotelica argumenta et Platonis ideas, et Epicuri ſectas et Socratis monita, & Stoicorum, & ut breuiter cũcta complectar, quicquid cantat Poeta, quicquid Orator inuenit, quicquid Philoſophus cogitat, una hac ſententia excluduntur, qua tripudiantes Chriſtianos audiuimus, Omnes dij gentium Dæmonia, Deus autem noſter cœlos fecit. Confeßio & pulchritudo in conſpectu eius, ſanctitas & magnificentia in maieſtate eius: Igitur iubet conferre ſermonem, & Apoſtolus legitur & Propheta laudatur, fit concordia fidei, & qua arte & penetralia ſapientiæ diuinæ abſq; ſui ſeparatione perueniant, conſilio ardenti diffinitur. Dominam me inquit uobis uſurpata poteſtas attribuit, ſed ſororem ſapientia fecit. Scimus ergo fratres ſicut diuina ſapientia ordinauit, non ſicut ſe iactat humana temeritas. Pergamus pariter ad Chriſtianos & ſicut ordinauero, properemus. Elenum audio dici Epiſcopum, cuius eſt habitatio illa, in qua die noctuq; audiuntur DEO ſuo cantare, quos etiam nos quotiens tranſimus pſallentes audimus.

Elenus Epiſcopus Heliopolitanus.

Sed hic Epiſcopus uarijs dicitur Eccleſiæ ſuæ occupationibus detineri. His autem qui in diuinis lau-

dibus

s uacant, Theodorum quendam presbyterum
:ituit, cuius tanta miracula narrantur, ut eti-
cecos suis orationibus illuminet, & Dæmones
iat, & infirmantibus afferat sanitatem, sane
uersorium huius congregationis in quo Deo
ir, nullam patitur uenire fœminarum. Hoc
onsiderans tondere me arbitror, ut crastina
na profectio ordinata, per ipsos nobis tran-
præbeat. Vobis itaq; duobus iuxta baster-
nbulantibus, & cæteris præsidentibus ad
deponar à nobis, & uacua pertransiens ba-
tos tres herili habitu simul ad Dei homines
emus.

Theodorus Presbyter.

acuit utriusq; consilium, & frequenti no-
ordinauerat, adimpletur. Tantam autem
ibus sibi CHRISTVS gratiam exhibere
s est, ut eadem hora, qua ad Monasterium
runt sanctus Helenus superueniret Episco
uia mos est apud Aegyptum, quando cir-
Monasteria Episcopi, psallentium eos se-
xercitus, superuenit idem Helenus Helio-
iscopus, & cum eo amplius quam decem
orum psallentium, & dicenttum: Via
recta facta est, & iter sanctorum præpa-
. Audiens hæc Eugenia, dixit ad socios:

 Considerate

Considerate uim carminum, & uidetis ad nos respicere, quicquid modulatis uocibus psallunt. Deniq; cum de Deo uero noster tractatus in dispositione mutui sermonis haberetur audiuimus hoc cantare. Quoniam omnes dij gentium Dæmonia, Deus autem noster, coelos fecit. Et ecce nunc arripientibus nobis iter, quo recedere cupimus à culturis Idolorum, & ad Christianam culturam perueniamus gratiam promereri, ecce milia hominum nobis occurrunt, una uoce clamantium & dicentium: Vita iustorum recta facta est, & iter sanctorum preparatum. Intelligamus ergo quo pergat hic populus, & si ad hoc habitaculum uadunt, quo nos ire disposuimus, iungamur canentibus turbis et aduenientibus computati ingrediamur ut socij, quousq; noticias colligamus.

Igitur cum se iunxissent psallentibus, inquirunt quis esset senior, qui solus uehiculo aselli uteretur in medio populi sequentis & præcedentis, audiunt quod hic esset Helenus Episcopus, ab infantia Christianus, qui dum infantulus in Monasterio cresceret, tantæ sanctitatis uirtutibus augebatur, ut si quando missus fuisset ignem è uicino petere, ardentes prunas uestimento deferret illæso. Deniq; ante, inquit, paucos dies, uenit quidam

Magus

igus qui uerborum argumentis populum DEI
iabatur euertere dicens, falsum istum esse Epis-
ium, se missum esse à CHRIsto ad docendum,
autem erat uersutißimus, & de scripturis di-
is populum seducebat. Deniq; omnis turba
istianorum accesßit ad hunc quem uidetis pa-
t nostrum, & dicit ei, Audiuimus Zaream
l ipse sit missus à Christo, constitue diem, in
eum ut recipias tibi socium, aut si potes con-
is falsa dicentem.

gitur constituitur dies & locus in medio Eli-
s ciuitate, uenit Zareas Magus cum artibus
ienit & Helenus Episcopus cum orationibus
unq; populum salutasset, ait, Nunc proba-
piritus qui sunt à Deo. Et conuersus ad Za-
cœpit uerborum ingens habere luctamen, sed
ersutus erat nimis. & concludere eum ser-
i ratione non potuit, respicimus populum
laedi, quod Zareas superior abscederet in
modicum silentium postulauit, & ait ad
n, Pauli Apostoli in hac parte monita om-
ienda sunt, dicit enim Timotheo discipulo
li uerbis contendere, ad nihilum enim utile
id subuersionem audientium, sed ne hoc
ium non quasi cauti, sed quasi timidi pro-

 feramus

steramus, accendatur ignis in media ciuitate, & ingrediamur pariter flammas, & qui iustus non fuerit, credamus quod hunc misit CHRistus. Tunc omnibus sententia placuit, statim deniq; ignis copiosius accensus est. Tunc beatus Elenus iubet Zaream introire flammas: Cui Zareas inquit, Ingredere tu primus, qui hoc proposuisti. Consignans se igitur beatissimus pater Elenus expansis manibus ingentes flammas intrat, & stans illic dimidia fere hora, neq; capillis neq; uestimentis, ex aliqua parte uiolatis, ut Zareas quoq; introiret similiter imperabat. Sed Zareas reluctare cœpit & fugere. At ubi inuitum illum populus in ignibus tradidit, statim eum circundans flamma cœpit exurere. Et immittens se beatus Elenus, licet semiustum uiuum tamen eripuit, quem cum dedecore eliminauit populus, de finibus regionis huius. Hunc autem sicut uidetis quotidie, quocunq; perrexerit, DEI laudibus comitatur.

Audiens hæc beata Eugenia ingemuit, & procidit ad pedes eius qui sibi retulerat ista et ait: Obsecro te, ut me illi una cum istis duobus fratribus meis insinues, ex Idolis enim conuerti uolumus ad CHRistum. Et quia simul hoc diffiniuimus & fratres sumus, etiam hoc ab eodem impetrare

uolumus

imus, ut nunquam nos patiatur ab inuicem se-
ari. Et ille nunc inquit, silete quousq; ingressus
iasterium ad quod pergit paululum requies-
et cum oportunum fuerit, intimabo illi omnia
idum uerbum tuum. Interea dum appropin-
set monasterio, ad quod pergebat, ecce & illi
liuntur obuiam patri, hymnum Domino di-
s. Suscepimus Deus misericordiam tuam, in
templi tui. Egredientibus Episcopo & po-
etiam intrat Eugenia cum Iacincto & Pro-
mitibus suis, tamen ei nota, cum quo sermo-
abuerat. Perfectis igitur matutinis laudi-
aululum requieuit Episcopus, & iußit sibi
tam præparari, ut diuina mysteria celebra-
dum sextam cœpisset, nonam ad refecti-
eiunantium oportune præueniret.
equiescens autem Episcopus somnium uidit,
ad simulachrum fœminæ ducebatur, ut illi
aret. Tunc dixi, inquit, in somnio, his qui Heleni
ebant, permittite me, ut loquar cum dea somnium.
Et cum me permißissent loqui, dixi ei: Co-
te creaturam Dei esse & descende, & noli
ittere adorari. At illa his auditis descendit
ta est me dicens: Non te deseram, quousq;
tori meo restituas, & conditori.

Igitur cum ista in animo Episcopi uoluerentur, accessit ad eum Eutropius, cum quo fuerat locuta Eugenia, & dixit ei. Tres pueri fratres unanimiter culturam simulachrorum relinquentes, Christo seruientium numero in isto Monasterio se sociari desiderantes, & hodie uestigia tua prosequentes, huc ingressi sunt, poscentesq; me cum lachrymis postulauerunt, ut mereantur noticiæ tuæ beatitudinis reuelari. Tunc beatus Elenus dixit Gratias tibi Iesu bone refero, qui ad me peruenire fecisti huius rei noticiam. Tunc conuocari ad se præcepit pueros, & apprehendens manum Eugeniæ fudit orationem. Quam cum complesset, tulit sequestratim eos & gratissimo uultu quid nam dicerent, interrogat, uel cuius nationis essent credidit inquirendum. Ad hæc Eugenia respondit, ciues inquit Romani sumus, unus ex his duobus fratribus meis Prothus dicitur, alius Iacinctus. Ego uero Eugenius nuncupor. Cui beatus Elenus dixit. Recte te Eugenium uocas, uiriliter enim agis & confortetur cor tuum, pro fide Christi. Ergo recte uocaris Eugenius, Nam & hoc scias, quia spiritu sancto nos, & te Eugeniam corpore ante præuidimus, & qualiter huc ueneris, & quod isti tui sint, nō me passus est præterire, Sed hoc mihi Dominus

reuelare

relare dignatus est, quod gratißimum ei habita-
ũ in corpore tuo præparasti, custodiendo uir-
initatis præmium, & præsentis temporis blan-
menta fallacia respuendo. Scito autem te pro ca-
ate multa passuram, sed non te deserit ille, cui
x integro tradidisti. Ad Prothum autem &
inctum conuersus est. In corpore seruitutis
iti, ingenuam dignitatem animi, tenuistis for-
r & tenetis. Vnde uobis me tacente Christus
ninus loquitur dicens. Amen amen dico uobis,
non dicam uos seruos, sed amicos. Vnde &
beatos annuncio, quia concordastis Spiritui
to, quia unanimiter consensistis monitis saluta
s, simul ad gloriam peruenientes percepturi.
: beatus Elenus nullo alio teste, præter Deum,
utus est in medio & iußit eam sic in uirili ha-
permanere, & non eum deseruerunt quousque
ismatis sanctificatione instructi, monasterio
uod festinauerant, sociarentur.

Redeamus autem ad illud tempus, quo Pro-
& Iacinctus auferentes Eugeniam abierunt.
erna igitur, iumentis ambulantibus & pueris
ræibant, uacua peruenit ad matrem. Vi-
:s autem eminus properãtes pueros et Baster
uenientem, occurrunt cum gaudio uniuersi,

& inuenientes uectorium uacuum, omnes simul mugitum reddiderunt, fit quoq; repente totius ciuitatis strepitus. Quis enim audire poterat, præfectum filiam carißimam perdidisse? Erat itaq; planctus inestimabilis, fletus immensus, lugebant uniuersi confusi, parentes filiam, sororem fratres, serui dominam, & tenebat uniuersos mœror & infinita animi tribulatio. Fitq; per totam prouinciam inquisitio, interrogantur aruspices, inquiruntur Phytones, sacrificijs quoq; & sceleratis superstitionibus Dæmonia interrogantur, ut quo uenisset Eugenia indicarent. Hoc solum omnes dicebant, quod eam dij cœlo rapuissent. Credidit factum pater, & fletum ad consolationem reuocans, dat festa responsis, & deorum illam numero consecrans, ex auro puro, eius fecit fieri simulachrum. Quod ita cœpit excoli, ut non minorem honorem quam dijs suis exhiberent.

Aruspicũ responsa de Eugenia.

Mater tamen eius Claudia, & fratres Auitus & Sergius, nulla poterant uocatione consolationẽ accipere, sed erant intollerabiliter lugentes eam. Beata autẽ Eugenia uirili habitu et animo, in prædicto uirorum Monasterio permanebat, atq; ita in diuinis eruditionibus profecit, ut intra secundam annum omnes scripturas dominicas memoria

Eugeniæ mores in Monasterio.

retine-

teret. Tanta in ea erat animi tranquillitas, ut
n illam omnes dicerent ex numero esse Ange-
m. Quis enim deprehenderet quod esset fœ-
, quam uirtus Christi & uirginitas immacu-
protegebat, ut mirabilis esset & uiris? Sermo
eius erat humilis in caritate, clarus in medi-
tate, uitijs carens & facundiam fugiens, om-
n humilitate superabat. Nullus illa ad oratio-
inueniebatur anterior, efficiebatur autem
ibus omnia, tristem consolabatur, læto con-
lebat, irascentem uno sermone suo mitigabat,
rbientem ita suo ædificabat exemplo, ut ouem
o è Lupo factam se credere delectaretur.
tam à Deo est gratiam consecuta, ut quem-
in dolore positum uisitasset, statim omnis
r recederet, & omnes salubritas adueniret.
ites autem eius Iacinctus & Prothus comita-
ur eam, & erant in omnibus obtemperantes

Tertio igitur anno conuersionis eius, Abbas
ræerat fratribus in Monasterio, migrauit ad
inum. Post cuius abscessum omnibus uisum
ut sibi beatam Eugeniam eligerent Abba-
Tunc beata Eugenia metuens se fœminam
a regulam uiris proponi. Item timens ne om-
nanimiter deprecantes sperneret, ait ad eos.
Obsecro

Christus in omnibus auscultandus.

„ Obsecro uos, ut Euangelium in præsenti adhibeatis. Quod cum fuisset allatum dixit. Quotienscunq; Christianis aliquid eligendum est, Christus est ante omnia auscultandus. Videamus ergo in hac electione uestra quid ipse præcipiat, ut & uestris iußis & ipsius monitis intendamus. Et reuoluens codicem, uenit ad locum & cœpit legere dicens. Dixit autem Iesus discipulis suis. Scitis quia principes gentium, maiores sunt his quibus dominantur, & principatum eorum gerunt. Apud uos autem non est sic, sed si quis in uobis uult primus esse, sit uester ultimus, & si quis inter uos uoluerit esse dominus, sit uester seruus. Et his dictis adiecit: Ecce, inquit, & uestris iußis obtemperans, decreui primatum suscipere, & Domini iußionibus obedire, ultimum me uestræ caritati constituo. Exhilaratur omnium causa consensu eius, ipsa tamen ante omnes opus Monasterij, quod infirma solebat exercere persona suscepit, in omnibus aquam portare, ligna concidere, mundicias adhibere. In eo deniq; loco habitaculum sibi elegit, ubi hostiarius Monasterij manebat, ne uel ipso se superiorem ostenderet. Sane refectionem fratrum solicite curabat, & psallendo DEO ordinem fortiter custodiebat, & tertiam, sextam, nonam, uesper-

tinis

is uel nocturnis, atq; matutinis horis, tam cau-
ime insistebat, ut uideretur iam perisse DEO,
orarum uel quippiam spatij, absq; diuinis laudi
aliqua præterissent: Ita deniq; in hoc opere es-
Deo carior cœpit, ut Dæmones ex obsessis cor-
ibus pelleret, & cæcorum oculos aperiret, Sed
i multa singulatim narrare intendo, per or-
m, quantum permittit breuitas accedamus.

Matrona quædam Alexandrina cæteris ma-
is præstantior, nomine Melancia, audiens opi-
em eius, uenit ad eam, quia quartano typo-
ssime & iam per annum, & eo amplius ue-
itur, quam cum beata Eugenia oleo perunxis-
& omnem continuo uiolentiam fellis euomuit,
inissima reddita pedibus ad suum diuersorium
erauit, quod in uicino Monasterij possidebat.
inat interea munera Ciphos argenteos tres,
et solitis & hos salutationis suæ gratia, mit-
l beatam Eugeniam, Cui gratanter remittens
miserat, ait, abundamus & superabundamus
bus bonis. Vnde te parens carissima Melan-
ut ista egentibus magis ac necessitatem pati-
us diuidas, hortor & moneo. Audiens Me-
i contristata est, & ueniens cœpit rogare &
ora promittere. Fit assidua circa beatam Eu-

Miracula Eugeniæ.

geniam

geniam, et in nullo deprehendens quod esset fœminæ elegantia decipitur iuuentutis. Videns eam iuuenem per ueritatem putabat esse terrenum, se autem non sanctitate eius, sed aliqua arte existimans fuisse saluatam. In concupiscentia eius elabitur, & putans amplioris pecuniæ cupidiorem, cœpit infinita offerre & ampliora promittere.

Cumq; sæpius eadem precaretur, & grato animo oblata sibi ab Eugenia cerneret reddi, declinat ad maiorem interitum, ægritudinem simulans.

Quam cū beata Eugenia rogata uisitaret, sedenti ante lectum sanctæ Eugeniæ talia cœpit producere. Intolerabilis circa te amor pectus meum exagitat, nec ullum remedium fatigatione meæ reperiri nunc potui, nisi ut te omnium rerum mearum Dominum instituam. Quid te ipsum uanis & inanibus abstinentijs crucias? Ecce possessionum locupletatio infinita, & ecce auri pondus immensum, & argenti ministerium copiosum, & familiæ infinitus est numerus, dignitas generositatis est mihi, hoc anno absq; filijs uiduata sum, succede pro eodem in facultatibus meis, & non solum rerum mearum, sed meus esto iam Dominus. Cumq; hæc & his similia loqueretur, dixit ad eam Eugenia. Recte nomen tuum nigredinis testatur perfidiam

am, magnum enim te Diabolo habitaculum præ
rasti, discede à seruis DEI deceptrix, & illece-
osa Melancia, nos enim aliter militamus, Ha-
unt opes tuæ, tui similis dominos, nos delectat
ndicare cum Christo. Affatim diues est, qui cum
risto pauper est. Fugiant à te imagines concu-
:entiæ, non est enim salutis tua, ista quæ te in-
it insania, Draconis habitaculum facta, uene-
ı effundis, sed nos Christi inuocato nomine ue-
orum tuorum uirus euadimus, & misericor-
n Domini inuenimus.

Tunc illa deceptionis suæ pudorem non ferens,
ans se detegi, nisi prior ipsa detegeret, reuer-
lexandriam, adire præfectum statuit, hoc or-
dicens. Scelestum iuuenem simulantem Chri-
am religionem incurri, & ad me arte dum
ndi gratia, quæ dicitur posse infirmantibus
esse, uenire permitterem, unam me ex illis
ıans, de quarum pudore bachatur, ausus est
denter alloqui, & uerbis procatibus ad cri-
ortari, & nisi dedissem uocem in præsenti
æ meæ, fuissem liberata solatio, more barba-
uæ me libidini captiuasset. Audiens hæc Præ-
s nimio furore inflammabatur, et iubet ad lo-
onasterij destinari, qui eum uinctum ferro
mnibus commorantibus deponerent.

Depo-

Deponuntur itaq; omnes in uinculis, & quia unius carceris eos non ferebat locus, per diuersas custodias diuiduntur. Post hæc statuitur dies funeris, in quo alij ad bestias, alij uero ad ignes, alij ad diuersa supplicia damnarentur. Fit rumor immensus, impudens quoq; fama cunctam Aegypti peragrat prouinciam. Omnes credunt, omnes condemnant, & omnibus uerisimile uidetur, Melanciam illustrem fœminam mentiri non posse. Quid multa? Venit dies funerum constituta, & in qua uniuersæ ciuitates, in uicino positæ conueniunt, ut uiderent ferarum tradi morsibus, corruptores introducuntur in cathenis, & collaribus ferreis cum beata Eugenia, & nullo agnoscente quod esset fœmina, clamor populi diuersis sententijs ingruebat. Cum iuberetur adduci propinquius, ut non per inter nuncios eam perfectus audiret, sed ex ore eius addisceret ueritatem. Aptantur aculei, & uerbera, flammæ, tortores, & cætera quæ solent abscondita cordis exculpere, præparantur.

Tunc Præfectus Philippus dixit, dic sceleratissime Christianorum, hoc uobis CHRistus uester tradidit in mandatis, ut operam corruptionibus detis, & pudorem atq; uerecundiam matronalem fraudulenta astutia capietis? Dic nunc furcifer, quis

te temeritas coegit, ut illustrem fœminam
lanciam appellares, & ingressus sub specie
lici, castitatem generosissimam ad Lupanariã
miniam prouocares? Audiens hæc beata Eu-
a, capite demisso ne posset agnisci, taliter de-
ræfecto responsum. Dominus meus IESVS
tus, cui ego seruio, castitatem docuit, &
ritatem custodientibus uitam promittit æter-
Hanc autem Melanciam falsam testem nunc
mus declarare, sed melius est, ut nos patia-
ala, quam illa, dum conuicta fuerit, aliquid
ur, ne & fructus patientiæ nostræ depereat,
nen, si per uictoriam principum testetur ue-
blimitas, quod non in eam ipsam retorquea-
entiam, & hæc fallax testis nihil patiatur
nunc probabimus crimen, quod nobis obij-
undare in eam. At ubi testatus est per prin-
salutem Præfectus, promittens ad omnia
bat effectum, dixit Eugenia,

Melancia nigredinis nomen, & tenebrosa
ia applicari fecisti aculeos, suspendi pre-
hristianos. Damna, percuti, incendi, bene
pis, non tamen tales habet famulos Chri-
les tu testaris. Tamen adduci precipe an-
quam testem nostri criminis esse dixisti, ut
ossit denudari mendacium. Cumq; appli-

cata fuisset in conspectu Iudicis, cœpit dicere. Istum iuuenem impudicissimum, frequenter quidem circa uiles personas deiectum in adulterijs ipsa impunitas ad hoc eum perduxit, ut etiam dominæ meæ, circa primam horam diei, cubiculum impudenter ingressus, primo quidem sermone, quasi pro salute eius ueniret, indicaret. Secundo pro sua concupiscentia, et tertio etiam ad uiolentiam si cursim ego egressa, familiam non uocassem, quæ hodie huius criminis testis est. Tunc præfectus ex familia adesse iubet aliquos, qui ita gestum esse suo testimonio confirmarent. Cumq; applicarentur singuli, ita esse ut illa dixerat testabantur. Tunc iudex uehementer commotus ait: Quid ad hæc infauste dicturus es, quem tortæ uincunt testes, tantaq; indicia manifestant.

Ad hæc beata Eugenia ait. Tempus loquendi est, quia tempus tacendi transijt. Optaueram qui-
„ dem crimen obiectum in futuro iudicio denudari,
„ & castitatem meam illi soli ostendere, cuius amore seruanda est. Tamen ne glorietur in seruos Christi fallax audacia, & paucis pandam uerbis ueritatem, non ad iactantiam humanæ declamationis, sed ad gloriam nominis Christi. Tanta enim est uirtus nominis eius, ut etiam fœminæ in timore

eius

eius positæ, uirilem obtineant dignitatem, & neq; ei sexus diuersitas fide potest inueniri superior, cum beatus Paulus Apostolus, magister omnium Christianorum dicat, quod apud Dominum non sit discretio masculi & fœminæ, omnes enim in Christo unum sumus. Huius ergo normam animo feruente suscepi, & ex confidentia, quam in Christo habui, nolui esse fœmina, sed uirginitatem immaculatam tota animi intentione conseruans, uirum gessi, constanter in Christo. Non enim inuitam honestatis simulationem assumpsi, ut uir fœminam simularem, sed fœmina uiriliter agendo, uirum gessi, uirginitatem quæ in CHRisto est, fortiter amplectendo. Et dicens scidit à capite tunicam, qua erat induta, & apparuit fœmina. Et statim ad præfectum ait. Tu mihi quidem secundum carnem pater Claudia mater est, & fratres hi duo qui tecum sedent Auitus & Sergius. Ego autem Eugenia filia tua, quæ pro amore Christi mundum omnem cum delitijs respui, tanquam stercus. Ecce Prothus & Iacinctus Eunuchi mei, cum quibus scholam Christi ingressa sum, Christus autem tam idoneus ibi extitit, ut uictricem libidinum omnis pollutionis me faceret, per misericordiam suam, cui credo usq; in finem, iugiter permansuram. Eugenia agnoscitur à parentibus.

Agnoscentes itaq; pater filiam, & sororem fratres, serui dominam, currunt statim ad eam, & effundentes lachrymas in conspectu populi, amplexibus eius incumbunt. Nunciatur factum Claudiæ matri, & statim cursu concito ad spectaculum uenit. Deferuntur uestimenta auro texa, & licet inuita induitur, atq; in excelso tribunali posita, in sublime attollitur, et ab omni populo clamatur, Vnus Christus, unus et uerus Deus Christianorum: Sane Sacerdotes & Episcopi qui cum multo populo Christiano in amphiteatro erant, ut dum fuissent interfecti hi qui accusabantur, ab eisdem sepelirentur, ingrediuntur, Deo hymnum dicentes, atq; omnes una uoce clamantes. Dextra Domini glorificata est in uirtute, dextera manus tua Domine confregit inimicos. Tollitur ergo in triumpho Eugenia, ne tanto gladio populi, eius defuisset probatio castitatis. Visus est ignis de cœlo descendens, qui ita circundedit domum Melanciæ, ut nec uestigium alicuius rei, quæ ad eam pertinebat remanserit. Fit gaudium populi, cum timore DEI, Ecclesia quæ iam quasi uiduata octauo anno clausa fuerat reseratur.

Reuocatur Christianorum populus, babtizatur Præfectus in fascibus constitutus, baptizantur filij

ieius, baptizatur mater eius Claudia. Restituit uigilia uera Christianis et mittit relationem ad erum Imperatorem de Christianis, et memorat s Reipub.Christianos prodesse, Ideo debere eos ; persecutione aliqua inurbibus habitare, Con- it relationibus Imperator, & fit tota Alexan- ciuitas, quasi una Ecclesia, Eratq; omnibus ci- ibus gaudium, & dignitas Christiani nominis scebat.

Tota Alexandria conuerti- tur ad Christum.

Sed quia semper sanctitatem æmulatio sequi- nimici, & contra bonitatem pugnat malicia lio diaboli, aliqui ex honoratis Alexandriæ res Idolorũ accipientes ægre, quod Christia- riuilegia tribuisset, uenientes ad Regẽ, dixe- tatum Reipublicæ conturbatum à Philippo, em nono anno in fascibus irreprehensibiliter istrauerit, nunc decimo anno perdidit om- Deniq; deorum immortalium deseruit cere- s, & omnem ciuitatem ad culturam cuius- ominis, quem Iudæi occiderunt, conuertit. t legibus uestris ulla reuerentia. Paßim ut uoluerit templa reuerenda ingreditur, colendi beneuolentiam prætendat, & non s esse quos colimus, sed ut dicat, infinitas mias saxa aut metalla potius quam diuini s signa, hæc & similia multa dicta sunt

Philippus accusatur coram Imperatoribus, propter Christi doctrinam.

Seueri & Antonij Imperatorũ decretũ aduersus Philippum Præfectum Alexãdriæ.

Seuero & Antonio Augustis. Qui commoti dixerunt ad eum huiuscemodi decreta. Diuus parens noster, Commodus quondam Augustus, non ut præfectum, sed ut regem te Alexandriæ ordinauit, atq; constituit, ut dum in uita maneres, successorem nullum susciperes. Vnde his beneficijs eius superaddere cupientes, statuimus ut dijs omnipotentibus, solitam culturam exhibeas, & deposita dignitate etiam proprijs facultatibus cedas.

Philippus ex Præfecto fit Episcopus Alexandriæ.

Accepta igitur hac Augusti auctoritate, simulat ægritudinem, quousq; uniuersa distraheret & donaret per omnem prouinciam Ecclesijs & pauperibus. Ipse autem Præfectus in timore DEI & in cultura Christi, etiam alios confortabat in CHRisto. Interea omnis Alexandria conspirat in Episcopatum eius, & cœpit eum Respublica habere Præfectum, quia successor ei nondum uenerat, & Ecclesia habere Episcopum, quia merito fidei sibi eum elegerat sacerdotem. Durauit autem in Episcopatu, unũ annum et mensibus tribus. Post hæc autem spacia temporum, ueniens Perennius Præfectus, dum Alexandriæ quæreret percutere eum, & non posset, quia omnis ciuitas in amore eius durabat, immisit ei qui se fingerent Christia-

-istianos, & ingredientes percusserunt eum in Philippus
-tione Dominica constitutum. Post traduntur occiditur
-ussores Præfecto Perennio. Ille autem con- dolo Pere
- iussionis suæ, & quasi audiendos custodiæ ennij præ-
-cipauit, post paucos autem dies Principum secti Ale-
-lgentia relaxatos dimisit. Beatissimus autem xandriæ.
-ippus, post percussuram tribus diebus, in cor-
esse permissus est, non ad aliud, nisi ad cor-
-bia confirmanda, nam ut migraret ad Domi-
- martyrij se noluit corona fraudari, & ipse
ut reciperet, orauit. Nam qui in corpore po-
Dæmonia fugabat, & illuminabat oratione
-s, quantomagis se noluisset palma priuari?
-at utiq; quod uolebat impetrare sine dubio.
-recepit ut particeps nominis Philippi, esset
-ceps & coronæ, & susciperent martyres col-
-, quem merito Ecclesia susceperat sacerdo-
Iuxta atria itaq; ibi, sancta Eugenia filia
-Ionasterium CHRISTI uirginibus colloca-
illic suum iussit collocari corpusculum.
-co beatissima Claudia xenodochium fabri-
& constituit prædia, quæ susceptionibus
-imantium deseruirent, ipse autem cum A-
-r Sergio filijs & cum beata Eugenia re-
est Romam.

Igitur filios Philippi cum omni gaudio senatus recepit Romanorum, & unum proconsulem Carthaginem, alium uicarium Africæ dirigunt. Ad beatam autem Eugeniam cum multæ matronæ conuenirent, & pene omnes uirgines quascunq; potuisset, notas aut amicas faceret, etiam Christo credere, & in uirginitate dominica permanere, qædam ex regio genere uirgo Basilla, cupiebat eam attingere. Sed quia causa nominis Christiani ad eam ire non poterat, rogabat per internuncium fidelem, ut eam de religione Christiana instrueret. Tunc beata Eugenia conuocat ad se beatissimos comites suos Prothum & Iacinctum & dicit eis: Accingimini militiæ ad quam uos conuocat Christus, quo uos Basillæ offeram sub specie muneris, ut uos eam Christo faciatis ancillam.

Fit itaq; huius muneris gratia, & suscipit Basilla quasi famulos, quæ nos quasi Apostolos honorabat. Vacabat autem cum eis omni hora, & quasi Eunuchos seruitio habens, non diebus, non noctibus à colloquijs DEI et orationibus cessabat. Igitur Cornelius, cum esset in urbe Roma, sacræ legis antistes, peruenit ad eam latenter, & baptizauit eam. Confirmata autem beata Basilla in timore Dei, procurante misericordia Christi pene

nibus noctibus mutuis se fruebantur aspectibus,
a et beata Eugenia. Omnibus itaq; uiduis Chri-
nis conuentus erat ad beatam Claudiam, &
nibus uirginibus conuentus erat ad beatam Eu-
iam. Sanctus autem Cornelius Papa urbis Ro-
, omni uespere Sabbati, quæ luceßit in Domi-
die, dabat eis noctem Hymnis peruigilem
pullorum canoribus noctis quiete agebat eius
osancta mysteria, & ita confirmabat eas Sab-
. Eugenia autem & Basilla ut memoraui,
ibus se pene noctibus fruebantur in CHRisto
ilterno se eloquio renouabant. O quantas per
eniam uirgines saluator inuenit, quantas etiam
Basillam Christus sponsas obtinuit, quantæ
Claudiam uiduitatem prompta uoluntate ser-
nt, quanti iuuenes Prothum & Iacinctum
sto Domino crediderunt.

Valeriano itaq; & Galieno imperantibus
seditio de Christianis est, eo quod Cyprianus
haginem euerteret, & Cornelius Romam.
t est ergo autoritas ad paternum proconsulē
yprianum occideret. Cornelius autem quia à
is Romanis etiam illustribus fouebatur, erat in
is. Tunc beata Eugenia uidens Basillam, ait.
latum est mihi à Domino, quod pro uirgini-
passura sis. Et Basilla ad Eugeniam respondit.

Cyprianu accusatu quod Car thaginem Carneliu Romam euerte- rent.

Et mihi inquit dignatus est Dominus *demonstrare quod martyrij coronam duplicem cupias, unam quam apud* Alexandriam *pro iustis laboribus acquisisti, & aliam quam in effusione tui sanguinis consecutura es.*

Tunc beata Eugenia *expandens manus suas dixit.* Domine Iesu *altißimi fili, qui ad salutem nostram uenisti, per uirginitatem matris tuæ, per uirginitatis premium, omnes quas mihi credidisti, perduc ad regnum gloriæ tuæ.* Residentibus autem *sanctis uirginibus* Christi, *quæ erant cum* Eugenia *&* Basilla, *dixit omnibus beata* Eugenia. *Ecce uindemiæ tempus est, quo succiduntur botri & pedibus conculcantur, sed post hæc regalibus conuiuijs apponuntur. Absq; eorum sanguine, nulla potestas imperij, nulla illustris dignitas decoratur, & uos palmites mei, et meorum uiscerum botri, estote paratæ in* Domino, *uirginitas enim est primæ uirtutis indicium,* Deo *proximum, similis* Angelis, *parens uitæ, amica sanctitatis, uia securitatis, domina gaudij, dux uirtutis, fomentum & corona fidei, adminiculum & subsidium caritatis. Nihil ita nobis laborandum, nihil ita est enitendum, nisi cũ uirginitate uiuamus, aut quod est gloriosius pro uirginitate etiã moriamur. Quæ sunt huius se-*

culi

li blandimenta fallacißima, & cum gaudio temo
rali ueniunt, et cum perpetuo dolore discedunt,
ciunt momentaneum risum, ut æternum fletum
fligant, tribuunt fugitiuos flores, ut marcidio
s perseuerantes aduectent, mentiuntur securi
tem transeuntis temporis, ut perpetui seculi cru
tibus tradant.

Ideoq; carißimæ uirgines, quæ mecum in ago
uirginitatis nunc usq; accurristis, permanete in
ore Domini melius quàm cœpistis. Tempus fleni
emporaliter sine fastidio & honore sufferte, ut
pora gaudij æterni cum omni poßitis dilecti
 suscipere. Ego enim commendaui uos Spiritui
cto, et credo quod uos mihi integras omnes il
tasq; constituat. Nolite itaq; faciem meam ex
 corporaliter quærere, sed gesta & actus per
itum contemplatiuam. Et his dictis osculata
uniuersas, et flentes fortißimo animo consolaba
 Dicentibus autem sibi uale inuicem, Basilla
Eugenia oratione facta discedunt.

Ecce eodem die perrexit una ex ancillis ad
peium sponsum Basillæ, quæ & dixit. Quod
ominam nostram Basillam nouimus ab Impe
re meruisse, sextus & eo amplius est annus,
n tu in tenero ætatis anno, ut postea acci
t, distulisti, sed patruelem eius Helenum

Pompei postulat sponsam Basillam

scia

scias esse Christianum, & hanc ita factam Christianam, ut tibi omnino non nubat. Nam & duos Eunuchum Prothum & Iacinctum simulauit se illi donum offerre Eugenia, quos illa quasi dominos excolit, & quotidie pedes eorum ac si deorum immortalium osculatur, quia ipsi auctores sunt artis Magicæ, quam Christiani committunt, His auditis Pompeius statim cucurrit ad Helenum patruelem eius, qui & nutritor eius erat & tutor, & dicit ei.

Intra hoc biduum nuptias meas celebrare dispos̄ui, pro qua re fac me uidere sponsam meam, quam mihi Domini rerum, inuictißimi principes fieri coniugem præceperunt. Ille his auditis agnouit proditum negotium, ait ad eum, quousq; anni transirent infantiæ eius, meam circa eam tutelam pro germanitate patris eius, & pro ipso nutrimento exercui, nunc uero quia cœpit sui esse arbitrij, in sua uult esse potestate. Vnde si illam uidere desideras, eius erit arbitrij non mei imperij: Audiens hæc Pompeius, uehementius cœpit ardere & pergens ad Basillæ domum, ut nunciaretur ianitoribus imperabat. Cui ista sunt à Basilla mandata, causam te uidendi penitus nullam me habere cognoscas, neq; uidendi neq; salutandi.

His

His auditis, turbatius est uehementius, & ni penè senatorum fauore usus, prostrauit se ram Imperatore dicens. Subueniant Romanis tris sacratißimi principes, & deos nouos, quos genia secum adduxit, ab Aegypto ueniens, ab urbe separate. Diu est enim quod hi qui Chri- ni dicuntur, Reipublicæ nocent, qui irrident im nostrarum sacrosancta ceremonialia, & nipotentes deos nostros, ac si uana simulachra iciunt. Iura quoq; ipsius naturæ peruertunt, rant coniugium, gratiam sponsarum sibi asso- t & dicunt iniquum esse, si sponsum suum sa accipiat. Quid faciemus pijßimi Imperato- Inuenti sunt dij, qui homines prohibeant, & us ista uidebunt, si nati non fuerint, quibus it imperari. Vbi reparatio Romanarum uiri- Vbi Romani exercitus rediuiua certamina? Decretum quibus uictrices dextræ uestræ hostiū ceruí. Imperato- clinabunt, si iam uxores habendæ non erunt ?ris Galieni onsas amittimus et tacemus? Hæc & his simi. in Basillā, im prosequeretur, & omnis senatus eam fle- Eugeniam uerela depromeret. Decreuit Galienus Au- & omnes s, ut aut sponsum suum Basilla acciperet, aut Christia- o interiret, Eugeneam uero aut sacrificare nos. aut crudeliter interire, & dedit licentiam, ut

quicunq;

quicunq; Christianum penes se absconderet, puniretur. Conuenitur Basilla ut sponsum recipiat dicit illa se Regem regum habere sponsum, qui est CHRISTVS filius DEI. Et cum hæc dixisset, gladio transfossa est.

Tenti statim Prothus & Iacinctus trahuntur ad templum, sed orationem illis facientibus, simulachrum Iouis ad quod ducebantur sacrificare, cecidit ad pedes eorum, & ita comminutum est, ut ubi fuerit non adpareret. Non uirtuti diuinæ, sed Magicæ arti hæc imputans, iubet eos decollari Nicetius urbis Præfectus. Qui etiam acquisitam ad se Eugeniam, cœpit de Magicis artibus ab ea flagitare sermonem. At illa constanter os suum aperiens dixit, Polliceor tibi, quod ars nostra uehementior magis est, nam magister noster habet patrem sine ulla matre, & matrem absq; patre. Deniq; sic eum genuit pater, ut omnino fœminam nunquam sciret, sic eum genuit mater, ut masculum omnino non nosset, hic ipse habet uxorem uirginem, quæ illi quotidie filios creat, etiam innumerabiles ei filios parit, quotidie carnem eius, carnibus coniungit. Oscula eius circa eam sine intermißione sociantur, in amore suo inuicem omnino perdurant; & tanta integritate subsistunt, ut omnis uirginitas, &

s, & omnis caritas, & omnis integritas, ex
rum coniugio dirimatur.

Audiens hæc Nicetius obstupuit, & ne ad
peratorem perueniret, quod eam libenter audi-
,iußit eam ad templum duci Dianæ, et ita spicu-
or imminens dixit ei. Redime uitam tuam, pa-
nonium tuum Eugenia, & sacrifica Deæ Dia-

Tunc beata Eugenia expandens manus suas
pit orare ac dicere. Deus qui cordis mei arcana
noscis, qui uirginitatem meam sinceram in tuo
ore seruasti, qui me filio tuo Domino meo Iesu
isto sociare dignatus es, qui spiritum sanctum
m in me regnare fecisti, adesto mihi nunc in
feßione nominis tui, ut confundantur omnes
adorant hoc Idolum, & qui gloriantur in si-
achris suis. Et dum oraret, fit terræ motus in
em loco, & ita templi ipsius fundamenta uersa
, cum ipso Idolo, ut nihil aliud remanserit, nisi
ara quæ fuit ante ianuam templi, ad quam sta-
sancta Eugenia. Hæc in insula Licaoniæ gesta
coram omnibus qui sequebantur agonem Eu-
æ, fit concursus & populi Romani, & uaria
amatio. Alij dicunt innocentem, alij Magam,
ciantur ista Præfecto, Præfectus Imperatori.
erator eam iubet ligari saxo, & præcipitari
yberim, sed statim saxum disruptum est.

Oratio Eugeniæ, qua euertitur templum Dianæ.

Eugenia liberatur ex aquis & igni.

Beata

Beata uero Eugenia ita sedens super fluuiali aqua efferebatur, ut omnibus Christianos appareret illum fuisse cum Eugenia in flumine ne absorberetur, qui fuerat cum Petro in mari ne mergeretur. Item inde sublatam in thermarum Seuerianarum fornaces mittitur, quæ sic statim extinctæ sunt, ut thermarum calor refrigescerent, & omnia incendia lignorum ad nihilum deuenirent. Sic denique chaos fecerunt, ut ulterius exhiberi non posset. Mittitur post hæc in custodiam tenebrarum, & per decem dies iubetur nullum cibum accipere, & lumen penitus non uidere. Ibi autem tantus quotidie abundabat splendor, ut cum egrederetur beata Eugenia, quasi lumen aliquot radiaret. Apparuit autem illi saluator, ferens in manu panem niuei candoris, & immensæ suauitatis & gratiæ, & dixit ei. Eugenia accipe cibum de manu mea, ego sum saluator tuus quem tota mentis animi intentione dilexisti & diligis. Eodem die te in cœlos recipiam, à quo ego descendi ad terram. Et hæc dicens absceßit: Ipso autem die Natalis Domini, missus est gladiator qui eam in custodia posita percußit, & sublatum est corpus ab affinibus Christianis, & non est positum longe ab urbe, uia latina in predio eius proprio, ubi multorum sanctorum

ipsa

pelierat membra. Claudia autem mater eius,
d eius sepulchrum fleret, apparuit ei uirgi-
n medio noctis silentio, auro texta cyclade
, cum multo populo uirginum, & dixit ei.
& lætare, quia & me introduxit Christus
'tatione sanctorum, & patrem meum in
'charum numerum. Ecce dic Dominico, &
iet in gaudium sempiternum. Commenda
; fratribus meis custodire signaculum Cru-
ficientur nostri participes. Ecce loquente
: est claritas, quam oculus sufferre non po-
r Angeli transeuntes Hymnum dicebant
enarrabilibus uocibus, hoc solum intelli-
quod nomen, Iesu Christi & Spiritus san-
psius laudibus resonabat. Gloria & ho-
or Patri et Filio et Spiritui sancto,
& nunc & semper, & in se-
cula seculorum,
Amen.

'INIT VITA BEATÆ
EVGENIÆ.

VITA BASILII.

BASILIVS septennis factus, datur à genitoribus literis, uacans autem doctrinis quinquennio, fructum acquisiuit multam philosophalem disciplinam, dulcedini naturæ, deinde relinquens patriam (capadox enim erat natione) apprehendit matrem uerborum Athenas. Castitate & multa abstinentia decoratus adijt præceptorem Græcorum sapientiæ, nomine Eubolum, & sic seipsum dedit doctrinis admirandis, etiam & Magistris, factiq; sunt ipsius conscolastici, Gregorius magnus Nazanzi postea factus Episcopus, qui & Apostolicæ sedis gubernacula in duo & decem annorum pergubernauit tempora, Iulianus etiam à paruo Christianus atq; Libanius, Is autem ab omnibus uir admirandus, posuit in corde suo nihil sumere panis & uini, donec superna prouidentia intellexerit diuinæ sapientiæ arcana. Morans quoq; in doctrinis quinq; & decem annis, omnemq; Græcalem Philosophiam percurrens, in fine Astronomiam, ac optima quæq; colligens & nullatenus inuenire ualens, per ipsa omnia creatorem, in una noctium uigilante eo, diuinus quidem splendor fidei accendit eum perlustrare totius religionis

Basilius Cappadox operam dat literis.

Basilius et Gregorius Nazianzensis condiscipuli.

Basilius quindecim annos uersatur in Philosophiæ studijs.

igionis scripturam. Surgens ergo abijt in Aegy-ptum. Et accedens uni Archimandritarum Porphi io nomine, supplicauit sibi dare libros sacros, ad omprehensionem diuinorum dogmatum: Quod onsecutus mansit ibi delectans meditationi diui-orum sermonum, et aqua ac herbis se enutriens.

In Aegypto discit sacras literas.

Annuo uero tempore ibidem commorans, & rbum ueritatis fide considerans permansit, seru-ns ueritatis sermonem: Sicq; postulauit dimitti se rosolimam orationis gratia, & quae ibi sunt ui-ndi miracula. Iam autem superorans illum, di-sit eum. Veniens nanq; ubi Graecorum Philoso-iam didicit, coepit persuadere multis Philoso-is et multitudini gentilium, atq; afferre Christo endens eis uiam salutis; quaerebat nihilominus et m praeceptorem Eubolum qui erat obstinatissi-s uerbi, ad retributionem in ipsum laboris as-re immaculata fidei, sicut se bene currentem ad , omnes etiam eum sicut magistrum sequeban-, qui Philosophiam sectabantur. Quaerens au- illum per omnia eruditoria, inuenit illum in urbano, conquirentem in sermone cum caeteris losophis. Hoc enim erat apud illos, festimaba- aut dici quid, aut audiri, plus noui.

Basilius gratus erga Praeceptorem

Disputante ergo eo reprehendit eum superueniens Basilius. Et hi qui cum illo erant, quis (inquiunt) reprehendit, te ô Philosophe? Ipse autem ait. Aut Deus aut Basilius. Recognoscens igitur Basilium, coessentes sibi dimisit Eubolus, et coherentes Basilio, tribusq; diebus incibati permanentes, conquirebantur inuicem. Interrogauit ergo Eubolus Basilium dicens. Quæ est diffinitio Philosophiæ, Qui ait. Prima diffinitio Philosophiæ est, meditatio mortis. Ille admirans dixit. Quid est mundus? Qui ait. Quid est super mundum? Et dulces quidē sunt mundi sermones, amarus autem ualde illi mundus, qui eum continet uitiose. Et altera est uoluptas corporis, & altera in corporeæ naturæ, & simul hæc coesse euidam, non de licitis est. Nemo enim potest duobus dominis seruire. Veruntamen ut uirtus est, frangimus esurientibus panem scientiæ, & per malitiam intectos, pro uirtute ducimus sub tectum. Si autem & nudum uidemus, circumamicimur, & ut proprij germen seminis non despicimus. Hæc dicens, & exacuens eum Parabolice, saluatoris quæ erga nos est clementia per pœnitentiam tres cathinos menti proposuit in uestibulum cogitationis. Super liminare quidem portarum, uirtutem adducentem prudentiam, ui-

rilitatem

ilitatem, iusticiam, castitatem, quæ autem sini-
tra parte, suasionem, in utraq; uero parte eius
itemperantiam, libidinem, ebrietatem, impudici-
am, segniciem, criminationem, linguositatem,
cantationem, & quoddam talium examen, pœ-
tentiam autem decenter stantem, intrementem,
bridentem, lenem, aduersarios quidem increpan
m, propriorum autem indigentem populorum,
cta eam uero abstinentiam, intellectum, lenita-
n, timorem, clementiam, & multorum bo-
rum plebem, ipsius historiæ mens diuina caute-
udientibus autem zelorum meliorum occasio.
c ego ipse uidens benigne factus sum, & isto
tus sum o Eubole: Sunt enim in nobis non ima-
es, neq; enigmata, se ipsa plane ueritas ducens
salutem.

Resurgemus enim omnes hi in uitam æter-
,& illi in opprobium & confusionem æter-
,& astabimus tribunali Christi, sicut docent
magni uocibus Prophetæ, Esaias, Heremias,
chiel, Daniel, & Dauid Rex, atq; diuinus
lus post illos. Ipse enim pœnitentiæ dator, &
s retributionis Dominus, qui ouem quæsiuit
litam & apostatam puerum ex patris sinu cũ
is diuitijs, & seipsum prodige consumentem,

& postea reuertentem, fame afflictum sincere amplexatus est & ueste splendida ornauit, ac annulo induit precioso, suadetq; peccanti puero sæuienti, sicut fratri indulgentiam dare. Iste in inuido Dominus præualens benignitate, qui æqualem mercedem circa undecimam horam uenientibus tribuit, & nobis pœnitentibus ac suscipientibus ex aqua et Spiritu sancto regenerationem, dabit etiam quæ oculus non uidit, & auris non audiuit, & in cor hominis non ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus eum. His ex sensu factus Eubolus dixit. O Basili cœlestis demonstrator trinitatis, per te credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, et deinceps usq; expecto resurrectionem mortuorum, et uitam seculi futuri, Amen. Ego autem hanc quæ in me est ostendam tibi fidem, quia omnia quæ mihi sunt in manus tuas datis, reliquum tempus uitæ meæ tecum ero, si placitum in conspectu Domini fuerit suscipiens ex sancta aqua & spiritu regenerationem. Basilius dixit. Benedictus Dominus DEVS noster, ammodo & usq; in seculum o Eubole, qui splenduit lucem ueram in mente tua, et transtulit te de multimodo errore, in agnitionem ipsius misericordiæ. Quia uere, ut dixisti, mihi coesse uis, ostendam tibi quomodo saluti nos

Basilius conuertit præceptorem Eubolum ad Christum.

ti nostræ prouideamus, uinculis istius uitæ nos li-
rantes uenundemus omnia quæ nobis sunt, &
nus indigentibus, & sic in sanctam ciuitatem
eamus, ipsi uisuri quæ sunt ibi miraculorum &
ud Deum acquiramus fiduciam, & sic uterq;
e eorum erant dispensantes, ad sanctam Baptis-
indumenta tantum ex ipsis ementes, Ierosoli-
m ibant, conuertentes ad Deum gentilium mul
dinem magnam.

VOMODO EVBO-
s baptisatus est in Iordane.

A Pprehendentes autem Ierosolimam, &
omnem locum sacrum fide & amore re-
entes, & ipsis locis, qui est super omnia De-
dorantes, manifesti fiunt Episcopo ciuitatis
ine Maximio. Et se ei prosternentes, postu-
nt consequi regenerationem in Iordanis flu-
liuinam. Quos uidens idem uir sanctus, plenus
esset benignitate, adimpleuit postulationem
m, & simul cum fidelibus uiris uenit ad Ior-
m. Basilius autem iuxta ripam factus, proie-
in humum, & cum lachrymis & clamore
postulabat signum reuelari eius fidei.

Resurgensq; cum tremore, despoliauit se uestimentis suis & cum ipsis uere uetusto homine, & descendens in aquam orabat. Descendens autem Sacerdos baptizauit eum. Et ecce fulgur ignis uenit super eos, & columba ex eodem fulgore uenit in Iordanem & turbans aquam reuolauit in cœlum. Astantes autem in tremore facti glorificauerunt Deum, baptizatus uero Basilius exiuit de aqua. Admirans quoq; Maximus Episcopus Basilij in Deum dilectionem, orans uestiuit eum resurrectionis Christi indumentis, baptizauit autem & Eubolum atq; ungens eos sancto crismate, tradidit illis uiuificam communionem. Postulauitq; Basilium DEI Sacerdos per orationem sumere cibum, quod & fecit dicens. Iesu Christe Deus noster, credo Euangelicæ tuæ uoci, & spero in tua benignitate, comedens & bibens contra egredientem nobis Diabolum, cooperationem nobis Sancti spiritus fieri. Stupens uero sacerdos Dei in fide eius, reuersus est cum ipsis in sanctam ciuitatem. Annuali autem tempore inibi commorantes, communi sententia uenerunt Antiochiam, & ibi gradum Diaconi suscepit.

DE QVO.

DE QVODAM NEgante Christum scripto suo proprio Chirographo & iterum conuerso.

HLADIVS autem ipsius sanctissimæ me-
moriæ uisor & minister factus ab eo per-
torum miraculorum & successor sedis post
tum iam dictæ memoriæ Apostolicæ Basilij, uir
abilis & omni uirtute decoratus, enarrauit
i quia senator quidam fidelis nomine Prothe-
, abijt ad sancta uenerabilia loca, & ibi filiam
m consecrare, ac in uno de bene actionalibus
ibus Monasteriorum mittere atq; sacrificium
O offerre uolens. Sed ab initio homicida Di-
lus inuidens diuinæ uoluntati mouit unum de
is suis, & incendit ad puellæ amorem. Is au-
cum fuisset huiusmodi inchoationis indignus,
non audens appropinquare ad propositum, al-
itur unum abominandorum incantatorum
nittens se, si meruerit dominari ipsius puellæ,
tam auri tribuere ei quantitatem. Maleficus
dixit ad eum. Homo, ego in istud non pre-
o: Sed si uis mitto te ad meum procuratorem

 diabolum.

diabolum, & ipse perficiet uoluntatem tuam. Qui ait ad eum. Quecunq; dixeris mihi, faciam. Et ait ad eum. Abrenuncia Christo in scripto. Dixit ei. Etiam. Iniquitatis autem operator dicit ei. Si in isto paratus extiteris cooperator tibi fiam. Qui ait ad eum, paratus sum, tantum ut consequar meum desiderium. Et faciens malignitatis Magister epistolam ad Diabolum, misit eam ad illum habentem sensum istum. Quoniamquidem mi domine & procurator oportet me à Christianorum religione abstrahere, & tue adducere uoluntati ut multiplicetur pars tua, misi tibi hunc qui præsentes meas defert literas, cupiditate in puellam exarsum, et postulo eum actionem istam consequi, ut in isto glorier & cum multa alacritate congregem placidiores tuos. Et dans Epistolam dixit, uade secundum talem horam noctis, & sta super monumentum gentilis, et exalta cartham in aere, & astabunt tibi qui debent te ducere Diabolo. Qui alacriter hoc faciens iactauit miseram uocem inuocans Diaboli auxilium. Et continuo astiterunt ei principes potestatis tenebrarum, spiritalia nequitiæ, & apprehendentes errantem, cum gaudio magno duxerunt eum ubi erat Diabolus. Et ostenderunt ei ipsum sedentem in sede alta, & in circu-

circuitu eius malignitatis spiritus stantes. Et
scipiens missas à malefico literas, dixit ad misc
m. Credis in me? Qui ait: Credo. Et abnegas
HRISTVM tuum? Qui respondit, abnego. Di
ei Diabolus.

Perfidi estis uos Christiani, Et quandoqui
n me opus habetis, tunc uenitis ad me, quando
tem consequimini desiderium uestrum, negatis
, & acceditis ad DEVM uestrum, qui est be
nus ac clementißimus, & suscipit uos, sed fac
hi manu scriptam CHRISTI tui & baptisma
abrenunciationem uoluntariam, ut quæ à me
t sequaris uoluntaria professione, te quia mecũ
in die iudicij, condelectans mihi in preparatis
rnis tormentis, & ego statim desiderium tu
adimplebo. Qui disposuit propria manu scri
m, sicut quesitus fuerat. Statim autem anima
corruptor Draco tortuosus, misit illos qui
t super fornicationem Dæmones, & inflam
uerunt puellam in amore iuuenis. Quæ pro
ens se in terram, cœpit clamare ad patrem.
serere mei, miserere mei mi pater, quia dire
quror propter talem puerũ nostrum. Miserere
ceribus tuis, ostende in unigenita tua paternum
orem, & coniunge me puero nostro quem amo.

Si aute

Si autem non uis hoc facere, uidebis me post modicum amara morte morientem, & sermonem dabis pro me Deo in die iudicij. Pater autem eius cum lachrymis dicebat: Heu mihi peccatori, quid euenit miseræ filiæ meæ? Quis meum thesaurum furatus est? Quis meam inquinauit filiam? Quis dulce lumen oculorum meorum extinxit? Ego coelesti te uolebam nubere sponso Christo, & Angelorum cohabitatricem constituere, & in psalmis & Hymnis & canticis spiritualibus Deo canere festinabam, tu autem in amorem lasciuitatis insanisti. Sine me sicut uolo desponsare te Deo, ne ducas senectutem meam cum tribulatione ad inferos, neq; nobilitatem parentum tuorum confusione operias. Illa autem pro nihilo reputans, quæ à patre dicebantur, instabat clamans. Pater mi, pater mi, aut fac desiderium meum, aut post morientem me uidebis. Pater ergo in magna defectione factus, ac immensurabilitate tristitiæ absorptus ac amicorum consilijs credulus, hortantium ei deferre uoluntatem eius, aut seipsam exponere, concredens pater, præcepit fieri desiderium puellæ ne exitiali se traderet morti. Et adduxit quæsitum puerum, ac propriam filiam, dansq; ei omnem substantiam suam, dixit filiæ suæ. Vade filia uere misera

a. Multum enim plangens, pœnitens in nouiſ-
io, quando nihil habes proficere. Iniquo ergo
iugio facta, & Diabolico facinoroſitate com-
ta, ac modico tranſeunte tempore, deſignatus
à quibuſdam puer non introire Eccleſiam neq;
propinquare immortalibus & uiuificis myſte-
, & dicunt miſeræ coniugi eius. Scis quia uir
s quem elegiſti, non eſt Chriſtianus, ſed pe-
rimus fidei & alienus. Tenebrarum & dolo-
plagæ repleta, proſternit ſe in humum, &
it diſcerpere ſe ipſam ungulis ſuis & percute-
ectus ac clamare. Nemo, non obediens paren-
s, ſaluus fuit unquam. Quis annunciabit pa-
neo meam confuſionem? Heu mihi miſeræ, in
tam profunditatem preditionis deſcendi? Cur
ſum, & nata continuo rapta non fui? Iſta
lamentari eam diſcens erratiſſimus uir eius,
rrit ad eam, contendens non haberi ita ueri-
n. Illa autem conſolationem ueniente ſua-
ibus eius ſermonibus ait ad eum. Si uis mihi
facere & miſeræ animæ meæ, craſtina ego
u unanimiter eamus ad Eccleſiam, & coram
participa incontaminatorum myſteriorum
ſti, & ſic ſatisfacta ero. Tunc coactus dixit
ntentiam capituli. Continuo deponens illa

mulicbrem

muliebrem infirmitatem & consilium bonum consilians illi, cucurrit ad pastorem & ad discipulum Christi sanctum Basilium, aduersus impietatem clamans. Miserere mihi, miserere mei sancte Dei, miserere mihi discipule Domini, qui cum Dæmonibus causam egi. Miserere mihi, miserere proprio patri non obedienti. Et docet eum rerum gestarum ordinem. Sanctus autem Dei uocans puerum, sciscitatus est ab eo, si ista in hunc modum se haberent. Qui ad sanctum DEI cum lachrymis ait, etiam sancte Dei, si ego siluero, opera mea clamabunt. Et enarrauit ei etiam ipse à principio usq; in finem consequentem Diaboli malam operationem. Tunc dicit ei sanctus Basilius. Vis reuerti ad Dominum Deum nostrum? Ad quem puer. Vtiq; uolo, sed non ualeo. Dicit ei sanctus, quare? Respondit puer. Scripto abnegaui Christum & professus sum Diabolo, dicit ei sanctus. Non sit tibi curæ. Benignus est enim Deus noster, & recipiet te pœnitentem, compatitur etiam malicijs nostris. Et iactans se puella ad pedes sancti, Euangelice deprecata est eum dicens. Discipule Christi DEI nostri, quantum potes, adiuua nos, dicit ad puerum sanctus. Credis saluari? Qui ait. Credo Domine, adiuua incredulitatem meam. Et continuo apprehendens

endens manum eius, faciensq; signum Christi in
pso, & orans reclusit eum in uno loco interioris
cri periboli. Et dans ei regulam, collaborabat ei
er tres dies, post quos uisitauit eum, & dicit ei.
uomodo habes fili? Dicit ad eum. In magna Do-
ine sum defectione. Sancte Dei, non fero clamo-
s eorum, & terrores ac iaculationes seu lapida-
nes eorum, tenentes manu scriptam meam, cau-
ntur me dicentes. Tu uenisti ad nos, non nos
te, & dicit ei sanctus. Noli timere fili, tantum
ede. Et dans ei modicam escam, faciensq;
per eum Christi signaculum, ac orans reclusit
n, & post paucos dies uisitauit eum, &
it ei, quomodo habes fili? Dicit ei, pater sancte
onge clamores eorum audio & minas sed non
eo eos. Et iterum dans ei escam, & orans,
udensq; ostium, abijt: Et quadragesimo die re-
, & dicit ei. Quomodo habes frater mi? Re-
ndens dicit ad eum. Bene habeo sancte DEI,
i enim te hodie in uisu pugnantem pro me, &
centem Diabolum. Mox ergo sanctus secun-
n consuetudinem faciens orationem eduxit eum
deduxit eum in dormitorium suum. Mane autē
o uocauit clerum sacrum, & Monasteria, &
uem Christi amabilem populum, & dixit eis.

Filioli

Filioli mei dilectißimi, omnes gratias agamus Do*mino, ecce enim ouem perditam, debet pastor bonus in humeris suis reportare & offerre* Ecclesiæ, *quapropter debitum est & nos uigiliam facere nocte ac postulare eius benignitatem, ut non corruptor animarum uincat etiam in hoc facto.* Et *alacriter populo aggregato, per totam noctem postulauerunt* DEVM *cum bono pastore cum lachrymis clamantem pro eo* Kirieeleison. Et *mature cum omni multitudine populi accepit sanctus puerum, & tenens dexteram manum eius ducebat illum in sanctam* DEI *Ecclesiam, cum Psalmis &* Hymnis. Et *ecce* Diabolus *omnium festinans in tristem uitam cū omni perniciosa uirtute aduenit, & inuisibiliter apprehendens puerum, conabatur rapere eum de manu sancti.* Et *cœpit clamare puer. Sancte* Dei *adiuua me,* Et *tanta instantia improbus aggressus est, ut etiam memorabilem uirum compelleret trahens puerum. Conuersus ergo sanctus ad* Diabolum *dixit.* Improbißime *& animarum corruptor, pater tenebrarum & perditionis, non sufficit tibi tua perditio qua te & eos qui sub te sunt affecisti, nisi etiam &* Dei *mei tenentes plasma?* Diabolus *autem dixit ad eum.* Præiudicas *me ô* Basili, *ita ut plurimi ex nobis uoces audirent*

Dæmo-

onum hæc dicentium, clamante populo, Ky-
son. Sanctus autem Dei ait ad illum. Incre-
Dominus Diabole, qui respondens ait ad
Basili præiudicas me. Non ego abij ad eum,
se uenit ad me. Abnegauit Christum suum,
hi professus est. Et ecce manu scriptam ha-
in die iudicij ad communem Iudicem eum
Sanctus Dei dixit, Benedictus Dominus De-
, non deflectet populus iste manus de alti-
cœli, donec reddas manu scriptam. Et con-
se dixit populo. Erigite manus uestras in
clamantes cum lachrymis Kyrieeleison,
eleison, Kyrieeleison. Et stante populo in
multam extensas habente manus in cœlum,
nu scripta pueri per aërem delata, & ab
s uisa uenit, & imposita est manibus me-
lis patris nostri Basilij. Suscipiens autem
gratias agens Deo, gauisus factus est ual-
coram omni populo dixit ad puerum. Co-
literulas has frater? Qui ait ad eum. Etiam
Dei manu scripta mea est. Et dirumpens
riptam sanctus Basilius, perduxit eum ad
m, & dignum fecit sancto ministerio, &
nioni mysteriorum CHRisti. Et faciens
onem magnam, refrigerauit omnem popu-

Vis oratio-
onis.

lam. Et ducens puerum ac instruens, seu dans ei gloriam decentem, reddidit eũ mulieri eius intacibiliore glorificantem & laudantem Deum, Amen.

DE MVLIERE CVIUS peccata per orationem deleuit.

MVLIER quædam diuitijs & nobilitate ornata & cæteris uitæ istius uanis ministrationibus superelevata, quasi uiduitatem cõplectens, indecorose usa est potestate, castrimargiæ & prodigalitati semper inseruiens, nihil placidi Deo possidens, sed porcorum more se sceno uoluptatis inuoluẽs; sero quandoq; secundũ dispensationem Dei ad mentem rediens, immensurabilitatem suorum delictorum illuminata silenter sola cogitabat, et multitudinem peccatorum suorum flebiliter suspirans dicebat. Heu mihi peccatrici et prodigæ, quomodo excusabo de actis delictis meis? Templum Spiritus sancti corrupi, & animam in corpore habitantem pollui. Heu mihi abiectissimæ. Putas dicam me sicut meretricem anteriorem, an Publicanum, sed nemo sicut ego peccaui, maxime post sanctum Baptisma. Quomodo ergo certa ero, quia

uia pœnitentem suscipiet me Deus? Et hæc cogi-
nte ea, qui omnes uult saluare & ad agnitionem
nire ueritatis, in mentem ei misit de iuuentute
q; in senectutem peccata sua scribere in charta.
ua perscripta, nouißime omnium scripsit, quod
at ei maximũ peccatum, et plumbo signauit eã.
nsiderans autem tempus oportunum, quando
ctus Basilius ad consuetas orationes ibat ad san-
m Ecclesiam, cucurrit clam, & proiecit char-
n secus pedes eius, & super faciem iactans se-
am, clamabat dicens. miserere mei sancte DEI
er omnes peccatrici. Stans autem beatus Chri-
famulus, sciscitabatur ab ea causam doloris.
æ ait. Ecce domine omnia peccata mea scripsi
ista charta et iniquitates meas, & sigillaui eas.
autem sancte Dei sigillum ne amoueas, sed tan-
n per orationem tuam ea dele. Qui enim dedit
i talem cogitationem, omnino exaudiet te pro
postulantem. Magnus autem Basilius, tollens
rtam & respiciens in cœlum ait. Domine tibi
est opus istud. Qui enim mundi peccatum tol-
et unius animæ istius facilius delere potes pec-
um, omnia enim nostra delicta numerata sunt
d te, misericordia autem tua innumerabilis &
stigabilis est.

Oratione deleta peccata mulieris.

Et hæc dicens, intrat Ecclesiam tenens chartam & prosternens seipsum & ponens chartam secus Altare, mansit per omnem uigiliam orans, & crastino per omne sanctum mysterium deprecans Deum, Et post completionem sanctorum mysteriorum, uocauit mulierem secrete astantibus paucis Clericis, & ostendens eis chartam dixit ad eam. Audisti mulier, quia nemo potest dimittere peccata nisi solus DEVS? Quæ dixit. Audiui senior, & per hoc admoui te ad intercessionem misericordissimi Dei. Et hæc dicens soluit chartam, & inuenta est tota inscripta, mansit autem magni peccati, scelestum opus non deletum. Videns autem mulier, pusillanimis effecta est, & percutiens pectus suum manibus cecidit ad pedes Episcopi clamans, miserere mei serue DEI altissimi, & quemadmodum pro omnibus iniquitatibus meis certasti, sic & pro isto postula & omnino delebitur. Archiepiscopus autem lachrimatus est, propter indulgentiam dicens. Surge mulier, quia & ego peccator sum, indigens indulgentia. Qui deleuit tua peccata quanta uoluit, potens est tollere & istud à te, qui tollit peccata mundi. Si custodieris amodo non peccare, & uias Domini ambulaueris, non tantum indulgebit tibi, sed & gloria digna eris. Vade ergo ad

ad Eremum, & inuenies uirum sanctum & minatum in omnibus nomine Effrem. Isti da artam, & postulantes placabit Deum pro te. ulier autem concite à sancto ad Eremum cucurs et transiliens longitudinem uiæ ad prædictum locum magni heremitæ peruenit. Et pulsans o m clamabat dicens, miserere mei sancte Dei. i præsciens propter quam causam astiterit, dix uade à me mulier, quia homo peccator sum, gens et ipse auxilij. Illa autem proiecit char dicens. Archiepiscopus Basilius misit me ad te ans ad Deum deleat iniquitatem meam, quæ a charta conscripta iacet. Cæteras omnes ipse us orans deleuit, tu autem pro una noli pi ri deprecari Deum. Ad te enim missa sum. filia, non. Qui enim pro multis preualuit pla Deum, & pro uno poterit plus me, uade er noli stare, ut comprehendas eum ante eius tum. Mulier autem concite à sancto Effrem a est Cæsaream, & intrante ea in ciuitatem, it corpus portantibus sancti Basilij. Et ui epit clamare uoluens se in humo, & causa cum sancto dicens. Heu mihi miseræ, heu ncte Dei, propter hoc misisti me ad Ere t immolestatus à me transires, & ecce in

acta reuersa sum, inuanum pertransiens pelagus uiæ, uideat Deus, & iudicet inter me & te, quia placare potens Deũ ad alternũ me misisti. Et hæc clamans proiecit chartam super feretrum, subtiliter enarrans de causa omni populo. Vnus autem de clero uolens uidere quale peccatum esset, tulit chartam. Et absoluens inuenit eam super totum inscriptam, & clamauit uoce magna dicens ad mulierem. Inscripta est charta o mulier quid laboras, nesciens in te factam clementiam?

Multitudo ergo uidens ammirabile miraculum glorificauit Deum qui dedit potestatem hominibus super terram dimittere peccata, dans etiam gratiam seruis suis, & post mortem sanare omnem infirmitatem, & omnem languorem, sed & peccata fide accedentium dimittere.

DE IOSEPH HEBRAEO INSERITVR HISTORIAE.

Hic Ioseph egregius in arte Medicinalis disciplinæ, ualde probatus, simul & illustris cũ fuisset, in ipsa peritia summã scientiã habebat, tactu eius uenæ præscire, caute ante tres uel quinq; dies, si quis deberet de his transire tumultibus, ad meliorẽ stabilitatem, Inuidiosum autẽ multitudini Medicorum

um Deifer pater noster Basilius, ex diuino splen-
ore præsciens, quod deberet dari ei diuini Ba-
tismi donum, ualde amabat eum & aßidue ad
olloquium uocabat illum, docens eum regiam uia-
n salutis et ueritatis ambulare, postulabatq; illum
scedere de polluta religione, & per Baptismum
duere Christum. Qui non acquiescebat dicens,
ia in fide qua natus sum, in ipsa & finiam. San-
us autem Dei dixit ei. Crede Ioseph, nec tu, nec
o de istis transibimus tumultibus, donec renouet
Dominus meus Iesus CHRistus, per aquam &
iritum, sine istis enim impoßibile est introire in
num cœlorum. Nunquid & patres tui non Ba-
zati fuerunt in nube & mari, biberunt ex
itali sequenti eos petra. Petra autē erat Chri-
. Qui in nouißimis diebus ex uirgine incarna-
& propter nostram salutem humanatus, &
abilia agens, passus, ac pro patribus tuis Cru-
cus & sepultus, & tertia die resurgens, in cœ-
ascendit, & sedet ad dexteram Patris, &
et in multa gloria cum Angelis suis iudicare
s & mortuos, & reddere unicuiq; secundum
a eius.

npoßibile est ergo, sicut dictum est, omnem
nem in regnum Dei introire, nisi per aquam
spiritum & participationem uiuificorum

& incontaminatorum mysteriorum corporis & sanguinis Iesu Christi. Et talibus orationibus probatur operarius Dei cultor colloquebatur cum eo, ipse autem non audiebat eum. Quando uero prosperauit Deus qui segregauit eum ex utero matris suæ, suscipere eum sancti spiritus gratiam, debens sanctus de his transferri tumultibus duxit eum occasione ad se medicinalis disciplinæ, & dicit ei. Quomodo uides quæ erga me sunt? Ille à tactu uenæ sentiens uirtute eius mortem imminere, dixit ad domesticos ipsius, quæ ad sepulturam sunt indumenta preparate, iste enim pene moritur. Dicit ei magnus Basilius. Nescis quid dicis. Dicit ad eum Ioseph Hebræus. Crede domine, Sol cum sole occidit hodie, Et dicit ei sanctus. Et si non morior usq; ad matutinum, quid? Dixit Hebræus. Non est poßibile domine hoc fieri, uix enim una hora erit anima tua in te. Sed dispone iam Ecclesiam tuam & res tuas, non enim obscurabit dies hodie in te. Dicit ei sanctus. Et si uera in crastinum usq; ad horam sextam, quid facies? Qui ait. Ego moriar. Dicit ei sanctus. Etiam ut moriaris peccato, uiuas autem in Christo tuo, dicit ei Hebræus. Scio quid dicis, & facio iußionem tuam, si sicut dicis, fit, Cum iuramentis horribilibus promittens, quia si

uixerit,

xerit Dei discipulus omnino accipere sancti spiritus gratiam, DEI cultor pater noster postulauit eum, additionem uitæ dari sibi, ut illum Hebræum saluaret, misit ergo sanctus mane, & uocat Hebræum. Qui diffidens aduenit, putans omnino eum mortuum, & uidens illum uiuentem in stupore factus est, & proijciens se ad pedes eius dixit, uero corde dico, non est Deus magnus sicut Christianorum, & non est Deus amplius eo. Nego ego Christe odibilem religionem Iudæorum, & accedo fideliter ueritati Christianorum, iube ergo sine dilatione dari mihi in Christo signaculum, & sanctum Baptisma, & toti domui meæ, dicit ei sanctus Dei. Ego manibus meis baptizo te, & omnem domum tuam. Procedens ergo iterum medicus, & tangens dexteram manum eius, dixit ei, lassæ factæ sunt uirtutes tuæ domine, & natura ualde defecit. Dicit ei sanctus. Habemus naturæ creatorem confortantem nos. Et surgens uenit in sanctam Dei Ecclesiam, & coram omni populo baptizauit eum cum tota domo eius, uocans nomen illius Iohannes. Communicans autem eum uiuificis mysterijs, assumpsit eum & duxit in dormitorium suum, dans ei escam, & docebat eum quæ sunt æternæ uitæ, adijciens eum ouili suo cum

mulieribus & filijs nouiter electum militem. Medicus autem frequentibus diebus pertransibat benedictionales domos, & dabat donatam sibi de Medicina pecuniam, & quod ei erat residuum. Et circa horam nonam stetit magnus pater noster Basilius ad ministerium Missæ in sancta Ecclesia simul cum electis Cleri, et ciuitatis Capitaneis, & iterum cum ipsis sumens panem, dimisit eos, instruens & osculans eos in osculo sancto, & nouum Christi militem commendans, etiam & omnes Domino, atq; dispositam sibi consepelire sumpsit tertiam partem, quæ à Domino data fuit ei communionis, & recumbens in lecto, gratias egit extensè Domino & Deo nostro, in peregrinatione à corpore, & fide Medici, & adhuc gratiæ cum essent in ore eius reddidit Domino spiritum, & additus est principibus Sacerdotum, prædicatoribus quoq; magnis, magni uerbi tonitruum. Videns autem ex Hebræis fidelis Medicus, qui sicut dixit, homo Dei & magnus princeps Sacerdotum Basilius, sic & requieuit, eadem super pectus eius cum lachrymis, dicebat, uere serue Dei Basilij, si non uoluisses, nec modo mortuus fuisses. Crastino autem congregata est multitudo, & duxit honorificum corpus eius qui uicit mate-

rialem

em instationem in sanctam Ecclesiam, cum om-
oblatione aromatum & thymiamatum sepe-
tium. Audiens autem Gregorius Na-
ti Episcopus currens & ipse aduenit, &
ens honorificum corpus, procidit super illud.
lamentans multum ad orationem hortabatur
ulum, in Hymnis & canticis spiritualibus,
decenti honore, gloriosam memoriam magni
rdotis facere, simulq; concurrentibus duode-
Episcopis, & multitudine ciuitatis, deposue-
t eum in Archarismum marmoreum, in templo
ti & gloriosi martyris Isichij, ubi & Leon-
ante eum Episcopus cum cæteris dormit. Re-
uit autem Angelicam uitam in terra agens
nus Basilius, mense Ianuario die prima, quinto
imperij Valentis et Valentiniani, memoriam
uitæ derelinquens Ecclesiæ, quæ est secundum
rationem Sancti spiritus conscripta cum eo in
sti Libro, in gloriam & laudem Domini no-
IESV CHRISTI, cui cum patre est gloria si-
ul & sancto ac uiuifico spiritu, nunc & sem-
per & in secula seculorum, AMEN,

Explicit uita beatißimi Basilij
Archiepiscopi Cesareæ
Capadociæ.

INCIPIT

INCIPIT VITA S. patris Effrem.

FRATRES enarrationem uolo facere de Basilio memorabili & Effrem Syro, qui sunt apud Deum, & patre nostro uisore, quæ etiam de sancto & non mentiente ore eius audiuit, Est autem sic. Effrem memorabilis cum esset in Eremo quadam, splendore Spiritus sancti illustrante, uidens quendam de amatoribus eius, et interrogatione discens mirabilia opera patris nostri Basilij, sine intermißione postulabat reuelari sibi qualis esset magnus Basilius. In extasi ergo factus, uidit columnam ignis cuius caput pertingebat celum, & uocem desuper dicentem audiuit. Effrem, Effrem, quemadmodum uidisti columnam istam ignis, talis & magnus est Basilius. Et continuo accipiens interpretem, eo quod nesciebat loqui Græcam linguam, uenit ad magnam Ecclesiam magni nominis Cæsareæ Capadociæ, perueniens in ipsa sancta festiuitate sanctæ Theophaniæ, & intrans clam uidit procedentem in Ecclesia magnum Basilium & dicit sequenti se. Inuanam laborauimus, ut suspicor, frater. Iste enim in tali ordine cum sit, non

est quem-

t quemadmodum uidi, uidit enim eum indutum
ola candida, et qui circa eum erant sacrum Cle-
m candidiferum. Et procedente eo stans in loco
culto Ecclesiæ, desperabat pro huiusmodi mate-
dicens secum. Nos qui portauimus pondus diei
æstus, nihil consecuti sumus, & hic in tali cum
stipatione & honore humano, columna ignis
, Miror ualde. Ista igitur eo sic loquente, mit-
sanctus Basilius Archidiaconum suum dicens.
de circa portam occidentalem, & in angulo
clesiæ inuenies Abbatem Effrem, habentem cu-
llam, cum altero quodam cum parua barba pu-
um & cætera de uultu eius, & dices ei. Iubeo,
ra presbyterium, uocat te pater tuus Archi-
scopus. Et dicens Dominus Effrem per inter-
etem quæ dicebantur, respondit dicens. Errasti
ter, nos peregrini sumus. Et abiens Archidia-
nus, retulit beato Basilio ista.

Non Eremus facit sanctum, sed fides uera, uerus amor & timor DEI.

Magno autem Basilio sacros libros legente,
lens sanctus Effrem linguam igneam loquen-
n per os eius. Et dicit sanctus Archidiacono,
de & dic ei. Domine Effrem, iubeo, intra san-
m Presbyterium: Obstupuit ergo in istis san-
s Effrem glorificans Deum, & genu flectens
pondit dicens, Vere magnus Basilius, uere co-
lumna

lumna ignis, uere spiritus sanctus loquitur per os eius. Postulauit autem Archidiaconum excusare se, & ut magis post ministerium in secretario salutaret eum. Intrans itaq; post completionem ministerij Basilius magnus in secretarium uocauit sanctum Effrem, & in Domino salutationem reddidit ei dicens: Beneuenisti ô pater filiorum Eremi, beneuenisti qui multiplicasti discipulos Christi in ipsa eremo, et Dæmones eminasti in Christo. In quibus laboribus tuis pater uenisti uidere peccatorem hominem, det tibi Deus mercedem secundum laborem tuum. Et respondens ei honorificentißimus Effrem & prædicens omnia quæ in corde eius erant colenda, simul cũ coessente suo Abbatem communicauit, de sanctis manibus eius, & faciente eo caritatem, dixit sanctus Effrem. Pater honorificentißime, unam postulo gratiam à te, annue eam dare mihi. Qui ait ad eum. Iube et dic quæ uidentur tibi. Multa enim debeo maxime pro labore tuo ad meam præsentiã. Dicit ei honorificentißimus Effrem. Scio pater sancte, quia quantacunq; postulaueris à Deo, tribuet tibi, & uolo ut depreceris Dominum quatenus loquar Græce. Qui ait: super uirtutem meam postulasti, Sed quia fideliter petisti, ueni pater honorificentißime, & Eremi Magister, postulemus

mus Dominum, potest enim facere uoluntatem
uam. Scriptum est enim: Voluntatem timen
um se faciet, & deprecationem eorum exau-
et, & saluos faciet eos, Et facientes orationem
multam horam, resurgentibus eis, dixit magnus
asilius, Cur domine Effrem, non accipis ordinati-
nem Presbyterij, quia decet te? Dicit ei per inter-
etem sanctus Effrem. Quia peccator sum? Re-
ondit ei sanctus. Vtinam peccata tua ego habuis
n, & dicit ei. Flectamus genua.. Et iacentibus eis
humo, posuit manum suam in sanctum Effrem
gnus Sacerdos, & dixit ei quæ sunt Diaconi.

Et dixit, iube, surgere nos fac. Aperta ergo Effrem
gua eius, dicit sanctus Effrem Græca lingua su- per oratio
pe, salua, miserere, & custodi nos Deus gratia onem con
. Tunc impletum est quod scriptum est in Pro- sequitur
ta.. Tunc saliet claudus sicut ceruus, & aperta facultatē
lingua mutorum. Et loquente eo Græce in ipsa loquendi
a, glorificauerunt Deum omnipotentem et ex- Græce.
ientem postulationem deprecantium, et timen-
s se. Et spiritualiter lætantes per tres dies, atq;
inans sanctus sacerdos interpretem in Diaco-
, ipsum uero beatum Effrem in Presbyterum
isit eos in pace, glorificantes Deum in omni-
quæ audierunt & uiderunt sicut locutus est
os.

FINIT

FINIT VITA BEATI patris Effrem, & liber primus Vitaspatrum.



SECVNDA PARS CONTINENS PATRVM SELECTA facta ac dicta memorabilia.

ABSTI-

ABST
E



ret omnino. Cum
cum gaudio sume
quod cum discipi
consilio, ne ei
tormenta illi poti

Facta congreg
fluitas, & cæter
ministrantibus dic
sal mihi deferri p
audito, cum clamo
perauit dicens. Q
comedit, parum illi

ABSTINENTIAE Exemplum.



BBAS Macharius quotiescunq; cum fratribus facta caritate reficiebatur. Hoc in proprio corde statuerat, ut quantos uini calices oblatos hausisset, tantis diebus nec ipsam aquam gusta
mnino. Cum ergo ei fratres uinum porrigerēt gaudio sumebat, ut postea se siti maceraret, cum discipulus eius uidisset; patefacto senis lio, ne ei uinum porrigerent, coniurabat enta illi potius esse quam pocula manifestans.

ALIVD.

cta congregatione in Ecclesia cum esset fe s, & cæteri Monachi comederent, unus rantibus dicit, quia nihil coctum comedo, hi deferri præcipito, Quo uerbo minister , cum clamore audientibus cæteris, alij im it dicens. Quoniam coctum ille frater non it, parum illi salis afferto. Tunc beatus Theo

 odorus

odorus dixit ei. Oportuit te magis frater carnes in cella tua comedere, quam hunc præsentibus fratribus audire sermonem.

ALIVD.

Quidam peregrinus frater uenit ad Abbatem Siluanum in monte Syna, & uidit quod fratres operantur. Et dicit eis, quare operamini escam quæ perit? Maria autem bonam partem elegit. Tunc senex dicit discipulo suo zachariæ, da illi codicem, ut legat, & mitte illum in cellulam in qua nihil habet, hora autem nona circumspiciebat frater ille uiam si forte uocaret eum senex ad comedendum, Postquam uero transijt hora nona, uenit ad senem, dicens ei. Nunquid hodie non comederunt fratres, Abba? Cumq; senex fateretur, ait ille, Quare me non uocasti? Tunc dixit ei Abbas Siluanus, Tu homo spiritualis es, & non habes necesse hanc escam, nos autem tanquam carnales opus habemus comedere, ideo operamur, tu autem bonam partem elegisti. Legis enim omni die, & non uis carnalem escam accipere. Quod cum audisset, cœpit pœnitere ac dicere. Indulge mihi Abba. Tunc respondit illi Siluanus. Ergo necessa-

ria

[M]artha Mariæ, propter Martham enim
[Mari]a laudatur.

ALIVD.

[Narra]bat de Abbate Iohanne breuis staturæ,
[qu]i dixit aliquando fratri suo maiori. Volebam
[securu]s sicut Angeli sunt securi, nihil operan-
[tes, sin]e intermißione seruientes Deo. Et ex-
[uens uestem q]uo uestitus erat, abijt in Eremum, & fe-
[cit heb]domadam unam, & reuersus est ad fra-
[trem]. Et dum pulsaret ostium, respondit ei,
[antequam] aperiret, dicens. Quis es tu? Et ille di-
[xit. Ego su]m Iohannes. Et respondens frater, dixit
[Iohann]es Angelus factus est, & ultra inter ho-
[mines non] est. Ille uero pulsabat dicens. Ego sum,
[Et non ape]ruit ei, sed dimisit eum affligi usq; ma-
[ne. Postea] uero aperiens ei dixit. Si homo es, opus
[tibi est rurs]um operari, ut pascaris Et ille pœniten-
[tiam agens di]xit, Ignosce mihi frater quia peccaui.

[A]LTIORA TE ne quesieris.

[Dic]unt quidam senes, si uideris iuuenem
[in uol]untate sua ascendentem in cœlum, tene
[pedem eius] & proijce eum in terram, quia non ita

ALIVD.

Abbas Antonius deficiens in consideratione profunditatis iudiciorum DEI, postulauit dicens, Domine, quomodo aliqui paruo tempore uitæ suæ moriuntur, & alij ultra decrepitam ueniunt senectutem, et quare quidam egeni sunt et alij facultatibus ditantur? Et quomodo iniusti opulenti sunt, iusti uero paupertate premuntur? Et uenit ei uox, dicens. Antoni ad te ipsum intende, hæc enim iudicia Dei sunt, te scire ea non conuenit.

AMBITIO FVgienda.

CONsilium inter se habuerunt seniores Patres, & omnes Monachi habitantes in Eremo Scythiæ, & consenserunt, ut pater Isaac Presbyter eis ordinaretur, in Ecclesia quæ in Eremo sita est, ubi conuenit die & hora statuta multitudo Monachorum, qui in illa Eremo conuersantur. Audiens autem supradictus Abbas huiuscemodi consilium, fugit in Aegyptum, & abscondit se in quodam agro inter fruteta arbitrans indignum se esse honore Presbyterij. Quam plurimi autem fratrum sequebantur, ut comprehenderent eum.

cum

n autem applicuiſſent ad ueſperam in eodem
o, ut reficerent fatigata de itinere, erat enim
, dimiſerunt Aſellum qui eis ſumptus portabat
inere ut paſceretur. Cum autem paſceretur
lus, peruenit in locum ubi ſupradictus Abbas
: latitabat. Cunq; illuxiſſet dies, requirentes
achi Aſellum peruenerunt ad eundem locum
e ſenior ocultauerat, & admirantem ualde
nſationem diuinam comprehendentes, ligare
nſtringere eum uoluerunt, & ita producere.
rabilis autem ſenior non permiſit dicens. Iam
oſſum contradicere uobis, quia forſitan uos
: DEI eſt, ut licet indignus ſuſcipiam ordi-
'resbyterij.

PPARITIONIBVS non credendum.

Rater quidam ſedebat in cella ſua quieſcens,
& uolebant Dæmones ſeducere eum ſub ſpe-
gelorum. Excitabant enim eum ut iret
ectam, & lumen oſtendebant ei. Ille autem
d quendam ſenem, & dixit ei. Abba ueni-
ngeli cum lumine & excitant me ad colle-
& lumen oſtendunt mihi. Et dixit ei ſenex.
dias eos fili quoniam Dæmones ſunt, ſed

quando ueniunt excitare te, tu dic, Ego quando uolo, surgo, uos autem non audio. Accipiens autem frater præceptum senis, reuersus est ad cellam suam, & sequenti nocte iterum Dæmones secundum consuetudinem uenientes, & excitabant eum. Ille uero sicut præceptum sibi fuerat, respondebat eis dicens. Ego quando uolo surgo, uos autem non audio, Et illi dixerunt ei. Malus senex ille falsator seduxit te, ad quem frater uenit, uolens mutuare peccuniam, & cum haberet, mentitus est dicens, se non habere, et non dedit ei. Ex hoc ergo cognosce, quia falsator est. Frater ergo surgens diluculo uenit ad senem, & nunciauit ei hæc ipsa. Senex uero dixit. Verum est quia habebam, & quia frater uenit querens mutuare & non dedi ei, sed sciebam quia si darem ei, damnum animæ suæ faceret. Cogitaui ergo potius unum mandatum preterire, quam decem præuaricari, ex quibus in tribulationem uenire potuissemus pro illo, si à me pecuniam accepisset. Tu autem Dæmones qui te seducere uolunt, non audias. Et multum confortatus de uerbis senis, abijt in cellam suam.

ALIVD.

Cuidam fratri apparuit Diabolus transformatus in Angelum lucis, & dixit ad eum. Ego sum

gelus Gabriel, quare clausisti occulos tuos. Ego n missus ad te. Ille autem dixit ei. Vide ne forte alium missus sis, ego enim non sum dignus ut gelus mittatur ad me. Diabolus autem statim comparuit.

ALIVD.

Dicebant senes. Quia si uel pro ueritate Anus tibi appareat, non suspicias facile, sed humiemetipsum dicens. Non sum dignus uidere Anm, uiuens in peccatis.

ALIVD.

Narrauerunt de alio sene, quia sedens in cella & sustinens tentationes uiderit Dæmones mate, & contempserit eos. Cum autem diabolus deret uinci à sene, uenit et ostendit se ei dicens. sum Christus, quare clausisti oculos tuos. Et ondens senex dixit ei, Ego hinc Christum uolo re, sed in alia uita. Audiens autem hæc Dias non comparuit.

ALIVD.

Alterum senen uolenten saducere, Dæmones runt ei. Vis uidere Christum? Et ille dixit. hema uobis, & de quo dicitis. Ego autem Christo dicenti credo. Si quis uobis dixerit, ic Christus, ecce illic, nolite credere. Quo di tim non comparuerunt.

ALIVD.

Narrauerunt de alio sene, quia perseuerauit ieiunans septuaginta hebdomadas, semel in hebdomada reficiens. Hic postulabat à DEO de quodam sermone scripturarum sanctarum, & non reuelabat ei Deus. Dixit ergo in semetipso, ecce tantum laborem assumpsi & nihil profeci, uado ergo ad fratrem meum & requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset hostium ut abiret, missus est ad eum Angelus Domini dicens. Septuaginta hebdomadæ quas ieiunasti non te fecerunt proximum Deo, nunc uero quando ita humiliatus es, ut ad fratrem tuum pergeres, missus sum tibi indicare sermonem. Et aperiens ei de re quam quærebat discessit Angelus ab eo.

ALIVD.

Dicebant de quodam fratre, quia sedebat in Eremo & seducebatur à Dæmonibus per multos annos, ipse uero existimabat, quia Angeli essent. Egrediebatur autem pater eius secundum carnem per tempus & uisitabat eum. Vna autem dierum pater tulit bipennem secum dicens, quia reuertens afferam mihi pauca ligna. Et perueniens unus Dæmon, dixit ad filium eius. Ecce Diabolus ueniet ad te similitudine patris tui, habens bipennem

NON (

pennem ut impu
illam bipennem.
secundum consu
eius bipennem a
continuo adhæ
bat eum.

Hero M
mutabilem ieiu
& solitudinis
est, ut nec dic
solueret. Cum
nitate ad Eccl
non affuit, ne
minis parui, à
quà præsumpt
angelum lucis
eiusq; præcept
profundißimu
scilicet uirtuti
exisset illæsus,
labore semiuiu
uit, & quod bi
obstinatione pe
persuaderi, qu
lusus.

ı ut impugnet te. Te ergo præueniens tolle
ipennem ab eo & occide eum. Igitur pater
ım consuetudinem uenit, & accipiens filius
ennem ab ipso percußit eum & occidit, &
'o adhæsit ei spiritus malignus & suffoca-
l.

ALIVD.

Hero Monachus tanto rigore animi sui im-
'em ieiunij continentiam semper exercuit,
udinis ac cellulæ secreta iugiter sectatus
ıec die sancti Paschæ rigorem abstinentiæ
. Cumq; omnes Eremitæ pro tanta solen-
d Ecclesiam pariter conuenissent, solus ille
iit, ne quantulumcunq; perceptione legu-
trui, à suo proposito uideretur relaxasse.
sumptione deceptus angelũ Sathanæ uelut
ı lucis suscipiens cum summa ueneratione,
'æceptis obediens, semetipsum in puteum
ißimum præcipitem iactauit, magnum
iirtutis suæ meritum probaturus, cum inde
llæsus, de quo puteo cum grandi fratrum
:miuiuus extractus, uitam tertia die fini-
uod his deterius eis, ita in deceptionis suæ
one permansit, ut ei nullatenus potuisset
ri, quod Dæmonum calliditate fuisset de-

ALIVD.

Quid etiam de illo Monacho commemorem, eius nomen, qui adhuc superest, sileo? Qui dum longo tempore Dæmonem in Angeli cœpit claritate, reuelationibus eius sæpe deceptus, credidit eum internuncium esse iusticiæ. Nam per omnes noctes in cellula eius lumen absq; ullius lucernæ officio prebebat Diabolus, ad extremum uero iussit eum, ut filium suum qui cum eo pariter in eodem Monasterio commanebat, deuotus Deo offeret uictimam, ut scilicet hoc sacrificio Abrahæ Patriarchæ meritis coequaretur, cuius uerbis ille in tantum est seductus, ut hoc confestim opere perfecisset, nisi puer de cella manibus eius elapsus concitus aufugisset.

ALIVD.

Fuit & alius Monachus qui nimiam semper tenuit abstinentiam, Quiq; per annos multos, singulariter in cella reclusus, perpaucis imitabilem exhibuit abstinentiam. Hic ad extremum ita est Diabolicis reuelationibus delusus, ut post annos labores atq; uirtutes, quibus alios Manachos excesserat, at Iudaismum & circumcisionem carnis miserabiliter sit lapsus. Post multa namq; tempora, Diabolus uelut nuncius ueritatis, ostendebat

debat

li per uana somnia & per quasdam inanes iones, Christianorum atq; Monachorum um, tenebrosum ac tetrum omniq; macie i atq; deformem, & econtra ostendebat illi m plebem summa lęticia tripudiantem, ; lumine coruscantem. Ac proinde com t eum, ut si mallet beatidudinis illorũ par fici, circumcisionem quoq; suscipere, fe

ONTRA SPIRI tum blasphemiæ.

VIDAM *frater impugnabatur à spiritu blasphemiæ, & erubescebat dicere, & q; audisset magnos senes, pergebat ad eos, eclararet, & mox ut perueniebat, uere itur dicere. Cum autem frequenter ad Ab imenium ueniret, uidit eum senex haben itationes, & dicit ei. Ecce frequenter ue e habens cogitationes, & sic iterum re istis tecum illas portans, dic ergo mihi est quod habes? At ille dixit. In blasphe ugnat me Diabolus, & erubesco dicere, ut aperuit causam, leuior impugnatio paruit.*

Et dixit ei senex, ne contristeris fili. Quando enim hæc cogitatio aduenit, dic. Ego hac causa opus non habeo, blasphemia tua super te sit Sathana. Hanc enim causam anima non uult. Quamcumq; enim causam anima noluerit non diu permanebit, Et ita frater ille discessit.

CARITATIS EXEMplum, ut alter alterius onus portet.

DVO *fratres Monachi abierunt in proximam ciuitatem, ut distraherent quæ manibus suis per totum annum operati essent. Vnus autem ex eis egressus est, ut quædam sibi necessaria emeret, alius autem solus in hospitio remansit & instigante Diabolo, cecidit in fornicationem. Cum autem reuersus uenit frater dixit ei. Ecce distraximus quæ necessaria erant, reuertamur nunc ad cellulam nostram. Respondens autem frater, dixit ei. Non possum reuerti. Cumq; deprecaretur eum frater suus dicens, quapropter non reuerteris ad cellulam. Ille confessus est ei dicens. Quia ego cum discessisti à me, cecidi in fornicationem, ideo nolo reuerti. Volens autem lucrari & saluare ani-*

mam

us frater suus, cum sacramento dixit ei,
& ego cum separatus fuissem à te, lapsus
iliter in fornicationem, ueruntamen re-
ur ad cellulam, & ponamus nos in pœni-
. Omnia enim poßibilia sunt DEO, ut pœ-
: nobis indulgentiam donare dignetur, ut
io igne tormentis & pœnis inferni tarta-
ruciemur, ubi pœnitentia non est, sed ignis
sine cessatione & dira tormenta. Ita ergo
sunt ad cellulam suam. Abierunt autem ad
patres, & prostrauerunt se ad uestigia eo-
n multo ululatu & lachrymis gementes,
fessi sunt illis, quæ euenisset eis ruinæ ten-
Quicquid autem præceperunt sancti seni-
docuerunt eos in causa pœnitentiæ ita
cerunt. Ille ergo alius frater, qui non pec-
pro fratre qui peccauerat, pœnitentiam
uasi et ipse peccasset, eo quod multam ca-
circa eum haberet. Videns autem domi-
tem caritatis eius, infra pauca tempora re
inctis patribus, qualis esset causa, & quia
caritatem illius qui non peccauerat, & se
it pro salute fratris, idcirco indulgen-
auit ei dominus, qui peccasset. Ecce hoc
cut scriptum est, quia posuit animam su-
alute fratris sui.

IN COENA DOMINI, Panem uerum corpus, Vinum uerum sanguinem Christi esse.

NArrauit iterum Abbas Daniel dicens, dixit pater noster Arsenius de quodam sene in Scithi qui erat magnus in hac uita, simplex autem in fide, & errauit pro eo quod erat idiota, & dicebat non esse naturaliter corpus Christi panem consecratum quem sumimus, sed figuram eius esse. Hoc audientes duo senes, quod diceret hunc sermonem, & scientes quia magna esset uita eius et conuersatio, cogitauerunt, quia innocenter et simpliciter diceret hoc, uenerunt ad eum & dicunt ei. Abba audiuimus sermonem cuiusdam infidelis, qui dicit, quia panis quem sumimus, non naturaliter corpus Christi est, sed figura eius. Senex autem ait eis, ego sum, qui hoc dixi, Illi autem rogabant eum dicentes. Non sic teneas Abba, sed sicut Ecclesia Catholica tradidit, nos autem credimus quia panis ipse, corpus CHRisti est, calix ipse sanguis Christi secundum ueritatem, & non secundum figuram, sed sicut in principio puluerem de terra accipiens, plasmauit hominem ad imaginem suam, & nemo potest dicere, quia non erat imago Dei, quam-

uamuis de terra & puluere sit, ita et panis quem
ixit, quia corpus meum est, credimus quia secun-
um ueritatem corpus Christi est. Senex autem ait
s. Nisi re ipsa cognouero, non mihi satis faciat
itio uestra. Illi autem dixerunt ei, deprecemur
eum hebdomada hac de mysterio hoc & credi-
us, quia Deus reuelabit nobis. Senex autem cum
udio suscepit sermonem istum, & deprecabatur
eum dicens, Domine, tu congnoscis, quoniam non
r malitiã incredulus sum rei huius sed per igno
ntiam errem, reuela ergo mihi Domine IESV
riste, quod uerum est, Sed & illi senes abeuntes
cellas suas, rogabant & ipsi Deum dicentes. Do
ie Iesu Christe, reuela seni isti mysterium hoc,
redat & non perdat laborem suum. Exaudiuit
em Dominus utrosq;, & hebdomada completa,
erunt Dominica die in Ecclesiam, & sederunt
tres soli super sedile de scirpo, quod in modum
is erat ligatum, medius autem sedebat senex il-
Aperti sunt autem intellectuales oculi eorum,
quando sunt positi panes in Altare, uidebatur
tantummodo tribus tanquam puerulus iacens
r Altare, & cum extendisset Presbyter ma-
ut frangeret panem, descendit Angelus de cœ-
ibens cultrũ in manu et sacrificauit puerulum
n, sanguimem uero eius excipiebat in calicem.
Cum

ALIVD.

Narrauerunt de alio sene, quia perseuerauit ieiunans septuaginta hebdomadas, semel in hebdomada reficiens. Hic postulabat à DEO de quodam sermone scripturarum sanctarum, & non reuelabat ei Deus. Dixit ergo in semetipso, ecce tantum laborem assumpsi & nihil profeci, uado ergo ad fratrem meum & requiram ab eo. Qui cum egressus clausisset hostium ut abiret, missus est ad eum Angelus Domini dicens. Septuaginta hebdomadæ quas ieiunasti non te fecerunt proximum Deo, nunc uero quando ita humiliatus es, ut ad fratrem tuum pergeres, missus sum tibi indicare sermonem. Et aperiens ei de re quam quærebat discessit Angelus ab eo.

ALIVD.

Dicebant de quodam fratre, quia sedebat in Eremo & seducebatur à Dæmonibus per multos annos, ipse uero existimabat, quia Angeli essent. Egrediebatur autem pater eius secundum carnem per tempus & uisitabat eum. Vna autem dierum pater tulit bipennem secum dicens, quia reuertens afferam mihi pauca ligna. Et perueniens unus Dæmon, dixit ad filium eius. Ecce Diabolus ueniet ad te similitudine patris tui, habens bi-

pennem ut impugnet te. Te ergo præueniens tolle illam bipennem ab eo & occide eum. Igitur pater secundum consuetudinem uenit, & accipiens filius eius bipennem ab ipso percußit eum & occidit, & continuo adhæsit ei spiritus malignus & suffocabat eum.

ALIVD.

Hero Monachus tanto rigore animi sui immutabilem ieiunij continentiam semper exercuit, & solitudinis ac cellulæ secreta iugiter sectatus est, ut nec die sancti Paschæ rigorem abstinentiæ solueret. Cumq; omnes Eremitæ pro tanta solennitate ad Ecclesiam pariter conuenissent, solus ille non affuit, ne quantulumcunq; perceptione leguminis parui, à suo proposito uideretur relaxasse. Sua præsumptione deceptus angelũ Sathanæ uelut angelum lucis suscipiens cum summa ueneratione, eiusq; præceptis obediens, semetipsum in puteum profundißimum præcipitem iactauit, magnum scilicet uirtutis suæ meritum probaturus, cum inde exisset illæsus, de quo puteo cum grandi fratrum labore semiuiuus extractus, uitam tertia die finiuit, & quod his deterius eis, ita in deceptionis suæ obstinatione permansit, ut ei nullatenus potuisset persuaderi, quod Dæmonum calliditate fuisset deceptus.

ALIVD.

Quid etiam de illo Monacho commemorem, eius nomen, qui adhuc superest, sileo? Qui dum longo tempore Dæmonem in Angeli cœpit claritate, reuelationibus eius sæpe deceptus, credidit eum internuncium esse iusticiæ. Nam per omnes noctes in cellula eius lumen absq; ullius lucernæ officio prebebat Diabolus, ad extremum uero iussit eum, ut filium suum qui cum eo pariter in eodem Monasterio commanebat, deuotus Deo offeret uictimam, ut scilicet hoc sacrificio Abrahæ Patriarchæ meritis coequaretur, cuius uerbis ille in tantum est seductus, ut hoc confestim opere perfecisset, nisi puer de cella manibus eius elapsus concitus aufugisset.

ALIVD.

Fuit & alius Monachus qui nimiam semper tenuit abstinentiam, Quiq; per annos multos, singulariter in cella reclusus, perpaucis imitabilem exhibuit abstinentiam. Hic ad extremum ita est Diabolicis reuelationibus delusus, ut post annos labores atq; uirtutes, quibus alios Manachos excesserat, at Iudaismum & circumcisionem carnis miserabiliter sit lapsus. Post multa namq; tempora, Diabolus uelut nuncius ueritatis, ostendebat

ebat illi per uana somnia & per quasdam inanes euelationes, Christianorum atq; Monachorum xercitum, tenebrosum ac tetrum omniq; macie :pidum atq; deformem, & econtra ostendebat illi ıdæorum plebem summa lęticia tripudiantem, ıgentiq; lumine coruscantem. Ac proinde comwonebat eum, ut si mallet beatidudinis illorũ parceps effici, circumcisionem quoq; suscipere, feinaret.

CONTRA SPIRItum blasphemiæ.

QVIDAM frater impugnabatur à spiritu blasphemiæ, & erubescebat dicere, & :oscunq; audisset magnos senes, pergebat ad eos, illis declararet, & mox ut perueniebat, uerendabatur dicere. Cum autem frequenter ad Abtem Pimenium ueniret, uidit eum senex haben n cogitationes, & dicit ei. Ecce frequenter ue ad me habens cogitationes, & sic iterum re :as, tristis tecum illas portans, dic ergo mihi , quid est quod habes? At ille dixit. In blasphe a impugnat me Diabolus, & erubesco dicere, mox ut aperuit causam, leuior impugnatio is apparuit.

Et dixit ei senex, ne contristeris fili. Quando enim hæc cogitatio aduenit, dic. Ego hac causa opus non habeo, blasphemia tua super te sit Sathana. Hanc enim causam anima non uult. Quamcumque enim causam anima noluerit non diu permanebit, Et ita frater ille discesit.

CARITATIS EXEMplum, ut alter alterius onus portet.

DVO fratres Monachi abierunt in proximam ciuitatem, ut distraherent quæ manibus suis per totum annum operati essent. Vnus autem ex eis egressus est, ut quædam sibi necessaria emeret, alius autem solus in hospitio remansit & instigante Diabolo, cecidit in fornicationem. Cum autem reuersus uenit frater dixit ei. Ecce distraximus quæ necessaria erant, reuertamur nunc ad cellulam nostram. Respondens autem frater, dixit ei. Non possum reuerti. Cumque deprecaretur eum frater suus dicens, quapropter non reuerteris ad cellulam. Ille confessus est ei dicens. Quia ego cum discesisti à me, cecidi in fornicationem, ideo nolo reuerti. Volens autem lucrari & saluare ani-

mam

mam eius frater suus, cum sacramento dixit ei, Quia & ego cum separatus fuissem à te, lapsus sum similiter in fornicationem, ueruntamen reuertamur ad cellulam, & ponamus nos in pœnitentibus. Omnia enim poßibilia sunt DEO, ut pœnitentiæ nobis indulgentiam donare dignetur, ut in æterno igne tormentis & pœnis inferni tartara non cruciemur, ubi pœnitentia non est, sed ignis semper sine cessatione & dira tormenta. Ita ergo reuersi sunt ad cellulam suam. Abierunt autem ad sanctos patres, & prostrauerunt se ad uestigia eorum cum multo ululatu & lachrymis gementes, & confeßi sunt illis, quæ euenisset eis ruinæ tentatio. Quicquid autem præceperunt sancti seniores & docuerunt eos in causa pœnitentiæ ita omnia fecerunt. Ille ergo alius frater, qui non peccauerat, pro fratre qui peccauerat, pœnitentiam agebat quasi et ipse peccasset, eo quod multam caritatem circa eum haberet. Videns autem dominus laborem caritatis eius, infra pauca tempora reuelauit sanctis patribus, qualis esset causa, & quia propter caritatem illius qui non peccauerat, & se afflixerat pro salute fratris, idcirco indulgentiam donauit ei dominus, qui peccasset. Ecce hoc ita est sicut scriptum est, quia posuit animam suam pro salute fratris sui.

IN

IN COENA DOMIni, Panem uerum corpus, Vinum uerum sanguinem Christi esse.

NArrauit iterum Abbas Daniel dicens, dixit pater noster Arsenius de quodam sene in Scithi qui erat magnus in hac uita, simplex autem in fide, & errauit pro eo quod erat idiota, & dicebat non esse naturaliter corpus Christi panem consecratum quem sumimus, sed figuram eius esse. Hoc audientes duo senes, quod diceret hunc sermonem, & scientes quia magna esset uita eius et conuersatio; cogitauerunt; quia innocenter et simpliciter diceret hoc, uenerunt ad eum & dicunt ei. Abba audiuimus sermonem cuiusdam infidelis, qui dicit, quia panis quem sumimus, non naturaliter corpus Christi est, sed figura eius. Senex autem ait eis, ego sum, qui hoc dixi, Illi autem rogabant eum dicentes. Non sic teneas Abba, sed sicut Ecclesia Catholica tradidit, nos autem credimus quia panis ipse, corpus CHRisti est, calix ipse sanguis Christi secundum ueritatem, & non secundum figuram, sed sicut in principio puluerem de terra accipiens, plasmauit hominem ad imaginem suam; & nemo potest dicere, quia non erat imago Dei, quam-

quamuis de terra & puluere sit, ita et panis quem dixit, quia corpus meum est, credimus quia secundum ueritatem corpus Christi est. Senex autem ait eis. Nisi re ipsa cognouero, non mihi satis faciat ratio uestra. Illi autem dixerunt ei, deprecemur Deum hebdomada hac de mysterio hoc & credimus, quia Deus reuelabit nobis. Senex autem cum gaudio suscepit sermonem istum, & deprecabatur Deum dicens, Domine, tu congnoscis, quoniam non per malitiã incredulus sum rei huius sed per ignorantiam errem, reuela ergo mihi Domine IESV Christe, quod uerum est, Sed & illi senes abeuntes in cellas suas, rogabant & ipsi Deum dicentes. Domine Iesu Christe, reuela seni isti mysterium hoc, ut credat & non perdat laborem suum. Exaudiuit autem Dominus utrosq;, & hebdomada completa, uenerunt Dominica die in Ecclesiam, & sederunt ipsi tres soli super sedile de scirpo, quod in modum fascis erat ligatum, medius autem sedebat senex ille. Aperti sunt autem intellectuales oculi eorum, & quando sunt positi panes in Altare, uidebatur illis tantummodo tribus tanquam puerulus iacens super Altare, & cum extendisset Presbyter manus ut frangeret panem, descendit Angelus de cœlo habens cultrũ in manu et sacrificauit puerulum istum, sanguimem uero eius excipiebat in calicem.

Cum

Cum autem frangeret Presbyter in paruis partibus panem, etiam Angelus incidebat membra pueri in modicas partes. Cum autem accesisset senex ut acciperet sanctam communeonem, data est ipsi soli caro sanguine cruenta. Quod cum uidisset, pertimuit et clamauit dicens. Credo Domine, quia panis qui in Altari ponitur, corpus tuum est, & calix sanguis tuus est. Et statim facta est illa caro in manu eius panis secundum mysterium, & sumpsit illud in ore agens gratias Domino Deo.

CIBI CVM ORATIOne & gratiarum actione percipiendi.

ERAT quidam magnus senex præuidus, & contigit eum manducare cum pluribus fratribus, & camedentibus illis uidebat in spiritu idem senex sedēs ad mensam quosdam edentes mel, alios autem panes, alios uero stercus. Et mirabatur intra semetipsum, & deprecabatur Deum dicens. Domine reuela mihi mysterium hoc, quod idem cibus omnibus appositus est super mensam, & in manducando ita immutatus uidetur, ut quidam

dam edant mel, quidam autem panem, alij uero stercus. Et uenit ei uox desuper dicens. Illi qui manducant mel, hi sunt, qui cum timore & tremore & gratiarum actione edunt ad mensam & incessanter orant, & oratio eorum sicut incensum ascendit ad Deum, ideoq; mel comedunt. Qui autem panem manducant, hi sunt qui gratias agentes percipiunt ea quæ à Deo donata sunt illis. Alij uero qui stercus manducant, hi sunt qui murmurant, & dicunt, hoc bonum est, id malum est; hæc autem talia non oportet cogitare, sed magis glorificare Deum atq; laudes ei offerre, ut in nobis impleatur illud quod dictum est. Siue manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia in gloriam DEI facite.

ELEEMOSINAM PRAEbentes benedicuntur.

SENEX quidam cum alio uno fratre, habebat communem uitam. Erat autem ille senex misericors. Contigit autem ut fieret fames, & cœperunt quidam ad hospitium eius, ut acciperent Agapem. Senex uero omnibus uenientibus ministrabat panem. Videns autem frater quod fiebat,

dicit seni. Da mihi partem meam de panibus, & quod uis de parte tua fac. Senex autem diuisit panes, & faciebat more solito Eleemosinam de parte sua. Multi autem concurrebant ad senem, audientes quod omnibus daret. Videns autem DEVS propositum uoluntatis eius benedixit panes, frater autem ille qui acceperat partem suam, & nulli dabat, consumpsit panes suos, & dixit seni. Quoniam modicum est quod adhuc habeo de panibus meis Abba, suscipe me ad communem uitam. Et dixit ei senex. Quomodo uis, facio. Et cœperunt iterum simul esse & communiter uiuere. Facta autem iterum abundantia uictualium, ueniebant iterum indigentes ut acciperent Agapem. Contigit autem una die, ut intraret frater ille, & uideret quomodo deficerent panes. Venit autem & pauper postulans Agapem. Senex autem dixit fratri illi, Da ei panem. Et dixit. Iam non habeo pater. Et dixit senex. Intra & quære. Ingressus autem frater, attendit & uidit repositiones in quibus panes haberi solent repletas panibus. Quod cum uidisset, timuit, & tollens dedit pauperi, atq; ita agnoscens fidem & uirtutem senis glorificauit Deum.

FIDES

FIDES RESVRRE-ctionis mortuorum.

ABbas Sysoius cum habitaret in monte, in quo erat beatus Antonius reclusus, quidam ularis ad eum cum filio proprio percipiendæ benedictionis gratia properabat. Contigit autem ut ans moreretur in uia. Quem pater sine ulla tubatione mentis sublatum cum fide portauit enem, ingressusq́; cellulam, tam se, quam infan-proiecit in terram, ut est moris postulantium ediŀtionem. Oratione autem expleta, exur- pater, egressus est, filij corpusculo derelicto pedes Abbatis. Quem cum adhuc senex oran-iusa iacere speraret, surge inquit fili & egre-, defunctum enim esse nesciebat. Confestimq; exurgens egressus est. Cumq; uidisset pater obstupuit, regressusq; in cellulam adorato se-m causam filij, quam luctum cum fide narra-Sed senex ualde mœstus effectus est, non enim e quicquam tale uolebat audiri factum. Sed per discipulum suum homini illi, ne cui-quam ad transitum suum hoc diceret imperauit

ALIVD.

Dicebat Abbas Sysoys, quando eram in Scithi cum Abba Machario ascendimus metere cum eo septem nomina, & ecce una fidua colligebat spicas post nos, & non cessabat plorans. Vocauit ergo senex Dominum agri illius, & dixit ei. Quid est aniculæ huic, quod sic plorat? Qui dixit ei, quia uir eius habuit depositum cuiusdam, & mortuus est, non loquens, non dixit ubi posuit illud, & uult Dominus depositi illius accipere eam, & filios eius in seruitutem. Et ait ei senex. Dic illi ut ueniat ad nos, ubi requiescimus in caumate. Et cum uenisset dicit ei senex. Vt quid sic ploras? Quæ ait. Vir meus defunctus est accipiens commendatum alicuius & non dixit moriens ubi posuerit illud. Et dicit ei senex. Veni & ostende mihi sepulchrum uiri tui. Et assumptis secum fratribus abijt cum ea, & cum uenissent ad locum ubi positus erat uir eius, dixit ad illam senex. Recede hinc in domum tuam, & orantibus illis uocauit senex eum qui mortuus fuerat, dicens, Vbi posuisti alienum depositum? Qui respondens dixit ei. In domo mea absconditum est sub pede lectuli mei. Et ait illi senex. Dormi iterum usq; in diem resurrectionis. Videntes autem fratres, præ timore ceciderunt ad pedes eius. Quibus dixit

xit senex. Non propter me factum est hoc, nihil im sum, sed propter illam uiduam & orphanos ius fecit Deus rem hanc. Hoc autem scitote, quia e peccato uult Deus esse animam, & si quid perit, accipit. Veniens autem nunciauit uiduae illi i positum erat illud, commendatum. At illa sunsillud, reddit domino suo, & liberauit filios 's, et qui audierunt hoc glorificauerunt Deum.

ALIVD.

Transiens aliquando Abbas Aemilius per ndam locum, uidit quendam Monachum, de:um à quibusdam tanquam homicidam. Acces autem senex interrogauit causam, & como quam ob causam calumniarentur ei, dicit ad qui eum tenebant, ubi est ille qui occisus est? stenderunt illi. Tunc approximans ipsi defundicit omnibus, Orate. Ipse uero expandente us ad Deum, surrexit is qui defunctus erat, ixit ei coram omnibus. Dic nobis quis est qui fecit te? Qui respondens ait. Ingressus Eccles commendaui peccuniam Presbijtero, ipse ue gens occidit me, & portans proiecit me in isterium Abbatis huius. Sed rogo uos ut tollan se pecuniae ab eo, & dentur filijs meis. Tunc eum senex. Vade dormi donec ueniat Domi r resuscitet te, & confestim obdormiuit.

ALIVD.

Venerunt aliquando plures seniores ad Abbatem pastorem, et ecce quidam de cognatis ipsius Abbatis, habebat filium, & erat facies eius per operationem Diaboli conuersa retrorsum. Videns autem pater eius multitudinem Patrum, accipiens puerum sedebat foris plorans. Contigit autem ut unus seniorum egrederetur foras. Qui cum uidisset patrem pueri, ait illi. Quid ploras homo? Qui ait. Cognatus sum Abbatis pastoris, & ecce contigit huic puero tentatio ista, & uolens eum isti seni offerre ut curaret eum timui. Non enim uult nos uidere, et nūc si cognouerit quia hic sum persequens mittit & minat me hinc. Ego uero uidens præsentiam uestram, præsumpsi uenire huc. Ergo quomodo uis miserere mei, & introduc intus puerum istum & ora pro ipso, & accipiens eum senex intrauit & usus est prudenter, & non statim eum obtulit Abbati pastori, sed incipiens à minimis fratribus dicebat. Consignate puerum istum. Cum autem fecisset omnes per ordinem consignare eum, ad ultimum obtulit eum Abbati pastori, qui nolebat tangere eum. At illi rogabant eum dicentes ut omnes, ita & tu pater fac. Et ingemiscens surrexit & orauit dicens.

Deus

eus salua plasma tuum, ut non dominetur ei ini-
icus. Et consignans curauit eum, ac reddidit pa-
i suo sanum.

IDEI MIRACVLO-
sum Exemplum.

Enex quidam erat solitarius iuxta Iordanem
fluuium, & ingressus propter Cauma in spe-
cam & inuenit ibi Leonem, & cœpit fremere
dentibus suis ac rugire. Dixit autem ei senex,
d angustiaris? Est locus qui capiat me & te.
ero non uis, surgens egredere hinc. Leo autem
fremens egressus est inde foras.

ALIVD.

Ascendit quidam senex aliquando de Scithi in
imytum, & ibi diuertit, & uidentes homines
rem abstinentiæ eius obtulerunt ei modicum
Alij autem audientes de ipso, adduxerunt eum
ominem quendam Dæmonum habentem.
it autem Dæmon ille maledicere senem illum
is. Ad istum potatorem uini me adduxistis?
nex quidem propter humilitatem nolebat eũ
re, propter improperium uero eius dixit.

Credo in Christo, priusquam finem faciam bibendi calicem istum, egredieris ab eo. Et cum cepisset senex bibere, clamauit Dæmon dicens. Incendis me. Et antequam consumeret bibens exiuit Dæmon per gratiam Dei.

CONTRA FIDVCIam operum.

ASTiterunt aliquando Abbati Arsenio Dæmones in cella sedenti, & tribulabant eum. Superuenerunt autem ei fratres, qui ei ministrare solebant, stantesq; extra cellam audiebant eum clamantem ad Dominum & dicentem, Domine non me derelinquas, quia nihil boni feci coram te, sed præsta mihi secundum benignitatem tuam saltem, modo assumere initia bene uiuendi.

ALIVD.

Dicebant de Abbate Bambo, quia in ipsa hora, qua discedebat ex hac uita, dixit astantibus sibi sanctis uiris, Quia ex quo ueni in hunc locum solitudinis, & fabricaui mihi hanc cellam & habitaui hic, extra laborem manuum mearum non recolo me comedisse panem nec pœnituisse de sermone

ione quem locutus sum usq; ad hanc horam, & cuado ad Dominum, quasi qui nec initium fecerim seruiendi Domino.

HAERETICI CRImen confutandum, ad alia non uere obiecta crimina taceri posse.

Vit etiam de magnis partibus quidam senior nomine Agathon, nominatissimus in uirtute militatis & patientiæ. Quodam autem tempore perrexerunt ad uisitandum eum fratres. Audientes enim de eo quod magnam humilitatem haberet, uolentesq; probare, si uere humilitatis patientiam possideret, dixerunt ei, Multi scandalizantur in te pater, quia nimis uicio superbiæ teneris, & ideo alios despicias, & pro nihilo eos ducas, sed & detractiones aduersus fratres non cesses loqui. Affirmant etiam quam plurimi, quod ideo agas, quia fornicationis uicio tenearis, & solus uidearis errare, idcirco alijs non cesses detrahere. Ad hæc respondens senior, ait. Hæc omnia quæ dixistis uicia in me esse cognosco, nec possum negare tantas iniquitates meas, Procidensq;

pronus in terram adorabat eosdem fratres dicens. Deprecor uos fratres, ut intentius pro me misero, & multis peccatis obnoxio, Christum Dominum exorare non cessetis, ut indulgentiam tribuat iniquitatibus meis multis ac malis. Ad hæc supradicti fratres addentes dixerunt ei. Non te lateat etiam hoc, qui Hæreticum te esse quam plurimi affirmant. Hoc autem cum audisset senior, dixit eis. Licet in alijs multis peccatis obnoxius sim, absit hoc ab anima mea. Tunc omnes qui ad eum uenerant prostrauerunt se in terram ad pedes eius, obsecrantes eum ac dicentes. Precamur te Abba, ut dicas nobis, cur tanta uicia & peccata dicentibus nobis de te in nullo commotus es, de uerbo autem Hæretici ualde te commouisti. & abominatus es, nec sufferre potuisti auditum. Dicit eis senior. Illas priores culpas ac peccata propter humilitatem sustinui, ut peccatorem me esse crederetis. Nouimus enim si custodiatur humilitatis uirtus, magnus fructus est animæ. Nam Dominus & saluator noster Iesus Christus, cum ei Iudæi multas contumelias & conuicia irrogassent, patienter cuncta tollerauit, ut nobis humilitatis preberet exempla. Immissi enim falsi testes multa aduersus eum falsa dixerũt, & usq; ad mortem cuncta sustinuit. Ita enim & Apostolus Petrus prædicabat dicens, Christus passus est

: est pro uobis, uobis relinquens exemplum, ut
[uamini uestigia eius. Oportet igitur ut patien-
r cum humilitate cuncta aduersa sustineamus.
rmonem autem quem obiectis de Hæresi non
ɔtui sustinere, quia Hæresis separatio est à Deo.
æreticus enim separatur à Deo uiuo & uero, &
niungitur Diabolo & Angelis eis. Alienatus
im à Christo, non habet Deum quem exoret pro
ccatis suis, quia ex omni parte perijt. Si autem
nuersus fuerit ad ueram & Catholicam sanctæ
clesiæ fidem, suscipitur à bono & pio saluatore
stro Christo, & reconiungitur Deo uero crea-
ri & saluatori nostro Christo.

Hæresis quanta sit pestis.

[H]AERESIS FVGIEN-
a cuius acerrimus hostis fuit Antonius, de quo uide eius uitam.

DIxit Abbas Theodorus de Firme. Si habes amicitias cum aliquo, et contigit eum ten-
ionem fornicationis incurrere, si potes da ei
num & trahe illum sursum, si autem errorem
quem fidei incurrit, & non tibi acquiescit re-
ti, cito incide amicitias eius abs te, ne forte re-
rans traharis cum eo in profundum.

Contra

CONTRA HIPPOCRISIN & uitam Monasticam.

QVidam de fratribus in Panepho ad Abtem Ioseph perrexerunt, ut requirerent de susceptione fratrum, si liceret cum his illo tempore uel fiduciam habere uel leticiam. At ille antequam requirerent eum, dicit discipulo suo. Quod facturus sum hodie fili ne mireris. Et posuit duo sedilia illis qui uenerant, & dicit eis, sedete. Et posuit unum à dextris suis, & alternum à sinistris, & ingressus cellulam suam, misit sibi uestimenta corrupta, & egressus transijt in medio eorum. Et iterum ingressus misit alia meliora, quibus solebat die festo uti, & egressus est postea ad eos. Iterum autem ingressus quotidiano uestimento suo uestitus uenit, & sedit inter eos. Illi autem mirati sunt, & obstupuerunt propter hoc factum. Dicit eis senex: Vidistis quid feci? Cum autem illi annuissent, dicit eis. Et quid feci? Et dicunt ei. Primum uestimento corrupto usus es, et postea alio meliori. Et dicit eis: Nunquid mutatus sum, ex illo inhonesto, aut ex illo meliore? Dicunt ei, non. Quibus senex ait. Si ergo idem ego sum in utrisq;, & non sum mutatus, & sicut illud primum non mihi nocuit,

uit, ita nec secundum mutauit. Sic ergo debemus
cere in occursione fratrum, ut quando præsentes
nt, cum fiducia et læticia suscipiamus eos. Quan-
autem soli sumus, opus est ut luctus et abstinen-
t permaneant in nobis. Illi uero audientes, quæ in
rdibus suis habebant, antequam requirerent e-
t, glorificauerunt Deum & læti discesserunt.

ALIVD.

Abbas Siluanus sedens aliquando cum fratri-
s in Speleo, factus est in excessu mentis, & ce-
lit in faciem suam, & post multum surgens plo-
at. Et interrogauerunt fratres eum dicentes.
uid habes pater? Ille uero tacebat & flebat.
mpellantibus autem illis dixit. Ego ad iuditium
tus sum, & uidi multos de habitu nostro cun-
in tormenta, & multos seculares ad regnum.
lugebat senex, & nolebat deinceps exire de cel-
ua. Sed si exire cogebatur, operiebat capucio
em suam dicens, Quid necesse est uidere lumen
d temporale in quo nihil est utile.

ALIVD.

Misit aliquando sanctus Epiphanius Episco-
Cyprius, ad Abbatem Hylarionem, rogans
& dicens. Veni ut nos uideamus, antequam
de corpo-

de corpore exeamus. Qui cum uenissent ad inuicem, manducãtibus eis allatum est de auibus quiddam. Quod tenens Episcopus, dedit Abbati Hylarioni. Et dixit ei senex. Ignosce mihi pater quia ex quo accepi habitum istum, nõ manducaui quicquam occisum. Et dixit ei sanctus Epiphanius. Ego autem ex quo accepi habitum istum non dimisi aliquem dormire qui habebat aliquid aduersum me, neq; ego dormiui habens aliquid aduersus aliquem. Et dixit ei senex. Ignosce mihi pater, quia tua conuersatio maior est mea.

ALIVD.

Venit aliquando quidam Monachus ab urbe Roma, qui in plateis magnum nomen habuit, & habitabat in Scithi, in ciuitate Ecclesiæ. Habebat autem secum unum seruum, qui ministrabat ei, uidens autem Presbyter Ecclesiæ infirmitatem eius, & cognoscens, quia de delicijs esset uir ille, ex eo quod ei Deus donauit, uel quod Ecclesiam intrabat, transmittebat ei. Qui cum fecisset uiginti & quinq; annos in Scithi, factus est uir contemplator, præuidens & nominatus. Audiens autem quidam de magnis Monachis Aegyptijs opinionem eius, uenit uidere eum, sperans corporalem conuersationem apud eum, plus arduam

arduam inueniri. Qui cum intrasset, salutauit eum, & facientes orationem sederunt. Videns autem eum Aegyptius uestitum mollibus rebus, & mattam de papiro, & pellem stratam sub ipso & modicum capitale de carica sub capite eius, sed & pedes mundos habentem cum caligulis, scandalizatus est intra se de eo, quia in illo loco non erat consuetudo taliter canuersandi, sed magis duram abstinentiam habere consueuerant. Senex autem ille Romanus, habens contemplationem, siue præuidentiæ gratiam intellexit, quia scandalizatus fuisset Aegyptius Monachus in eo, & dixit ministerio suo. Fac nobis hodie propter Abbatem qui uenit, bonam diem. Et coxit parua olera quæ habebat, & surgentes hora competenti manducabant, habuit etiam & modicum uini, propter infirmitatem suam, & illud biberunt. Et cum factum esset uespere, dixerunt duodecim psalmos et dormierunt, similiter autem & nocte. Surgens autem mane Aegyptius, dixit ei. Ora pro me pater. Et egressus est non edificatus in eo. Et cum paululum discessisset, uolens eum senex ille Romanus sanare misit post eum, & reuocauit ipsum. Qui cum uenisset, cum gaudio iterum suscepit eum, et interrogauit eum dicens.

Ex qua prouincia es? Et ille dixit. Aegyptius sum. Cuius ciuitatis? Et respondit. Ego omnino non fui de ciuitate, nec habitaui aliquando in ciuitate. Et dixit ei. Antequam Monachus esses quid operabaris in possessione qua manebas? Et ille respondit. Custos eram agrorum. Et dixit ei, Vbi dormiebas? Respondit, in agro. Et dixit, habebas aliquod stratum? Respondit, Ego in agro ubi haberem stramenta in quibus dormirem? Et dixit. Quomodo dormiebas? Respondit. In terra nuda. Et dixit. Quid manducabas in agro, aut quale uinum bibebas? Iterum respondit. Quæ sunt escæ, aut qualis potus in agro? Et dixit, Quomodo ergo uiuebas? Respondit. Manducabam panem siccum, & si inueniebam quodcunq; de salsamentis, & bibebam aquam. Et dixit senex. Grandis labor. Et dixit. Erat ibi uel balneum in possessione ubi lauareris? Et ille dixit. Non. Sed in flumine lauabar, quando uolebam. Cum ergo hæc omnia ab eo senex ex responsione ipsius exegisset, & cognouisset modum prioris uitæ eius atq; laboris, uolens eum proficere, narrauit ei uitam suam præteritam, quam habebat, cum esset secularis dicens. Me miserum quem uides de magna illa ciuitate Romana sum, in palatio habens maximum locum apud Imperatorem, & cum

m audisset Aegyptius initia uerborum eius com-
nctus est, & solicite quæ dicebantur, audiebat:
ille adiecit. Reliqui ergo Romam, & ueni in
itudinem istam. Et iterum dixit. Me quem ui-
; habui domos magnas, & pecunias multas, &
utemnens eas, ueni in istam paruam cellam: Ite-
n dixit, Me quem uides, lectos ex auro uestitos
ui, habentes præciosissima stramenta, & pro
dedit mihi Deus stramentum hoc de papiro, et
c pellem. Sed & uestes meæ inestimabili precio
uæ erant, pro illis utor his uilibus rescellis, ite-
dixit, in prandio meo multum auri expende-
ur, & pro illo dedit mihi Deus modica olera
, & paruulum calicem uini. Erant autem &
seruiebant mihi plurimi serui, & ecce pro illis
uni Deus inspirauit, ut ministraret mihi, pro
eo autem profundo modica aqua pedes meos
, et caligulis utor propter infirmitatem meam.
ursum pro calamis & Cythara, uel alia Mu-
opera, quo delectabar in conuiuijs meis, dico
duodecim Psalmos in die, & duodecim simi-
in nocte, sed & pro peccatis meis, quæ ante
bam, modicam requiem exhibeo, paruum &
le ministerium Deo. Vnde rogo te Abba ut
candalizeris propter infirmitatem meam.

Et hæc audiens Aegyptius, atq; in semet ipsum reuersus dixit. Væ mihi misero, quia de tribulatione & plurimo labore seculi, magis ad repausandum in conuersationem Monachi ueni, & quod non habebam tunc, modo habeo, tu autem ex multa delectatione seculi uoluntate propria in tribulationem uenisti, & ex magna gloria atq; delitijs uenisti in humilitatem, & hanc paupertatem, Ex quo Aegyptius multum proficiens, discessit & factus est ei amicus, et sæpe ueniebat ad eum suæ utilitatis causa. Erat enim uir discernens & repletus bono odore Spiritus sancti.

HONOREM HAbendum corpori.

DICebant de quondam patre, quia secularis fuisset & postea conuersa, & de concupiscentia uxoris suæ, frequenter stimularetur, & narrabat hoc patribus. Qui cum uidissent, quod operarius esset, & maiora faceret quam ei dicebant, imponebant ei tam multa, ut debilitaretur corpus eius, ita ut nec surgere posset. DEO autem dispen-

ſpenſante, uenit quidam pater ut applicaret in
ithi. Et cum ueniſſet ad cellam eius, uidit eam
ertam, & pertranſiuit admirans, quomodo ne
egreſſus eſſet in occurſum eius. Et reuerſus ſta
t dicens. Ne forte frater qui in ea habitat infir
tur. Et cum pulſaſſet, intrauit, & inuenit eum
nium infirmum. Et dixit ei. Quid habes pater?
narrauit ei dicens, Ego de ſeculari uita ſum, &
citat me modo inimicus in uxore mea, & nar
uit patribus, & impoſuerunt mihi conuerſati
s onera diuerſa, & cum obedienter implere
lem, & ecce defeci, & tamen ſtimulus creſcit.
diens hoc ſenex, contriſtatus eſt, & dixit ei.
uidem patres ut potentes uiri, bene tibi impoſu
nt onera quibus graueris, ſed ſi me paruulum
lis, iacta hæc à te & ſume parum cibi in tem
e ſuo, & recolligens uires tuas, fac aliquan
um operis DEI, & iacta in DOMINO cogi
um tuum, quoniam tuo labore hanc rem non
eris ſuperare. Corpus enim noſtrum uelut
imentum eſt, ſi illud diligenter tractaueris,
ſtat, ſi autem neglexeris illud putreſcit.

Qui cum audiſſet eum, fecit ita, & intra paucos dies receßit ſtimulus ab eo.

SACERDOS IDOLorum conuersus ad Dominum ex Dæmonum colloquio.

ERant duo fratres secundum carnem quidem germani, ueruntamen uterq; in spiritali proposito Monachi existentes, insidiabaturq; eis malignus Diabolus. ut quomodocunq; eos separaret ab inuicem. Quadam igitur die ad uesperam secundum consuetudinem ille junior frater accendens lucernam, posuit super candelabrum, faciente autem malicia Dæmonum ruit candelabrum et extincta est lucerna. Per hanc occasionem insidiabatur eis malignus Diabolus, ut in litem eos incenderet. Surgensq; senior, cœpit percutere cum furore fratrem suum. Ille uero prostratus in terram, deprecabatur germanum suum dicens. Magnanimus esto domine, & ego rursus accendo lucernam. Ergo quia non respondit ei turbulentum sermonem, statimq; malignus spiritus, confusus recessit ab eis. Et pergens eadem nocte nunciauit principi Dæmonum dicens, Quoniam propter humilitatem illius Monachi qui prostratus in terra ueniam postulabat de fratre suo, non præualui in eis,

s, uidensq; Deus humilitatem eius, effudit super
m gratiam suam, & ego sentio me ualde tor-
eri atq; cruciari, quoniam non preualui sepa-
re eos ab inuicem. Hæc autem omnia uerba au-
ens Sacerdos Idolorum, qui ibi commanebat,
mpunctus est in timore Domini & amore IESV
risti. Considerans enim quam magna seductio
perditio animarum est cultus Idolorum, relin-
ens omnia festinanter, perrexit ad sanctos pa-
s ad Monasterium, & retulit eis omnia quæ
maliciam Dæmones inter se loquebantur.
iq; monitis salutaribus instruxissent eum sancti
res de doctrina salutari baptizatus est, & san-
ropositi Monachorum uitam arripuit, & ad-
nte & cooperante gratia Dei, factus est pro-
ssimus Monachus, tantumq; ueneratus est, &
it uirtutem humilitatis, ut omnes nimiam hu-
atem eius admirarentur. Dicebat enim, quo-
omnem uirtutem aduersariorum nostrorum
ionum, soluit humilitatis intentio. Deniq; &
inus noster IEsus CHRistus per humilitatem
phauit Diabolum, & omnem eius uirtutem
uit. Addebat etiam dicens, quoniam frequen
dissent Dæmones inter se loquentes, quia
o ad iracundiam succendimus corda homi-

num, si quis sustinuerit patienter conuicia iniuriarum, conuersus magis rogauerit ea quæ ad pacem sunt dicens, quia ego peccaui, statim sentimus omnem nostram uirtutem marcescere, quia approximant eis gratiæ diuinæ potentiæ.

IEIVNIVM.

REQVisitus Abbas Poemen quemadmodum oporteat ieiunare, respondit. Ego uolo Monachum ita quotidie parum comedere, ut non satietur. Nam biduana & triduana ieiunia uanæ gloriæ uacant. Hæc enim omnia examinauerunt sancti patres, & inuenerunt quia bonum est quotidie ieiunare & parum comedere, ut sitiant quotidie & esuriant. Hanc enim uiam regiam leuem nobis esse demonstrauerunt.

ALIVD.

Abbas Siluanus dum cum discipulo suo Zacharia ad quoddam Monasterium peruenissent antequam egrederentur, fecerunt eos Monachi parum comedere. Postquam ergo egressi sunt inuenit discipulus eius aquam, & uolebat bibere, Cui Abbas Siluanus, Zacharia, Hodie ieiunium est.

At ille dixit. Nunquid hodie comedimus pater? Et dixit ei senex. Illa esca caritatis erat fili, nos autem nostrum ieiunium teneamus.

ALIVD.

Quomodo opus est ieiunare? Et dixit Abbas pastor. Ego uolo ut quotidie manducans, subinde paululum subtrahat sibi ne satietur. Dixit ei Abbas Ioseph. Ergo quando eras iuuenis, non ieiunabas biduanas leuando. Et dixit senex. Crede mihi, quia & triduanas & hebdomada, sed hæc omnia probauerunt senes magni & inuenerunt, quia bonum est quotidie manducare, per singulos dies parum minus, & ostenderunt nobis regularem hanc uiam, quia leuior est & facilis.

ALIVD.

Dicebat aliquis senex, Quia est homo comedens multum, & adhuc esuriens, & est alter homo, qui parum comedit & satiatur, maiorem tamen mercedem habet ille, qui plus comedit, & esuriens permanet, illo qui parum comedit & satiatur.

LAPSI QVOMODO tractandi.

ERat quidam frater omnino in conuersatione solicitus. Et cum ualde à fornicationis Dæmone turbaretur, uenit ad quendam senem, & retulit ei cogitationes suas. Ille autem audiens, quia expers erat, indignatus est, & miserabilem dicebat esse fratrem illum, & indignum Monachi habitu, quia eiusmodi cogitationes reciperet. Et hæc audiens frater, desperans seipsum, reliquid propriam cellam, & ad seculum redibat. Secundum autem dispensationem DEI occurrit ei Abbas Apollo; & uidens eum perturbatum, & nimium tristem, interrogauit eum dicens. Fili, quæ est causa tantæ tristitiæ tuæ? Ille autem prius ex multa confusione animi sui, non respondit quicquam. Postea autem cum multum rogaretur à sene, quæ circa se agerentur, confessus est dicens, Quia cogitationes fornicationum inquietant me, quod confessus sum seni illi, & secundum uerba eius iam mihi spes salutis non est, desperans ergo me ipsum ad seculum redeo. Hæc autem pater Apollo audiens uelut sapiens medicus, multum eum rogabat, & monebat dicens. Noli mirari fili, neq; desperes de te-

de teipso, ego enim in hac ætate atq; conuersatione ualde ab huiusmodi cogitationibus inquietor. Ne ergo deficias in huiusmodi tentatione, quæ non tantum humana solicitudine quantum Dei miseratione curatur, tantum hodie dona mihi quod peto, & reuertere in cellam tuam. Fecit autem frater ille sic. Abbas autem Apollo discedens ab eo, perrexit ad cellam illius senis, qui ei desperationem fecerat, & stans foris deprecatus est dominum cum lachrymis dicens, Deus qui tentationes utiliter infers conuertere bellum quod patitur frater ille in hunc senem, ut per experimentum in senectute sua discat, quod tempore longo non didicit, quatenus compatiatur his qui huiusmodi tentationibus perturbantur. Qui cum orationem complesset, uidit Aethiopem stantem iuxta cellam, & sagittas dirigentem contra illum senem, quibus quasi perforatus, statim tanquam ebrius à uino huc atq; illuc ferebatur. Et cum non posset tolerare, egressus est de cella eadem uia, qua & ille iuuenis ad seculum redibat. Abbas autem Apollo intelligens quod factum erat, occurrit ei, & accedens ad eum dixit. Vbi uadis & quæ causa perturbationis tuæ quæ obtinuit te? Ille autem sentiens quod intellexisset, sanctus uir, quæ ei euenerant, præ uerecundia

nihil dicebat. Dixit autem ei Abbas Apollo. Reuertere in cellam tuam & de cætero agnosce infirmitatem tuam, et cogita apud temetipsum, quia ignotus sis, à Diabolo usq; modo autē contemptus, propter quod nec meruisti secundum uires uirtutum, habere contra Diabolum luctamenta. Quid autem dico luctumenta, quia nec una die aggreßionem ipsius portare potuisti? Hoc autem tibi contigit, quia iuuenem illum à communi aduersario impugnatum suscipiens, cum debuisses eum contra Diabolicum certamen consolatorijs uerbis monere, etiam in desperationem misisti, non cogitans illud sapientißimum præceptum, quo iubemur eripere eos, qui ducuntur ad mortem, & iterum non negligas redimere occidendos, sed neq; parabolam saluatoris nostri dicentis, harundinem quassatam non debere confringi, & linum fumigans non extingui. Nemo enim ferre posset insidias aduersarij, neq; ebulientis naturæ ignem extinguere, uel retinere, nisi Dei gratia conseruaret infirmitatem humanam, quæ in nobis salutari dispensatiōe cuncta disponit. Omnes ergo Dominum deprecemur, ut & aduersum te dimissum flagellum auertat, quoniam ipse & dolere facit & iterum saluti restituit, percutit, & manus ipsius sanat, humiliat & exaltat, mortificat & uiuificat, deducit ad

inferos

inferos & reducit. Hæc dicens orationem impleuit, et statim ab illato sibi bello senex liberatus est. Quem commouit Abbas Apollo, ut peteret sibi dari linguam eruditam, ut sciret tempus quo oporteret loqui sermonem.

ALIVD.

Ad quendam solitarium uenit Presbyter cuiusdam Basilicæ, ut consecraret ei oblationem ad communicandum. Veniens autem quidam ad illum solitarium, accusauit apud ipsum eundem Presbyterum. Qui cum ex consuetudine iterum uenisset ad eum, ut consecraret oblationem, scandalizatus ille solitarius nõ aperuit ei. Presbyter hoc uiso discessit. Et ecce uox facta est ad solitarium dicens, Tulerunt sibi homines iudicium meum. Et factus est uelut in excessu mentis, & uidebat quasi puteum aureum, & aquam bonam ualde. Videbat autem & quendam leprosum haurientem & refundentem in uias, & cupiebat bibere, et non bibebat, propter ea quod leprosus esset ille qui hauriebat. Et ecce iterum uox facta est ad eum dicens. Cur nõ bibis ex aqua hac? Quam causam habet qui implet? Haurit enim solummodo et refundit in uias, et non inquinatur ab eo aqua. In se autem reuersus solitarius, & considerans uirtutem uisionis, uocauit Presbyterum & fecit eum sicut & prius sanctificare sibi oblationem.

Aliud

ALIVD.

Dixit senex. Quia aliquando quidam lapsus in graui peccato, & compunctus ad pœnitentiam, abijt indicare seni cuidam, & non dixerat ei quod fecerat, sed quasi interrogauit, dicens. Si alicui ascendit cogitatio talis, habet ne salutem? Ille uero quia nesciebat discretionem, respondit ei, perdidisti animam tuam, hoc audiens frater, dixit. Ego si perij, uado ad seculum. Pergens autem frater ille, deliberauit ire, & indicare cogitationes suas Abbati Siluano. Erat enim hic Siluanus magnus discretor. Veniens ergo ad eum frater, non dixit ei quod fecerat, sed iterum eo modo quo & prius seni illi dixerat hoc, & si ascenderint alicui tales cogitationes, habet ne salutem? Aperiens autem Abbas Siluanus os suum, cœpit de scripturis dicere ei. Non omnium iudicium est tantum cogitationibus de peccato. Audiens autem frater & suscipiens uirtutem dictorum, in animo sumpta spe, indicauit ei etiam actum suum. Audiens autem Abbas Siluanus quod egerat, tanquam bonus Medicus posuit Cataplasma animæ eius, de diuinis scripturis assumptum, dicendo esse pœnitentiam his, qui pro caritate uera conuertuntur ad Deum. Post aliquot autem annos, contigit Abbatem memoratum

moratum ad illum senem applicare, qui ei desperationem fecerat, & narrauit ei ista, & dixit. Ecce frater ille, qui de responso tuo desperauerat & ad seculum redibat, uelut stella splendida est in medio fratrum. Hæc autem ideo retuli, ut sciamus quale periculum sit, quando aliquis, siue in cogitatione, siue in actu, aliquod indicat peccatum his qui discernere nesciunt?

ALIVD.

Dixit quidam senex, non quia intrant cogitationes malæ condemnamur ex eis, sed si malè utimur cogitationibus. Fit enim ut per cogitationes naufragium patiamur, & iterum de cogitationibus coronemur.

ALIVD.

Quidam nomine Timotheus Anachorita negligentem quendam fratrem audiens, interroganti Abbati, quid illi fratri faceret, dedit consilium ut eum expelleret. Cum ergo ille expulsus esset, tentatio uenit super Timotheum, Et cum ploraret in conspectu DEI, & diceret, peccaui, miserere mei, uenit ad eum uox dicens. Timothee, ideo tibi hoc euenit, quia fratrem tuum in tempore tentationis suæ despexisti.

LIBER.

LIBERTATIS CHRIstianæ Exempla.

PERREXerunt aliquando quidam patrum ad Abbatem Iosepho in Paneso, ut interrogarent eum, de susceptione fratrum, qui superuenerunt ad eos, si deberent sibi relaxare abstinentiam cum ipsis & congaudere cum eis, & priusquam interrogarent eum, dixit senex discipulo suo. Considera quod facio hodie & expecta, & posuit duo sedilia è scirpo in fasciculis ligata, unum ad dexteram suam, & unum ad sinistram, & dixit. Sedete. Et intrauit cellam suam, & uestiuit se res uetustas, & exiens processit in medium illorum. Et iterum intrauit & uestiuit se rescellis suis, quibus prius indutus fuerat, & egressus iterum sedit in medio eorum. Illi autem stupentes de eo quod fecerat senex interrogauerunt eum quid hoc esset, & dixit eis. Vidistis quid feci, qui dixerunt, etiam, & ille dixit. Ne mutatus sum ego propter contumeliosam uestem, & dixerunt, non, dixit iterum senex, ne læsus sum de meliori ueste, Et responderunt, non, & ille dixit. Sicut ego ipse sum in utrisq;, & sicut priori ueste mutatus non sum, nec sequenti læsus, ita debemus in fratrum susceptione

ptione facere, sicut in Euangelio sancto Dominus loquitur, date inquit, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Quando ergo est præsentia fratrum, cum gaudio debemus suscipere eos, quando uero soli sumus, opus habemus lugere. Illi autem audientes, admirati sunt quod ea quæ in corde eorum erant ut interrogarent, prius agnouit, & glorificauerunt Deum.

ALIVD.

Dixit Abbas Caßianus. Quia uenimus à palestina in Aegyptum ad quendam patrum & cum hospitalitatem nobis impendisset, interrogauimus eum, quare tempore susceptionis fratrum, regulam non custodiret ieiunij, sicut in palestina fit. Et respondit. Ieiunium semper mecum est, Vos autem non semper mecum tenere possum. Et ieiunium quidem, quamuis utile & necessaria res sit, in nostra uoluntate est, caritatis autem plenitudinem, Lex DEI exigit à nobis. Vnde suscipiens uos in CHRIsto, debeo exhibere quæ caritatis sunt cum omni solicitudine. Cum autem dimisero uos, regulam ieiunij possum recuperare, quoniam non possunt filij sponsi ieiunare quam diu cum illis est sponsus, cum autem ablatus fuerit sponsus, tunc ex sua potestate ieiunabunt.

Aliud

ALIVD.

Dixit iterum qui supra. Quia uenimus ad alium senem, & fecit nos gustare, & hortabatur nos iam satiatos adhuc sumere cibum. Et cum dixissem, quia iam non possum, ille respondit, Ego hódie superuenientibus fratribus sexies mensam posui, & dum singulos hortor, etiam ego sexies manducaui, & adhuc esurio, tu uerò semel manducans, ita satiatus es, ut iam manducare non possis?

ALIVD.

Datum est aliquando mandatum in Schithi, ut ieiunarent illa hebdomada, & facerent Pascha. Contigit autem, ut in ipsa hebdomada uenirent ad Abbatem Moysen fratres quidam ab Aegypto, & fecit eis pulmentum. Et cum uidissent uicini fumum, dixerunt Clericis Ecclesiæ quæ illic erat. Ecce Moyses persoluit mandatum, & coxit apud se pulmentum. Illi autem dixerunt. Quando uenerit loquimur ei & nos. Facto autem Sabbato, uidentes Clerici magnam conuersationem Abbatis, Moysi, dicunt ei coram omni plebe. O Abba Moyses, mandatum quidem hominum soluisti, sed Dei mandata fortiter alligasti.

ALIVD.

Dicabant de quoadm sene in Syria, quia

xta uiam Eremi habitabat, et hoc erat opus ei-
,ut quacunq; hora ueniret Monachus de Eremo,
m fiducia faciebat eum reficere. Venit ergo ali-
iando unus solitarius, & ille petebat ab eo, ut
staret. Qui cum nollet iustare dicens, ego ieiu-
m non uiolabo, contristatus senex, dixit ei. Ne
etereas puerum tuum obsecro, neq; despicias, sed
ii oremus, ecce enim arbor est hic, quæ cui no-
m orante & genu curuante inclinata fuerit,
im sequamur. Curauit ille solitarius genu in
tione, & nihil factum est. Flexit autem senex
qui eum susceperat genu, & statim curuata est
m arbor illa cum ipso. Quod cum uidissent, Timor
isi sunt, & gratias egerunt DEO semper mi- DEI re-
lia facienti. medium

Venerunt aliquando duo fratres ad quendam malarum
m. Consuetudo autem erat seni, non mandu- cogitatio-
quotidie. Qui cum uidisset fratres, gaudens num.
epit eos, & dixit, ieiunium suam mercedem
t. Et iterum, Qui manducat propter caritatē
mandata implet, quoniam uoluntatem propri
lereliquit, et mandatum implebit reficiens fra-

ALIVD.

Erat quidam senum in Aegypto habitans in
rto loco. Erat etiam alter longe ab eo Mani-

cheus, & hic erat Presbyter, ex his quos ipsi uocant Presbyteros, qui cum uellet pergere ad eiusdem erroris hominem, comprehendit eum nox in illo loco quo erat uir ille sanctus, & Orthodoxus, & anxiebatur uolens pulsare ut maneret apud eum. Sciebat enim quia cognosceret quod esset Manicheus, & reuocabatur à cogitatione sua, ne forte non acquiesceret suscipere eum. Compulsus autem necessitate pulsauit, & aperiens ei senex, et cognoscens eum, suscepit cum hilaritate, & coegit eum orare, & reficiens eum collocauit ubi dormiret. Manicheus autem cogitans in se nocte, mirabatur dicens, quomodo nullam suspicionem habuit de me? Vere iste seruus Dei est. Et surgens mane, cecidit ad pedes eius dicens. Ab hodie orthodoxus sum, & non recedam à te. Et deinceps permansit cum eo.

MELCHISEDECH esse hominem, non filium Dei.

ABbas Daniel narrauit de quodam magno sene qui habitauit in inferioribus partibus

Aegypti

Aegypti, quia diceret per simplicitatem, quod Melchisedech ipse sit filius Dei: Hoc autem indicatum est sanctæ memoriæ Cirillo Archiepiscopo Alexandrino de eo, & misit ad eum. Sciens autem quia signifer esset ipse senex, quicquid peteret à Deo reuelaretur ei, & quia simpliciter diceret hoc uerbum, usus est huiusmodi ratione dicens. Abba rogo te quia in cognitione mea est quod Melchisedech ipse sit filius Dei, & rursus alia cogitatio mea dicit, quia Melchisedech non sit Deus, sed homo sit, et summus Sacerdos Dei fuerit. Quoniam ergo hesito de hoc, idcirco misi ad te, ut depreceris Deum, quatenus tibi reuelare dignetur de hoc quid ueritas habeat. Senex autem de conuersatione sua præsumens cum fiducia dixit. Da mihi tres dies inducias, & ego deprecor Deum de hac re, & renuncio tibi quod mihi fuerit reuelatum de hoc. Intrans ergo in cellam suam, deprecabatur Deum de uerbo hoc, & ueniens per tres dies dixit sanctæ memoriæ Cirillo Episcopo. Homo est Melchisedech. Archiepiscopus respondit ei. Quomodo constat apud te Abba? Et ille dixit ei: Deus ostendit mihi omnes Patriarchas, ita ut singuli eorum coram me transirent ab Adam usque ad Melchisedech.

Et Angelus mihi aßistens dixit. Ecce iste est Melchisedech. Et ideo Archiepiscope certus esto quia sic est. Abiens autem senex, per semetipsum prædicabat, quia homo esset Melchisedech, & gauisus est magnifice sanctæ memoriæ Cirillus Episcopus.

MONASTICA VIta illaudata.

REFEREbat *beatus senior Poemen fratribus dicens, Quoniam fuit quidam nuper Monachus in Constantinopoli temporibus Theodosij Imperatoris, habitabat autem in parua cella foris ciuitatem, prope Prascium, qui uocabatur in septimo, ubi solent Imperatores egreßi de ciuitate libenter degere. Audiens autem Imperator quod ibi esset quidam Monachus solitarius, qui nunquã egrediebatur de cella, cœpit deambulando pergere ad eum locum ubi erat supradictus Monachus, præcepitq; sequentibus se Eunuchus, ut nullus approximaret ad cellulam Monachi illius. Ipse autem solus perrexit, pulsauitq; ostium. Surrexit autem Monachus & aperuit ei, & non cognouit eum quod esset Imperator. Tulerat enim sibi coronam de capite suo, ut non cognosceretur. Post orationem*

orationem autem resederunt pariter. Et interrogauit eum Imperator dicens. Quomodo sancti patres degunt in Aegypto? Respondensq; Monachus ait. Omnes exorant Deum pro salute sua. Aspiciebat autem Imperator intente cellulam ipsam, & nihil in ea uidit nisi paucos panes siccos in sporta pendentes, & dixit ei. Da mihi benedictionem Abba, ut reficiamur. Statimq; festinauit Monachus, & misit aquam & sal, & misit bucellas, & comederunt pariter, Porrexitq; ei calicem aquæ & bibit. Tunc Theodosius Imperator dixit. Scis quis sum ego? Respondens Monachus dixit, Nescio quis sis domine. Dixit ei. Ego sum Theodosius Imperator, & ob deuotionem ueni huc. Hoc cum audisset Monachus, prostrauit se ante illum. At ille dixit ei. Beati estis uos Monachi qui securi ac liberi de negocijs seculi, tranquilla & quieta perfruimini uita, & solummodo de salute animarum uestrarum habetis solicitudinem, quomodo ad uitam æternam, & ad cœlestia, nobis uobisq; promissa præmia, peruenire possitis. In ueritate enim dico tibi, quia certe in palatio natus sum, & nunc in regno dego, & nusquam sine solicitudine cibum capio. Post hæc autem ualde honorifice salutauit eum Imperator, & ita egressus est ab eo.

ALIVD.

Quodam tempore orante beato Machario Abbate uox ad eum personuit dicens. Machari nec dũ ad mensuram duarum mulierum peruenisti, quæ in proxima habitant ciuitate. Quo audito, senex exurgens, arrepto baculo, in designatam peruenit ciuitatem, cunq; ostium quæsitæ domus atq; inuentæ pulsaret, egressa una ex illis cum magna exultatione eum suscepit. Quas utrasq; senex conuocatas ita est alloquutus, propter uos tantum laborem ueniens ex solitudine longinqua sustineo ut opera uestra cognoscerem, quæ mihi uos condecet enarrare. Cui illæ, sic dixerunt. Crede nobis sanctissime pater quia nec præsenti nocte à maritorũ lectulis fuimus separatæ. Qualia ergo opera à nobis exquiris? Sed senex in precibus persistebat, ut ei uitæ suæ ordinem declararent. Cui tunc illæ compulsæ dixerunt. Nos nulla inter nos sumus consanguinitatis affinitate coniunctæ. Contigit autem ut duobus fratribus iungeremur, & cum his quindecim annis in domo una pariter permanentes, neq; turpe uerbum altera dixit ad alteram, neq; litem aliquando commisimus, sed in pace hactenus uiximus, & consensu tractauimus, quatenus pariter relictis maritis, in congregatione religiosarum

igiosarum uirginum proficisceremur, & multis
recibus hoc à coniugibus non ualuimus obtinere.
Quo non adepto, inter nos & Deum posuimus
estamentum, ut usq; ad mortem nostram seculare
erbum non loqueremur omnino. Quæ cum au-
isset beatus Macharius dixit. In ueritate non est
irgo, neq; maritata, neq; Monachus, neq; secu-
ris, sed Deus tantum propositum querit, & spi-
itum uitæ omnibus ministrat.

ALIVD.

Fra ter quidam erat in congregatione inqui-
us, & frequenter mouebatur ad iram. Dicit in
ipso. Vado et solus habito in aliquo loco, & cum
n habeo cum quo dicam uel audiam, ero quietus,
quiescit à me paßio iræ. Egrediens ergo mane-
t in spelunca solus. Vna autem die implens sibi
risculam aquæ, posuit sibi in terram. Contigit
tem ut subito uersaretur. Ille uero implebat se-
ndo, Et iterum uersa est. Deinde tertio implens
suit, Et iterum uersa est. Qui commotus furo-
tenuit uasculum & fregit. In se autem reuer-
, cognouit quia ab eodem Dæmone iracundiæ
illusus, & dixit. Ecce & solus sum & uincit
. Reuertar ergo in congregationem, quia utiq;
ore & patientia opus est, maxime Dei adiuto-
m, Et exurgens reuersus est in locum suum.

MORTIS CONtemptus.

DIcebant de quodam sene, qui moriebatur in Scithi & circundederunt fratres lectulum eius, & uestierunt eum, & cœperunt flere. Ille autem aperuit oculos suos, & risit, & adiecit iterum ridere, hoc autem factum est tertio, quod cum uiderent fratres, interrogauerunt eum dicentes, dic nobis Abba, quare nobis flentibus, tu rides? Et dixit eis, primo risi, quia uos timetis mortem. Secundo risi, quia non estis parati. Tertio autem risi, quia ex labore ad requiem uado, & uos ploratis. Hoc autem cum dixisset, statim, utpote mortuus, reclusit oculos senex.

ALIVD.

Venit aliquando frater manens in cella ad unum de patribus, & dixit ei, Quia à cognitione sua affligeretur, Et respondit ei senex. Tu proiecisti in terra ferramentum magnum, quod est timor Dei, & accepisti in manu tenere arundineam uirgam, quod sunt cogitationes malæ. Accipe ergo tibi magis ignem, quod est timor DEI, & quando appropinquat tibi cogitatio mala, uelut calamus igne timoris Dei comburetur, neq; enim

præualet malicia aduersus eos qui habent timorem DEI.

ALIVD.

Dixit quidam patrum, Nisi prius odio habucris, non potes diligere. Nisi ergo oderis peccatum, non facies iusticiam, sicut scriptum est. Declina à malo & fac bonum. Verumtamen in omnibus his propositum animi ubiq; requiritur. Adam enim in Paradiso consistens preuaricatus est mandatum Dei. Iob autem in stercore sedens custodiuit. Vnde constat, quia propositum bonum querit Deus ab homine, ut semper timeat eum.

MVLIEBREM SExum non contemnendum.

ABBAS Paulus in tantam cordis puritatem quiete solitudinis silentioq; profecerat, ut non dicam uultum fœmineum, sed ne uestimenta quidem sexus illius in conspectu suo pateretur offerri. Nam cum quadam die pergeret ad cuiusdam senioris cellam, mulier ei obuiauit. Quam cum uidisset tanta fuga ad suum rursum monasterium, prætermisso quod arripuerat itinere cucurrit, quanta nullus à facie Leonis uel immanißimi Dra-

conis aufugeret. Quod licet zelo castitatis & puritatis ardore sit factum, tamen quia non secundum scientiam præsumptum est, sed obseruantia disciplinæ excessus est modus, ne elatio eum inuaderet, tali confestim correptione percussus est, ut totum corpus eius Paralyseos ualitudine solueretur, nullumq; in eo membrum, penitus suum officium præualeret explere. Siquidem non solum pedes ac manus, sed etiam linguæ motum, ipseq; aures ita auditus proprij amiserunt sensum, ut in eo nihil amplius ex homine quam immobilis statuæ figura remaneret. Et ad hoc redactus est, ut infirmitati eius nullo modo uirorum diligentia deseruire sufficeret, nisi sola ei muliebris sedulitas ministraret. Nam portato eo, ad Monasterium sacrarum uirginum, cibus ac potus fœmineo ei ingerebatur obsequio explendisq; omnibus naturæ necessitatibus, eadem illi diligentia per annos ferme quatuor, id est, usq; ad uitæ suæ terminum seruiebat.

NATVRA RERVM libri loco est.

PHILOsophus quidam interrogauit sanctum Antonium, Quomodo inquit, sustines pater qui codicum consolatione fraudaris. Ille respondit. Meus codex ô Philosophe, natura rerum est creatarum, quæ mihi quotiens uerba DEI legere cupio adesse consueuit.

NEGANTIVM DEum cognitum, pœna maior, quam ignorantium Deum.

ABbas Macharius dum ambularet in deserto, caput cuiusdam hominis aridum inuenit in terra. Quod postquam baculo suo conuertit, uocem uisum est emittere. Quod senex quidnam esset interrogat. At ille respondit. Ego quidem princeps eram Sacerdotum Idolorum, qui in hoc loco habitabant, Tu autem es Abbas Macharius spiritu diuino repletus. Quacunq; enim hora misertus eorum fueris qui in pœna sunt, & pro eis oraueris consolationem aliquam sentiunt. Cui senex, Et quæ est consolatio uestra uel pœna respõde.

At ille

At ille altius ingemiſcens, Quantum inquit cœlum diſtat à terra, tantum ignis eſt altus, in quo medio ſumus à pedibus uſq; ad caput undiq; perfuſi, nec cuiquam licet faciem alterius intueri, ſed facies noſtræ dorſo coniunctæ ſunt. Cum ergo oras pro nobis, ex parte uidemus alterutum & hoc nobis pro conſolatione conſtant. His auditis lachrymas fudit dicens. Væ diei illi in quo homo mandata Dei transgreſſus eſt. Et iterum ab eo, ſi eſſet altera pœna maior inquirit. Cui ille reſpondit. Sunt nobis alij multo inferius. Cunq; qui eſſent illi interrogaret, dixit. Nos quidem qui Deum non cognouimus miſericordiam quantamcunq; patimur, illi uero qui cognitum negauerunt, grauioribus et ineffabilibus pœnis ſubtus nos cruciantur. Quibus auditis beatus Macharius capite altius terræ defoſſo diſceſſit.

OBEDIENTIAE Exemplum.

Dicebant ſancti ſeniores de diſcipulo Abbatis Pauli nomine Ioannes, quoniam magnam haberet humilitatem, & uirtutem obedientiæ, ut etiam difficiles cauſas, imperante ei Abbate in nullo

in nullo contradiceret, sed nec leuiter in aliquo murmuraret. Cum enim necessarium esset in Monasterij utensibilibus fimus Boum, misit eum Abbas in proximo ut requireret ibi fimum Boum, & cum celeritate afferret ad Monasterium. Erat autem in loco illo mala bestia Leena. Statim ergo egressus discipulus eius Ioannes ibat secundũ præceptum Abbatis. Cumq; pergeret, dixit Abbati suo, Domime pater, audiui quam plurimos dicentes, quia in illo loco mala bestia Leena sit. Tunc senior quasi ioculariter dixit ei. Si uenerit super te, tene & alliga eam, & adduces eam tecum. Cum autem uenisset ad locum iam uespere, statim egressa Leena irruit super eum. Et ille comprendens tenere eam uoluit, illa uero excutiens se, de manibus eius aufugit. Sequebatur autem ille dicens quia Abbas meus præcepit, ut alligatam perducam te ad eum. Continuo autem stetit bestia, & tenens eam, reuertebatur ad Monasterium. Dum autem retardaret in itinere, Abbas nimis solicitus pro eo, tristabatur grauiter. Et ecce subito superuenit discipulus eius, tenens ligatam Leenam. Quod cum uidisset senior, admiratus ualde, gratias agebat saluatori nostro Domino. Dixit autem discipulus eius. Ecce domine, sicut præcepisti, adduxi

Leenam

Leenam ligatam. Volens autem humiliare sensum eius senior, ne extolleret se in cogitationibus suis discipulus suus, ait ei. Sicut tu insensibilis es, ita etiam & istam insensibilem bestiam adduxisti, solue ergo & dimitte eam ut pergat ad locum suum.

ALIVD.

Abbas Siluanus habebat discipulum nomine Marcum, cuius obedientia erat magna, & proptεrea senior diligebat eum. Habebat autem & alios undecim discipulos, qui contristabantur, eo quod illum plus diligeret. Quod postquam alij senes audierunt, mœsti uenerunt ad eum, ut ei renunciarent, quia fratres illi qui cum eo erant contristabantur. Sed antequam illi aliquid faterentur, ipse cum illis ad singulorum cellas profectus est. Et unumquemq; nomine proprio uocauit dicens. Egredere foras frater, quia opus te habeo. Et nullus ex illis uoluit egredi. Venerunt autem post omnes ad cellam Marci, & cum pulsasset ostium uocauit nomen eius. Ille autem mox ut audiuit uocem senis, foras egressus est. Et ingressus Abbas in cellam Marci, quoniam scriptor erat, reperit quaternionem quem scribebat, & inuenit quod in qua hora uocatus est, literam quam faciebat media

diam dereliquit, tantummodo ut obedientiam ad- impleret. Noluit autem post auditam uocem senis literam o, quam cœperat, percompellere. Vnde illi alij senes dixerunt ei, in ueritate quem tu diligis, & nos iam diligimus, quia & Deus eum propter suam obedientiam diligit.

OBTRECTATIONEM fugiendam.

QVidam frater requisiuit Abbatem Pœmonem dicens. Quomodo potest homo uitare ne loquatur malum de proximo suo? Respondit senex. Ego & proximus meus duæ imagines sumus. Cum ergo meam imaginem reprehendero, inuenitur imago fratris mei apud me uenerabilis. Quando autem meam laudauero, tunc fratris mei imaginem paruam respicio. Tunc ergo de alio non detrecto, si semper me ipsum reprehendo, quia magnum uirum despicit, qui seipsum non considerat.

ALIVD.

Bonum est manducare carnem, & bibere uinum, quam manducare carnes fratrum.

Aliud

ALIVD.

Dixit iterum qui supra. Susurrans serpens Heuam eiecit de Paradiso. Huic ergo similis est qui proximo suo obloquitur, quia audientis se animam perdit, & suam non saluat.

ALIVD.

Solebat dicere Abbas Ioannes, paruam sarcinam dimisimus, id est, nosipsos reprehendere, & grauem portare elegimus, id est, ut nos iustificemus & alios condemnemus.

ALIVD.

Aliquando factus est conuentus in Scithi, & loquebantur patres de quodam fratre culpabili, Abbas autem Prior tacebat, postea autem surgens egressus est, tollens saccum impleuit arena, & portauit in humeris suis, & mittens in sportella modicum de hac harena, portabat etiam ipsam in ante. Interrogatus à patribus quid hoc esset. Ille respondit. Saccus iste qui multum harenæ habet, mea peccata sunt, quoniam multa sunt, & posui ea retro me, ne dolcam pro ipsis, & plorem, ista autem modica harena peccata sunt fratris istius, & sunt ante faciem meam, & ipsis excrucior, iudicans fratrem. Quod non oportet ita fieri, sed peccata mea ante me magis esse, & de ipsis cogitare &

tare & rogare Deum ut ignoscat mihi. Audientes autem patres, dixerunt. Vere hæc est uia salutis.

ALIVD.

Venit Abbas Isaac Thebaide in congregatio- Non faciem fratrum, & uidit quendam de fratribus cul- le iudican pabilem & adiudicauit eum. Cum autem regre- dos alios ferretur ad Eremum, uenit Angelus Domini, & stetit ante ostium cellæ eius dicens. Non te dimitto intrare. Ille autem rogabat ut eius culpa manifestaretur. Et respondens Angelus dixit. Deus misit me, ut dicerem tibi. Vbi iubes mittam illum fratrem quem adiudicasti? Et statim Abbas, Isaac pœnitentiam egit dicens. Peccaui, ignosce mihi. Et ait Angelus. Surge, ignouit tibi Deus, sed custodi de cætero ne adiudices quenquam priusquam iudicet eum Deus.

ALIVD.

Frater interrogauit Abbatem pastorem dicens. Perturbatio mihi fit, & uolo derelinquere locum istum. Et dixit ei senex. Pro qua causa? Et ille dixit. Quia audio uerba de quodam fratre, quæ me non ædificant, Et dixit ei senex. Non sunt uera, quæ audisti. Et ille dixit ei. Etiam pater, quia uerum est. Nam frater qui dixit mihi, fidelis

est. Respondit ei senex. Non est fidelis, qui dixit tibi, nam si esset fidelis nequaquam diceret tibi talia. Deus enim audiens uocem Sodomorum non credidit, nisi descenderet & uideret oculis suis, Et ille dixit. Ego uidi oculis meis. Hæc audiens senex, respexit in terram & tenuit paruam festucam, & dixit ei. Quid est hoc? Et ille respondit, festuca est, iterum intendit senex ad tectum cellæ, & dixit. Quid est hoc? Et ille respondit. Trabes est quæ portat tectum. Et dixit ei senex. Pone in corde tuo, quia peccata tua sic sunt, sicut trabes hæc, illius autem fratris, de quo loqueris, uelut hæc parua festuca. Audiens autem Abbas Sysois hunc sermonem, admiratus est.

OCIVM VITANDVM.

QVOdam tempore Abbas Antonius, dum resideret in Eremo spiritu tentatus accidiæ dicebat ad Deum. Domine saluari desidero, sed cogitationes uariæ, non me permittunt. Quid faciam in tribulatione mea, uel quomodo saluari ualeam, dignanter ostende? Et post paululum surgens quendam sibi similem conspicatur sedentem, torquen-

torquentem funiculum, & surgentem ex opere & orantem. Erat autem ad emendationem Angelus Antonij destinatus. A quo etiam hunc sermonem audiuit, Et tu ita faciens Antoni, saluaberis, At ille summo gaudio cumulatus, accepta confidentia, saluabatur.

OPERA OMNIA omnium non imitanda omnibus.

FRater interrogauit senem dicens. Quæ res sic bona est, quam faciam ut uiuam in ea? t dixit senex. Deus solus scit, quod bonum est; d tamen audiui, quid interrogauit unus patrum bbatem Nesteronem magnum, qui erat amicus bbatis Antonij. Et dixit ei. Quid est opus ut faam? Et respondit ei. Non sunt omnia opera qualia. Scriptura dicit. Quia Abraam hospitafuit, & Deus erat cum eo, Et Helias dirige t quietem, & erat cum eo Deus. Et Dauid hunilis erat, & Deus erat cum ipso. Quod ergo uides animam tuam secundum Deum uelle hoc fac, & custodi cor tuum.

OPERA QVAE PRAEstantur proximo præstare electicijs operibus.

FRAter quidam interrogauit quendam senem dicens. Duo sunt fratres, ex quibus unus quiescit in cella sua, protrahens ieiunium sex dierum, & multum sibi laborem imponens, alter uero ægrotantibus deseruit. Cuius opus magis acceptum est Deo? Respondit ei senex. Si frater ille qui sex diebus ieiunium læuat, appendat se per nares, non potest esse æqualis illi qui infirmantibus deseruit.

ORATIONIS VIS.

DIcebant de Abbate Arsenio quia à uespere Sabbati, lucessente Dominica relinquebat post se solem, & extendebat manus suas ad cœlum orans, donec mane dominico Sol illustraret ascendens faciem eius, & sic residebat.

ALIVD.

Interrogauerunt fratres Abbatem Agathonem dicentes. Pater quæ uirtutum in conuersatione

ne plus habet laboris? Et dicit eis. Ignoscite mihi, Oratio
uia puto non esse alium laborem talem, quam maximum
rare Deum. Dum enim uoluerit homo orare De- & difficil-
m suum, semper inimici Dæmones festinant in- limum
errumpere orationem eius, scientes quia ex nulla opus-
e impediuntur, nisi per orationem fusam ad De-
m, siquidem omnem alium laborem quem homo
conuersatione religiosa positus assumpserit,
uamuis instanter & toleranter agat, habet ta-
en & possidet aliquam requiem, oratione autem
q; ad ultimam exalationem opus est, ut habeat
agnum certamen.

ALIVD.

Venit quidam senex aliquando in montem Sina,
cum exiret inde, occurrit ei frater in uia, &
gemiscens, dicebat seni illi. Affligimur Abba,
opter siccitatem, quia nobis non pluit. Et dicit
senex. Quare non oratis & rogatis ad Deum?
ille dixit. Et orationem facimus, & depreca-
ur aßidue Deum, & non pluit. Et ait senex.
edo quia non oratis attentius, uis autem scire
a ita est? Veni stemus pariter ad orationem.
extendens in cœlum manus orauit, & statim
uia descendit, Quod cum uidisset frater ille, ti-
it, & procidens adorauit eum. Statim autem
ex fugit illinc.

ALIVD.

Multo tempore beatus Abbas Pachomius contra immundißimas Dæmonum impugnationes certamen bonum certauit, sicut Athleta ueritatis, tanquam & beatus Antonius, Denique intentißimis precibus exorauit Dominum, ut somnum non carperet per aliquod tempus, quatenus diebus ac noctibus peruigil maneret contra aduersarios Dæmones dimicando, donec prosterneret & superaret eos, sicut dicitur in Psalmo. Et non conuertar, donec deficiant. Præstitit ergo & concesßit ei Dominus petitionem eius. Impoßibiles enim & imbecilles sunt Dæmones, cum quis nostrum ex tota fide & ex tota intentione cordis, feruente sancto desiderio, & adiuuante nos uirtute saluatoris nostri Iesu Christi, contendimus contra eos. Referebant nobis fratres de eodem beatißimo patre Pachomio, qui fuit, ut diximus, Monasteriorum multorum in regione Tabennensiotarum Præpositus. Referebant ergo de eo, quoniam frequenter dicebat fratribus, quia sicut mihi testis est Deus, sæpe audiui immundos spiritus Dæmonum loquentes inter se diuersas ac uarias artes suas, quas contra seruientes Deo maximeque contra Monachos habent. Quidam enim dicebant. Quia ergo certamen contra

contra duriſsimum hominem habeo, & quotiens ei immitto peruerſas cogitationes, ille ſtatim ſurgit & proſternit ſe in oratione cum gemitu, orans adeſſe ſibi diuinum auxilium. Ego *autem illo exurgente cum grandi confuſione egredior. Item alius* Dæmon *dicebat, ego ad illum quem obſeruo, cum ei cogitationes immiſero, conſentit & ſuſcipit & facit eas. Sæpe enim exardeſcere eum in iracundia facio, & in contentiones rixæ, & pigritiam orationis, & dormitionem in* Pſalmodia, *& non contradicet mihi.* Ideoq; *fratres mei dilectiſsimi ſemper oportet ut cuſtodiatis ſenſum & animum ueſtrum, inuocantes nomen* Domini *noſtri* IESV CHRISTI, *& ſecundum præcepta* DEI *conuerſamini, tam in orationibus &* Pſal*modia, ſicut dicit* Apoſtolus, *inſtantes orationi, & uigilantes in ea.* Ideoq; *cum compunctione & timore cordis uigilantibus non præualebit inimicus.* Ipſe *autem beatus pater* Pachomius *docebat fratres, ut ſemper memores eſſent uerbi* DEI *in ſalutem animarum ſuarum.* Poſtmodum *uero diſcedebant unuſquiſq; fratrum in cellulas ſuas operantes manibus ſuis, & meditantes quæ de ſanctis ſcripturis dicerant.*

Impoßibile est enim aliquem apud eos uerbum ocio⸗ ſum loqui, ſed ea tãtum quæ de ſanctis ſcripturis didicerant, erant inter ſe loquentes, exponentes de capitulis ſcripturarum, quæ ad timorem Do⸗ mini cõfirmarent, et illuminarent animas eorum.

ALIVD.

Temporibus Iuliani apoſtatæ cum aſcenderet in Perſiden miſſus eſt Dæmon ab eodem Iuliano ut uelocius uadens ad occidentem adduceret ei reſpõ⸗ ſum aliquod inde: Cum autem perueniſſet Dæmon in quendam locum, ubi quidam Monachus habita⸗ bat, ſtetit ibidem per decem dies immobilis, & non poterat ultra progredi, quia Monachus ille non ceſſabat orando, neq; nocte, neq; die, & re⸗ greſſus eſt Dæmon ſine effectu ad eum qui miſerat illum. Dixit ei Iulianus. Quare tardaſti? Re⸗ ſpondit ei Dæmon dicens. Et moram feci, & ſine actione reuerſus ſum, ſuſtinui enim decem dies Monachum, nomine Publium, ſi forte ceſſaret ab oratione ut tranſirẽm, & non ceſſauit, & prohi⸗ bitus ſum tranſire, & redij nihil agens. Tunc im⸗ pijßimus Iulianus dixit. Cum regreſſus fuero, fa⸗ ciam in eo uindictam. Et inter paucos dies inter⸗ emptus eſt per prouidentiam Dei, et cõtinuo unus ex præfectis qui cum eo erant, uadens uendidit

omnia

omnia quæ habebat & dedit pauperibus & ueniens ad senem illum factus est Monachus magnus, & sic quieuit in Domino.

ALIVD.

Tentatus est aliquando Abraam discipulus Abbatis Sysoy à Dæmone, & uidens eum senex quia cecidit, surrexit & expandit manus suas in cœlum dicens. Deus uelis nolis non te dimittam, si eum non curaueris. Et illico curatus est frater ille.

ALIVD.

Habitabant pleriq; in Eremo singullis tabernaculis, quos Anachoretas uocant. Viuunt herbarum radicibus, nullo unquam certo loco consistunt, ne ab hominibus uisitentur. Ad quendam igitur hoc ritu atq; hac lege uiuentem, duo ex Nitria Monachi, licet longe diuersa regione, tamen quia olim ipsis in Monasterij conuersatione carus & familiaris fuisset, auditis eius uirtutibus tetenderunt. Quem diu multumq; quæsitum tandem mense Iunio repererunt in extremo illo deserto, quod est Memphis contiguum demorantem, quas ille solicitudines iam per annos duodecim dicebatur habitare. Qui licet omnium hominum uitaret occursum tamen agnitis fratribus non refugit,

seq; cariſsimis per triduum non negauit. Quarto die aliquantulum progreſſus, cum proſequeretur abeuntes, Leenam miræ magnitudinis ad ſe uenire conſpiciunt. Beſtia, licet tribus repertis non incerta quem peteret, Anachoretæ pedibus aduoluitur, ac deinde præcedentem ſequuntur. Nam illa præiens & ſubinde reſtans in eos intendebat, ut facile poſſet intelligi id eam uelle, ut qua illa ducebat, Anachoreta ſequeretur. Quid multis? Ad ſpeluncam beſtiæ peruenit ubi illa adulta hos iam quinq; catulos maleſeta nutriebat. Qui ut clauſis luminibus ex aluo matris exierant, cæcitate perpetua tenebantur. Quos ſingulos de rupe prolatos, ante Anachoretæ pedes mater expoſuit. Tunc demum ſanctus aduertit, quid beſtia poſtularet. Inuocatoq; Chriſti nomine contrectauit manu clauſa lumina catulorum ac ſtatim cæcitate depulſa, apertis oculis beſtiarum diu negata lux patuit. Ita fratres illō Anachoreta quoniam deſiderauerant uiſitato fructuoſa laboris ſui mercede, ad Monaſterium redierunt, & fidem ſancti, gloriamq; Chriſti quam ipſi uiderant narrauerunt.

ORANDVM quomodo.

Bum

CVM quidam fratres quemadmodum orarent, beatum Macharium requisissent, respondit illis dicens, Non sunt necessaria nobis superflua uerba, sed extendere manus ac dicere: Deus quomodo uis & sicut tibi placet ita fiat. Si autem tentatio irruerit, aut impugnatio, dicendum est, Domine Deus clementissime auxiliari dignare nobis, tu enim scis quid nobis expediat, fac nobiscum misericordiam tuam.

OSTENTATIO doctrinæ.

QVidam Anachoreta, cum uenisset ad Abbatem Poemenen, suscepit eum senex cum laeticia. Et cum se alterutum amplexi fuissent, cœpit Anachoreta de scripturis sanctis et de rebus cœlestibus conferre. Tunc senex uertit faciem suam ad alium fratrem & non dedit Anachoretæ responsum. Ille uero uidens quod non loqueretur cum eo, egressus est tristis, & dicit discipulo illius. Sine causa tanti itineris laborem assumpsi, ut uenirem ad eum qui mihi loqui dedignatur. Ingressus autem discipulus ad Abbatem Poemenen dixit. Propter te huc uenit Abba iste homo magnus.

gnus, tantam gloriam in locis suis habens, & tu non uis loqui cum ipso? Respondens senex dixit, Iste homo de superioribus est, et cœlestia loquitur, ego autem de inferioribus sum & terrena uix loqui possum. Si mihi loquutus fuisset aliquid de passionibus Monachi, forsitan & ego respondissem illi. Si autem de cœlestibus loquitur, ego me nescire confiteor. Egressus ergo discipulus, dicit ad Anachoretam, Senex iste non uult de altioribus quæstionibus loqui, sed si quis ei de passionibus loquutus fuerit, respondet illi. At ille compunctus in hoc sermone, ingressus ad senem dixit. Quid faciam Abba, quia dominantur mihi passiones cordis mei? Tunc senex respexit eum gaudens, & dixit ei. Modo bene pater uenisti. Aperio ergo os meum & implebo illud bonis tuis. Et hoc sermone adiutus est Anachoreta & dixit. In ueritate bona est hæc uia, quam tenes & uera, Et agens seni gratias, reuersus est in propriam regionem.

ALIVD.

Venerunt aliquando ad Abbatem Zenonem quidam fratres & interrogauerunt eum dicentes, Quid est quod scriptum est in libro Iob, nec cœlū quidem esse in conspectu Dei, Respondit autem senex

senex dicens, Reliquerunt fratres peccata sua, & cœlestia scrutantur. Hæc est autem interpretatio sermonis quem requisistis, ut quoniam solus Deus est mundus, dictum sit neq; cœlum mundum esse in conspectu eius.

OSTENTATIO sanctitatis.

VEnit quidam frater ad Abbatem Siluanum in montem Sina, & uidit fratres laborantes, & dixit seni. Nolite operari cibum qui perit, Maria enim optimam partem elegit. Et senex discipulo suo, uocat Zachariam, & mittite fratrem istum in cellam ubi nihil sit. Et cum facta fuisset hora nona, intendebat ad ostium, si mitterent & uocarent eum ad manducandum. Et cum nemo loqueretur ei, surgens uenit ad senem, & dixit ei Abba, hodie fratres non comederunt? Et dixit ei senex, Etiam comederunt. Et dixit ei frater, & quare me non uocastis? Et respondit senex. Tu homo spiritualis es, tu non indiges hoc cibo, nos autē carnales sumus, & uolentes manducare, propterea operamur manibus nostris. Tu uero bonam partem elegisti, legens tota die, & nolens sumere

carnalem

carnalem cibum. Qui cum hæc audiſſet, proſtrauit ſe ad pœnitentiam dicens. Ignoſce mihi Abba. Et dixit ei ſenex. Puto opus habet omnino Maria Marthæ, per Martham enim Maria laudatur.

OSTENTATIO VIRtutum & miraculorum.

CAſu per illos dies quibus illuc aduenerãm cuidam ſolitario, qui nuper ad Eremum ſeceſſerat, neq; amplius ab hoc Monaſterio quam ſex milibus tabernaculum ſibi conſtituerat, panem Abbas per duos pueros miſerat. Quorum maior habebat ætatis annos quindecim, minor duodecennis annis erat. His ergo inde redeuntibus, aſpis mire magnitudinis uenit obuiam, cuius occurſu nihil perterriti ubi pedes eorum præuenit, quaſi incantata carminibus cerula colla depoſuit, minor ex pueris manu eam apprehenſam ac pallio inuolutam ferre cœpit, deinde Monaſterium quaſi uictor ingreſſus, in occurſum fratrum captiuam beſtiam reſoluto pallio non ſine iactantiæ tumore depoſuit. Sed cum infantium fidem atq; uirtutem cæteri prædicarent, Abbas ille altiori conſilio ne infirmior ætas inſoleſceret, utrumq; uirgis compeſcuit multum obiurgatos, cur ipſi quod per

ros operatus fuerat Dominus prodidissent, opus illud non suae fidei, sed diuinae fuisse uirtutis, discerent potius Deo, in humilitate seruire, non in signis & uirtutibus gloriari, quia melior esset infirmitatis conscientia uirtutum uanitate. Hoc ubi ille frater audiuit solitarius et periclitatos infantulos serpentis occursu, & ipsos insuper multa uerbera uicto serpente meruisse. Abbatem obsecrat ne sibi post haec ullus panis aut cibus aliquis mitteretur. amq; octauus dies fuerat emensus quo se homo Christi, intra periculum famis concluserat ipse. Arebant membra ieiunio, sed deficere mens coelo intenta non poterat, corpus inedia fatiscebat, fides firma durabat, cum interim admonitus Abbas ille per spiritum, ut discipulum uisitaret pia solicitudine cognoscere cupiens, qua uitae substantia uir fidelis aleretur, qui ministrari sibi panem ab homine noluisset, ad requirendum eum ipse Abbas proficiscitur. At ille ubi eminus senem uenire conspexit, occurrit ei obuiam, agit gratias, ducit ad cellulam, cum ingressi pariter ambo conspiciunt palmiciam sportam, calido pane confertam foribus affixam de poste pendere, ac primum panis calidus sentitur odore, tactu uero si ante paulum foco esset ereptus ostenditur.

Aegypti

Aegyptij tamen forma non cernitur panis, obstu-pefacti, ambo munus cœleste cognoscunt, cum ille hoc Abbatis aduentu præstitum fateretur, Abbas uero illius fidei ac uirtuti id potius ascriberet, ita ambo cœlestem panem cum magna exultatione fregerunt.

PATIENTIAE Exempla.

Quidam ex fratribus passus ab alio iniuriam, uenit ad Abbatem Sysoium, & contumeliæ genus exponens addebat, cupio me uindicare pater. Senex autem rogare eum cœpit, ut relinqueret Deo uindictam. At ille inquit, non desistam, nisi fortiter uindicauero. Cui senex ait. Quatenus semel hoc in animo statuisti, uel nunc oremus. Exurgens autem senex, his uerbis cœpit orare. Deus iam nobis non est necessarius, ut pro nobis sit solicitus, quia nosipsi, sicut frater iste dicit, & uolumus & possumus nos uindicare. Quod cum ille frater audisset, ante pedes senis effusus, ueniam postulabat, promittens se cum illo cui irascebatur, nunquam deinceps certaturum.

ALIVD.

Quidam

Quidam frater dum ab altero iniuriaretur, enit & nunciauit seni. Cui ille respondit, satisfac ogitationi tuæ, quoniam non uult frater iniuririte, sed peccata tua, nam in omni tentatione, uæ tibi contigit per hominem, non arguas eum, d tantummodo dic, quia propter peccata mea ntingunt mihi hæc.

ALIVD.

Dicebat frequenter Abbas Poemen, malicia nquam te cuperet. Si quis tibi malum fecerit, illi bonum redde, ut per bonum uincas malum.

ALIVD.

Quidam frater quanto plus eum aliquis iniubatur aut deridebat, tanto plus ille gaudebat ens. Isti sunt qui nobis occasionem præbent ad ofectum uestrum, qui autem beatificant nos, turbant animas nostras. Scriptum est enim, oniam hi qui beatificant uos, decipiunt uos.

ALIVD.

Alter senex Si quis detraxisset ei, ille festima (si uicinus ei erat) per seipsum bene illum renerare, Quod si longius manebat, transmitte ei munera.

ALIVD.

Quidam magnus senex infirmanti discipulo

suo dixit. Ne contristeris fili ex infirmitate uel plaga corporis tui. Summa enim religio est, ut in infirmitate quis agat Deo gratias. Si ferrum es, per ignem æruginem amittis. Si uero aurum es, per ignem probatus à magnis ad maiora uenies. Ne anxieris ergo frater. Si enim Deus te uult in corpore torqueri, tu quis es, ut eius potestati resistas, aut maleste feras? Sustine ergo & roga Deum ut quæ ipse uult illa concedat.

ALIVD.

Senex quidam cum frequenter infirmaretur corpore & langueret, contigit ut uno anno nulla cum ægritudo contingeret. Et propterea flebat & grauiter ferebat dicens, Reliquisti me Domine, & noluisti me præsenti hoc anno uisitare.

ALIVD.

Dicebant de quodam sene, quia cum moreretur in Scithi, circumsteterunt fratres lectum eius, & uestierunt eum, & cœperunt flere. Ille autem aperuit oculos suos & risit, & adiecit iterum ridere. Hoc autem factum est tertio. Quod cum uidissent fratres, rogauerunt eum dicentes. Dic nobis Abba, quare nobis flentibus tu ridebas? Et dicit eis. Primo risi, quia uos timetis mortem, Secundo risi, quia non estis parati. Tertio risi quia

à la-

labore ad requiem uado. Hæc cum dixisset, sta-
im clausit oculos in mortem.

ALIVD.

Ioannes minor Thebeus, discipulus Abbatis
Ammoys duodecim annis ipsi seni infirmanti fecit
obsequium, senex tamen cum uidisset eum labo-
rantem, nunquam illi sermonem blandum ac placi-
dum loquutus est. Cum autem de hoc mundo trans-
iret, sedentibus alijs senibus tenuit manus eius, &
dixit ei tertio, salueris, salueris, & tradidit illum
omnibus dicens. Ille non homo, sed Angelus est, qui
tot annis mihi infirmanti seruiens, non bonum ser-
monem audiens, fecit tamen obsequium cum ma-
gna patientia.

ALIVD.

Plures diuersis laborantes necessitatibus con-
uenerunt fratres ad sanctum Antonium, inter quos
Eulogius quidam Monachus Alexandrinus, cum
eo qui Eelephantiaco morbo cruciabatur, quos
huc propter huiusmodi causam uenisse memora-
bant. Hic Eulogius scolasticus erat, secularibus lite-
ris eruditus. Qui immortalitatis desiderio captus,
hic mundo renunciauerat, diuisisq; rebus suis om-
nibus atq; dispersis, parum aliquid pecuniarum re-
seruerat sibi, quibus, quia per se operari non pote-
rat, uteretur.

Cum igitur eum quædam animi defectio fatigaret, & neq; cum multis in Monasterio degere, neq; solitariam uitam posset ferre patienter, reperit quendam publice in platea iacentem, ita inualitudine illa, quem superius dixi, impletum, ut sine pedibus & manibus uideretur, cui lingua tantummodo immunis in tantis cruciatibus erat, qua magis posset ab intuentibus malorum suorum remedium promereri, cumq; eum aßistens uidisset Eulogius, oratione facta ad Deum, & facta quadam cum Domino pactione, his alloquutus est uerbis. Domine, inquit Deus in tuo nomine suscipio istum tam immani ualitudine præpeditum, ut propter istum poßim & ipse saluari. Aßis ergo mihi Iesu Christe, atq; patientiam in tali ministerio largiaris, moxq; ad iacentem illum ait. Vis frater suscipio te in domo mea, & quacunq; potuero ratione sustento? Cunq; hæc ille libenter amplecti se diceret. Vadam ergo inquit & asinum, quo ueharis adducam, cui uehementer exultans consensit ægrotus, quodq; mox fecit Eulogius, memoratum ad hospitiū suum sine dilatione transuexit. Per quindecim igitur annos iugi curatione et perpetua ei solicitudine seruiebat, per quod omne tempus & ille cui tantum deferebatur obsequium

cum

um gratiarum actione cuncta tolerabat & Eu-
gij manibus & medicamentis, cibisq; & balneis
rout competebat ualetudini curabatur. Post XV
ero annos instinctu Dæmonis, supradictus ægro-
us immemor tot laborum Eulogij tantorumq;
eritorum, cœpit ab eo uelle discedere, multisq;
iurijs atq; opprobrijs increpare eum dicens. Fu-
tiue, qui propriam domum deuorasti, furatusq;
alienam substantiam, in me occasionem salutis
æ reperisse te credis? Eulogius autem rogabat
m, & satisfaciens animo eius dicebat. Noli mi
mine talia loqui, sed dic potius, quid te contri-
uerim, & emendo. Elephantiosus autem cum
rore dicebat. Vade nolo istas adulationes tuas,
oijce me in publicum, refrigeratione tua non
eo. Eulogius autem obsecro te inquit placare,
t quid te inquit, contristauerim uenerande senex
cito. Elephantiosus autem asperior in furore di-
bat ad eum. Iam fraudulentas irrisiones tuas non
o, adulationes & subsannationes tuas non to-
o. Nec mihi hæc arida parcaq; uita iocunda
, uolo carnibus saturari. Cumq; ei exhibitæ à uiro
tientißimo Eulogio carnes fuissent, cœpit ite-
n proclamare. Non potes inquit meæ satisfa-
e uoluntati, neq; tecum solitarius habitare præ-

uideo, populum uidere, ad publicum ire desidero. Dicit ei Eulogius, Ego adduco tibi multitudinem fratrum, rursus ferocior ac pene blasphemus ægrotus, ne inquit mihi tuam faciem uidere uolo, & adducis mihi similes tui solius panis deuoratores, concutiensq; semetipsum, inquieta uoce clamat dicens. Hic esse nolo, ad publicum ire desidero. O uiolentia. In eum locum me proijce, unde me sustulisti, Tanta ergo erat eius insania, adeoq; sensus ipsius infirmis quodammodo peruerterat Dæmon, ut à laqueo se forte suspendisset, si manus per quas hoc facere posset, habuisset. Ad Monachos itaq; uicinos pergit Eulogius, ita dicens eis, quid faciam quod Elephantiosus iste penitus desperare me fecit? Dicunt ei. Quam ob causam. Respondit eis, quia dura sunt quæ mihi conatur imponere, & quid agam ignoro. proijciam ne eum? Sed aliter Deo dexteras dedi, de hoc satis uereor. Non proijciam eum. Sed tot ac tanta iterum dierum ac noctium mala ferre non possum, quid de ipso igitur à me fuit ignoro. Ad quem illi his uerbis loquuntur dum adhuc uiuit et superest magnus ille, sic enim uocabatur Antonius, ascende ad eum ægrumq; naui impositum in Monasterium eius defer, expectans ibi donec speluncam suam egressus

adueniat.

aduenìat. Quem cum uideris, refers ista quæ pateris, atq; ab eo consilium postulabis, quicquid tibi super hoc dixerit facies, & eius munitionibus acquiesces, sciens à Deo iuberi tibi quod ille præcepit. Mox igitur sermonibus fratrum libenter instructus, supradictum ægrum blandis precibus superans, littorali nauiculæ imposuit, sustulitq; de ciuitate per noctem, & ad discipulorum sancti Antonij habitaculum dixit: Euenit autem ut altero uespertinis horis superueniret illic beatus Antonius, referente mihi Cronio, quod chlamide ex pellibus facta indutus aduenerit. Solebat autem ueniens ad Monasterium fratrum uocare ex ipsis Macharium eumq; his uerbis interrogare. Venerunt adhuc aliqui fratres? Et ille uenisse dicebat, De Aegypto inquit sunt an de Ierosolyma? Hoc autem signum ab his iusserat dari, ut quotiens aliqui non satis digni colloquio ipsius uenirent, aduenisse Aegyptij dicerentur, quotiens autem sancti quidam & spirituales uiderentur uiri, uenisse de Ierosolyma nunciarentur. Tunc ergo ueniens iuxta consuetudinem suam, cũ interrogaret, utrũ Ierosolymitæ illic fratres essent, an Aegyptij? Respondit Macharius dicens, ex utroq; genere uenisse se, cum autem dixisset illi sanctus Antonius,

fac illis leticiam, & sumant cibum, una cum eis oratione completa iubebantur discedere, ac uero cum Ierosolimis uenisse didicisset, per totam no- ctem cum ipsis sedens ea illis quæ saluti eorũ pro- ficerent, loquebatur. Memorata igitur nocte con- sedisse referebant, & unumquemq; ad se de his qui conuenerant, euocasse. Cunq; à nullo quis illic Eu- logius uocaretur audisset, ipse in tenebris propria uoce sua illum ter nomine uocauit, cui cum supra- dictus Scholasticus non responderet, putans quod alter aliquis Eulogius uocaretur. Dicit ei rursus: Te uoco Eulogi, qui ab Alexandria ciuitate ueni- sti, Dicit ei Eulogius. Quid quæso iubes? Et Anto- nius, Quid inquit huc uenisti? Respondit Eulogius dicens, Qui tibi nomen meũ reuelare dignatus est, ipse etiam & aduentus mei causam procul dubio reuelauit. Tunc ille, quare, inquit, ueneris scio, sed ante omnes hos fratres ut omnes audiant refer. Iussus igitur à magno Antonio, seruus CHRISTI, Eulogius retulit ante omnes, Istum Elephantiosum in platea publica reperi proiectum, cuius curam nullus hominum gerebat, & promisi Deo, ut de- seruirem egritudini eius quomodo possem, & ego per illum, & ille per me saluaretur. Ex quo autem pariter sumus, quintus decimus annus est sicut & uestræ sanctitati credo omnia reuelata. Quia igi- tur post

ur post plurimos annos cum à me nihil mali per-
ulerit, uarijs me procellis ac tempestatibus uexe-
it ob quod & ego ipsum à me proijcere cogitaui,
ropterea ad sanctitatem tuam ueni, ut quid ex
oc faciam, digneris me tuis edocere consilijs, &
rationibus adiuuare. Peßimis enim motibus totus
tigor & crucior, cui hæc tunc Antonius seuera
q; iracunda uoce respondit. Tu illum à te proij-
s Eulogi? Sed ille eum non proijcit qui eum à se
ctum esse cognoscit. Proijcis eum? Meliorem te
ueniet, & eliget Deus qui colligat destitutum.
umq; perterritus ad hæc Eulogius uerba tacuis-
, relicto rursus sanctus Antonius Eulogio, cœ-
t ægrotum proprijs sermonibus uerberare, et hæc
eum cum clamore maximo loqui. Elephantiose
no ac luto horride, nec terra digne nec cœlo non
finis iniuriam Dei uociferari?

Nescis, qui ministrat tibi, Christus est. Quem-
modum ausus es contra Christum talia loqui?
m propter Christum se iste seruitio tali & ob-
uijs subiugauit. Quem & ipsum mordaci ser-
ne laceratum reliquit, conuersisq; uerbis ad
os fratres, ad unumquemq; ita ut ratio singulo-
n exigebat loquutus, rursus ad Eulogium &
ægrotum redit, dicitq; eis, Ne quis uestrum ò

filii quoquam se uertat, neuter ab altero seperetur, sed ad cellam uestram in qua per tantum tempus uixistis redite, in pace omnem tristitiam deponentes. Iam nunc enim ad uos Dominus Deus mittet. Nam tentatio ista idcirco accidit uobis, quia ad finem uitæ ambo uenistis, etiam uterq; uestrum merebitur coronari. Nihil ergo aliter feceritis, ne forte uos Angelus ueniens, in eo in quo dixi loco inuenire non possit, uterq; coronis fraudemini. Qui cum ad cellam suam uelociter redeundo redintegrata pace uenissent, intra XL: dies Eulogius prior obijt, & post aliquot triduum supradictus defecit ægrotus, animo uehementer incolumis.

PECCATVM ESSE in sanctis, sed seruiens non regnans.

QVIDam senex cum uenisset ad alium senem dicit ei. Ego iam mortuus sum seculo huic, At ille alter respondit. Ne confidas in teipsum, donec egrediaris de corpore hoc. Nam & si tu dicas, quoniam mortuus sum, Diabolus tamen nec dum est mortuus, cuius innumerabilia sunt artis mala. Aliud

ALIVD.

Dicebant de quodam sene, quia fuerit quin-
uaginta annos, nec panem comedens, nec facile
quam bibens. Et dicebat, quia extincti fornicatio-
em, & auaritiam, uanam gloriam. Et ueniens
d eum Abbas Abraham, audiens quod hoc dixiss-
t, dicit ei. Tu dixisti hunc sermonem? Et ille re-
ondit. Etiam, Et dixit ei Abbas Abraham. Ecce
trans in cellulam tuam & inueniens super mat-
m tuam mulierem potes non cogitare quia mu-
r est? Et ait, Non, sed repugno cogitationi meæ,
non tangam illam. Dicit ei Abbas Abraham,
ce non interfecisti fornicationem, quia uiuit
ßio ipsa, sed alligata est. Iterum si ambulas in
, & uides lapides & testes uasorum, & inter
as iacens aurum potes mente tua aurum quod
les, uelut lapides reputare? Et respondit, Non,
resisto cogitationi meæ, ne colligant illud. Et di-
ei Abraham. Ecce ergo uiuit paßio, sed alliga-
st, Et dixit iterum Abbas Abraham, Si audi-
de duobus fratribus, quia unus diligit te, &
a loquitur de te, alius autem odit & detrahit
, & uenerint ad te uterq;, æqualiter suscipis?
lixit. Non, sed ex torqueo animo meo,
similiter benefaciam ei qui me odit, sicut ei
qui diligit me, Et dixit ei Abraham.

Viuunt

suo dixit. Ne contristeris fili ex infirmitate uel plaga corporis tui. Summa enim religio est, ut in infirmitate quis agat Deo gratias. Si ferrum es, per ignem æruginem amittis. Si uero aurum es, per ignem probatus à magnis ad maiora uenies. Ne anxieris ergo frater. Si enim Deus te uult in corpore torqueri, tu quis es, ut eius potestati resistas, aut maleste feras? Sustine ergo & roga Deum ut quæ ipse uult illa concedat.

ALIVD.

Senex quidam cum frequenter infirmaretur corpore & langueret, contigit ut uno anno nulla cum ægritudo contingeret. Et propterea flebat & grauiter ferebat dicens, Reliquisti me Domine, & noluisti me præsenti hoc anno uisitare.

ALIVD.

Dicebant de quodam sene, quia cum moreretur in Scithi, circunsteterunt fratres lectum eius, & uestierunt eum, & cœperunt flere. Ille autem aperuit oculos suos & risit, & adiecit iterum ridere. Hoc autem factum est tertio. Quod cum uidissent fratres, rogauerunt eum dicentes. Dic nobis Abba, quare nobis flentibus tu ridebas? Et dicit eis. Primo risi, quia uos timetis mortem, Secundo risi, quia non estis parati. Tertio risi quia à la-

à labore ad requiem uado. Hæc cum dixisset, statim clausit oculos in mortem.

ALIVD.

Ioannes minor Thebeus, discipulus Abbatis Ammoys duodecim annis ipsi seni infirmanti fecit obsequium, senex tamen cum uidisset eum laborantem, nunquam illi sermonem blandum ac placitum loquutus est. Cum autem de hoc mundo transiret, sedentibus alijs senibus tenuit manus eius, & dixit ei tertio, salueris, salueris, & tradidit illum senibus dicens. Ille non homo, sed Angelus est, qui tot annis mihi infirmanti seruiens, non bonum sermonem audiens, fecit tamen obsequium cum magna patientia.

ALIVD.

Plures diuersis laborantes neceßitatibus conuenerunt fratres ad sanctum Antonium, inter quos et Eulogius quidam Monachus Alexandrinus; cum alio qui Eelephantiaco morbo cruciabatur; quos illuc propter huiusmodi causam uenisse memorabant. Hic Eulogius scolasticus erat, secularibus literis eruditus. Qui immortalitatis desiderio captus, huic mundo renunciauerat, diuisisq; rebus suis omnibus atq; dispersis, parum aliquid pecuniarum reliquerat sibi, quibus, quia per se operari non poterat uteretur.

Cum igitur eum quædam animi defectio fatigaret, & neq; cum multis in Monasterio degere, neq; solitariam uitam posset ferre patienter, reperit quendam publice in platea iacentem, ita inualitudine illa, quem superius dixi, impletum, ut sine pedibus & manibus uideretur, cui lingua tantummodo immunis in tantis cruciatibus erat, qua magis posset ab intuentibus malorum suorum remedium promereri, cunq; eum aßistens uidisset Eulogius, oratione facta ad Deum, & facta quadam cum Domino pactione, his alloquutus est uerbis. Domine, inquit Deus in tuo nomine suscipio istum tam immani ualitudine præpeditum, ut propter istum poßim & ipse saluari. Aßis ergo mihi Iesu Christe, atq; patientiam in tali ministerio largiaris, moxq; ad iacentem illum ait. Vis frater suscipio te in domo mea, & quacunq; potuero ratione sustento? Cunq; hæc ille libenter amplecti se diceret. Vadam ergo inquit & asinum, quo ueharis adducam, cui uehementer exultans consensit ægrotus, quodq; mox fecit Eulogius, memoratum ad hospitiũ suum sine dilatione transuexit. Per quindecim igitur annos iugi curatione et perpetua ei solicitudine seruiebat, per quod omne tempus & ille cui tantum deferebatur obsequium

m gratiarum actione cuncta tolerabat & Eu-
gij manibus & medicamentis, cibisq; & balneis
out competebat ualetudini curabatur. Post X
ro annos instinctu Dæmonis, supradictus ægro-
s immemor tot laborum Eulogij tantorumq;
ritorum, cœpit ab eo uelle discedere, multisq;
iurijs atq; opprobrijs increpare eum dicens. Fu-
tiue, qui propriam domum deuorasti, furatusq;
alienam substantiam, in me occasionem salutis
e reperisse te credis? Eulogius autem rogabat
m, & satisfaciens animo eius dicebat. Noli mi
mine talia loqui, sed dic potius, quid te contri-
uerim, & emendo. Elephantiosus autem cum
rore dicebat. Vade nolo istas adulationes tuas,
oijce me in publicum, refrigeratione tua non
eo. Eulogius autem obsecro te inquit placare,
t quid te inquit, contristauerim uenerande senex
icito. Elephantiosus autem asperior in furore di-
bat ad eum. Iam fraudulentas irrisiones tuas non
o, adulationes & subsannationes tuas non to-
o. Nec mihi hæc arida parcaq; uita iocunda
; uolo carnibus saturari. Cumq; ei exhibitæ à uiro
tientißimo Eulogio carnes fuissent, cœpit ite-
m proclamare. Non potes inquit meæ satisfa-
e uoluntati, neq; tecum solitarius habitare præ-

uideo, populum uidere, ad publicum ire desideria. Dicit ei Eulogius, Ego adduco tibi multitudinem fratrum, rursus ferocior ac pene blasphemius ægrotus, ne inquit mihi tuam faciem uidere uolo, & adducis mihi similes tui solius panis deuoratores, concutiensq; semetipsum, inquieta uoce clamat dicens. Hic esse nolo, ad publicum ire desidero. O uiolentia. In eum locum me proijce, unde me sustulisti, Tanta ergo erat eius insania, adeoq; sensus ipsius infirmis quodammodo peruerterat Dæmon, ut à laqueo se forte suspendisset, si manus per quas hoc facere posset, habuisset. Ad Monachos itaq; uicinos pergit Eulogius, ita dicens eis, quid faciam quod Elephantiosus iste penitus desperare me fecit? Dicunt ei. Quam ob causam. Respondit eis, quia dura sunt quæ mihi conatur imponere, & quid agam ignoro. proijciam ne eum? Sed aliter Deo dexteras dedi, de hoc satis uereor. Non proijciam eum. Sed tot ac tanta iterum dierum ac noctium mala ferre non possum, quid de ipso igitur à me fuit ignoro. Ad quem illi his uerbis loquuntur dum adhuc uiuit et superest magnus ille, sic enim uocabatur Antonius, ascende ad eum ægrumq; naui impositum in Monasterium eius defer, expectans ibi donec speluncam suam egressus

adueniat.

ueniat. Quem cum uideris, refers ista quæ pa-
is, atq; ab eo consilium postulabis, quicquid ti-
super hoc dixerit facies, & eius munitionibus
quiescens, sciens à Deo iuberi tibi quod ille præ-
pit. Mox igitur sermonibus fratrum libenter
structus, supradictum ægrum blandis præcibus
perans, littorali nauiculæ imposuit, sustulitq; de
uitate per noctem, & ad discipulorum sancti
ntonij habitaculum dixit: Euenit autem ut altea
uespertinis horis superueniret illic beatus An-
nius, referente mihi Cronio, quod chlamide ex
llibus facta indutus aduenerit. Solebat autem
niens ad Monasterium fratrum uocare ex ipsis
acharium eumq; his uerbis interrogare. Vene-
nt adhuc aliqui fratres? Et ille uenisse dicebat,
e Aegypto inquit sunt an de Ierosolyma?
oc autem signum ab his iusserat dari, ut quoties
s aliqui non satis digni colloquio ipsius ueni-
nt, aduenisse Aegyptij dicerentur, quotiens au-
n sancti quidam & spirituales uiderentur uiri,
nisse de Ierosolyma nunciarentur. Tunc ergo ue-
ns iuxta consuetudinem suam, cũ interrogaret,
rũ Ierosolymitæ illic fratres essent, an Aegyptij?
spondit Macharius dicens, ex utroq; genere ui-
se se, cum autem dixisset illi sanctus Antonius,

fac illis leticiam, & sumant cibum, una cum eis oratione completa iubebantur discedere, ac uero cum Ierosolimis uenisse didicisset, per totam noctem cum ipsis sedens ea illis quæ saluti eorũ proficerent, loquebatur. Memorata igitur nocte consedisse referebant, & unumquemq; ad se de his qui conuenerant, euocasse. Cunq; à nullo quis illic Eulogius uocaretur audisset, ipse in tenebris propria uoce sua illum ter nomine uocauit, cui cum supradictus Scholasticus non responderet, putans quod alter aliquis Eulogius uocaretur. Dicit ei rursus: Te uoco Eulogi, qui ab Alexandria ciuitate uenisti, Dicit ei Eulogius. Quid quæso iubes? Et Antonius, Quid inquit huc uenisti? Respondit Eulogius dicens, Qui tibi nomen meũ reuelare dignatus est, ipse etiam & aduentus mei causam procul dubio reuelauit. Tunc ille, quare, inquit, ueneris scio, sed ante omnes hos fratres ut omnes audiant refer. Iussus igitur à magno Antonio, seruus CHRISTI, Eulogius retulit ante omnes, Istum Elephantiosum in platea publica reperi proiectum, cuius curam nullus hominum gerebat, & promisi Deo, ut deseruirem egritudini eius quomodo possem, & ego per illum, & ille per me saluaretur. Ex quo autem pariter sumus, quintus decimus annus est sicut & uestræ sanctitati credo omnia reuelata. Quia igitur post

post plurimos annos cum à me nihil mali per-
rit, uarijs me procellis ac tempestatibus uexe-
ob quod & ego ipsum à me proijcere cogitaui,
pterea ad sanctitatem tuam ueni, ut quid ex
faciam, digneris me tuis edocere consilijs, &
ionibus adiuuare. Peßimis enim motibus totus
tor & crucior, cui hæc tunc Antonius seuera
iracunda uoce respondit. Tu illum à te proij-
ulogi? Sed ille eum non proijcit qui eum à se
m esse cognoscit. Proijcis eum? Meliorem te
niet, & eliget Deus qui colligat destitutum.
q; perterritus ad hæc Eulogius uerba tacuis-
relicto rursus sanctus Antonius Eulogio, cœ-
grotum proprijs sermonibus uerberare, et hæc
m cum clamore maximo loqui. Elephantiose
ac luto horride, nec terra digne nec cœlo non
is iniuriam Dei uociferari?
Nescis, qui ministrat tibi, Christus est. Quem-
dum ausus es contra Christum talia loqui?
propter Christum se iste seruitio tali & ob-
s subiugauit. Quem & ipsum mordaci ser-
laceratum reliquit, conuersisq; uerbis ad
fratres, ad unumquemq; ita ut ratio singulo-
exigebat loquutus, rursus ad Eulogium &
rotum redit, dicitq; eis, Ne quis uestrum à

filii quoquam se uertat, neuter ab altero seperetur; sed ad cellam uestram in qua per tantum tempus uixistis redite, in pace omnem tristitiam deponentes. Iam nunc enim ad uos Dominus Deus mittet. Num tentatio ista idcirco accidit uobis, quia ad finem uitæ ambo uenistis, etiam uterq; uestrum merebitur coronari. Nihil ergo aliter feceritis, ne forte uos Angelus ueniens, in eo in quo dixi loco inuenire non possit, uterq; coronis fraudemini. Qui cum ad cellam suam ueIociter redeundo redintegrata pace uenissent, intra. XL: dies Eulogius prior obijt, & post aliquot triduum supradictus defecit ægrotus, animo uehementer incolumis.

PECCATVM ESSE in sanctis, sed seruiens non regnans.

QVIDam senex cum uenisset ad alium senem dicit ei. Ego iam mortuus sum seculo huic, At ille alter respondit. Ne confidas in teipsum, donec egrediaris de corpore hoc. Nam & si tu dicas, quoniam mortuus sum, Diabolus tamen nec dum est mortuus, cuius innumerabilia sunt artis mala.

Aliud

ALIVD.

Dicebant de quodam sene, quia fuerit quin-
ginta annos, nec panem comedens, nec facile
am bibens. Et dicebat, quia extincti fornicatio-
, & auaritiam, uanam gloriam. Et ueniens
um Abbas Abraham, audiens quod hoc dixis-
dicit ei. Tu dixisti hunc sermonem? Et ille re-
dit. Etiam, Et dixit ei Abbas Abraham. Ecce
ins in cellulam tuam & inueniens super mat-
tuam mulierem potes non cogitare quia mu-
st? Et ait, Non, sed repugno cogitationi meæ,
m tangam illam. Dicit ei Abbas Abraham,
non interfecisti fornicationem, quia uiuit
o ipsa, sed alligata est. Iterum si ambulas in
& uides lapides & testes uasorum, & inter
iacens aurum potes mente tua aurum quod
, uelut lapides reputare? Et respondit, Non,
sisto cogitationi meæ, ne colligant illud. Et di-
Abraham. Ecce ergo uiuit paßio, sed alliga-
, Et dixit iterum Abbas Abraham, Si audi-
de duobus fratribus, quia unus diligit te, &
loquitur de te, alius autem odit & detrahit
& uenerint ad te uterq;, æqualiter suscipis?
xit. Non, sed ex torqueo animo meo,
militer benefaciam ei qui me odit, sicut e-
ui diligit me, Et dixit ei Abraham.

Viuunt

Viuunt ergo paßiones, & tantummodo à sanctis uiris quodammodo ligantur.

ALIVD.

Dixit Isidorus, quadraginta annos esse, ex quo sentiret quidem motum peccati in mente sua, nunquam tamen consentiret, neq; concupiscentiæ neq; iracundiæ.

NON PECCANDVM etiam in occulto.

TRansceunte aliquando Abbate Effrem, una prostituta ex immißione cuiusdam, cœpit ei blandiri, cupiens eum, si posset ad turpem commixtionem illicere, uel si hoc non posset saltem ad iracundiam prouocare, quoniam nunquam uidit eum quisquã irascentem uel litigantem. Ipse autem dixit ad eam. Sequere me. Cum uenisset autem in locum populorum, dicit ei. Veni huc, & sicut uoluisti, commisceor tecum. Illa autem uidens multitudinem, dixit ei, Quomodo possumus hoc hic facere tanta multitudine astante, confundimur enim? Ille autem dixit ei. Si homines erubescis, quanto magis erubescere debes Deum, qui reuelat occulta tenebrarum? Illa autem confusa & confutata, receßit absq; opere uoluntatis suæ.

PECCANTIBVS SEMper surgendum & agendam pœnitentiam.

CVM quidam Abbatem Sysoium frequenter talem sermonem requireret, quid faciam pa- quoniam cecidi, respondit, surge. At ille re- ndit. Exurrexi. Et iterum se cecidisse confessus . Ait senex, Et iterum surge. Cum autem fra- frequenter se surrexisse, & frequenter se ceci- se narraret eodem sermone senex utebatur, ex- mans. Non cesses exurgere fili. Cui frater. Vsq; o possum surgere pater explana. Tunc senex ait uousq; aut in bono opere aut in malo deprehen- occumbas. In quo enim opere homo deprehen- fuerit in eo iudicabitur.

PECCANTES IN spiritu lenitatis arguendi.

COntigit fratri cuidam culpa in Cenobio, & dum à cæteris increparetur ad Abbatem ofectus est Antonium. Et assecuti sunt eum fra- tres,

tres, uolentes eum reducere, cœperuntq; ei culpam exprobare. Ille uero fecisse culpam denegabat. Inuentus est ibi Abbas Paphnutius, cui cognomen erat Cephalus, qui talem retulit in congregatione fratrum auditam parabolam. Vidi inquit in ripa fluminis hominem usq; ad genua in limo demersum, uenientes autem ut eum porrecta manu extraherent usq; ad collum demerserunt. Tunc beatus Antonius de beato Paphnutio ait. Ecce homo qui ex ueritate potest animas saluare, Quo fratres illius sermone compuncti agentes pœnitentiam, eum qui discesserat ad Cenobium reuocauerunt.

ALIVD.

Dixit quidam de senioribus. Si uideris aliquem peccantem, ne mittas culpam in eum, sed in illum qui impugnat eum, apud temetipsum dicens, Veh mihi, quia sicut iste nolens uictus est, sic & ego hodie uel cras, & plange & inquire Dei solatium. Nemo enim uult peccare, sed omnes decipiuntur.

ALIVD.

Quidam Timotheus Anachoreta, negligentem fratrem aliquem audiens, interrogante ipsius Abbate, quid illi fratri faceret, dedit consilium, ut eum expelleret. Cum ergo ille fuisset expulsus, tentatio

itatio uenit ad Timotheum. Et cum ploraret in ispectu Dei, & diceret, miserere mei, uenit ad n uox dicens. Timothee ideo tibi hoc uenit, ia fratrem tuum in tempore suæ tentationis de- xisti.

ALIVD.

Quidam frater requisiuit senem dicens, pu- Abba cognoscunt sancti uiri, quando uenit in gratia? Respondit senex dicens, non semper gnoscunt. Nam cuiusdam magni senis discipulus n peccasset in aliqua re iratus senex dixit ei cum more. Vade & morere, & statim ille cecidit defunctus est. Cumque senex uidisset eum mor- m, timor ingens irruit super eum & cum ma- t humilitate orauit, rogans Deum & dicens. mine Iesu Christe, resuscita illum & iam ulte- sine consideratione, talem non loquar sermo- , & cum hæc dixisset, statim surrexit discipu- eius.

POENITENTIAE Exempla.

Vit quidam uir in palatio sublimis sub Theo- dosio Imperatore, nomine Arsenius, cuius s, id est, Archadium et Honorium Augustos de tismate suscepit. Hic itaque Arsenius desiderio

diuini

diuini timoris accensus, relinquens omnem seculi gloriam temporalem, perrexit ad Eremum Sci*thiæ, ut inter sanctos patres secretam & quietam ab omni strepitu huius mundi ageret uitam, separatus ab illecebris & delectationibus corporis, ut cum tota mentis intentione adhæreret* Domino *saluatori, sicut scriptum est,* Adhæsit anima mea *post te, me suscepit dextera tua.* Dicebant ergo de *eo sancti seniores, quia sicut cum in seculi conuersatione esset, nimis præciosis uestimentis præ omnibus utebatur, ita post modum in* Eremo Scithiæ *degens, studebat ut ab omnibus* Monachis *uiliora & despectiora uestimenta haberet.* Dicebat etiam Abbas Daniel, *quoniam sanctus* Arsenius *referebat fratribus dicens, quasi de alio audisset, sed quantum datur intelligi ipse talem uidit uisionem,* Sedebat *inquit quidam de senioribus* Monachis *in cellula sua, & subito uenit ad eum uox dicens.* Egredere *foras & ostendam tibi opera hominum.* Et *surrexit inquit, & egressus est foras.* Duxit *autem eum & ostendit ei* Aethiopem *nigrum cum secure cedentem ligna, & facientem grandem sarcinam, & tenebat subleuare sarcinam illam, et præ magnitudine non poterat portare eam, sed redibat & cedebat iterum alia ligna, & addebat*

Visio Arsenij,
Tria hominum genera quæ non saluantur.
1 *Non pœnitentes.*

uper sarcinam illam. Iterum autem ostendit ei ali-
m hominem stantem super lacum, & haurientem
quam, & mittentem eum in collectaneum, & 2
e alia parte per foramina defluebat aqua subter Non uere
n eodem loco. Iterum dixit ei, Veni sequere me, pœniten-
& ostendam tibi aliud, Et uidit quasi quoddam tes.
dificium Templi, & duos sedentes in equis, por-
intes super scapulas suas utriq; lignum unum, id 3
st, perticam longam uolentes pariter ingredi Hypocri-
ortam Templi illius, & non permittebat eos li tæ.
nũ quod ex aduerso portabant ingredi per por-
am illam. Non enim humiliabat se alter alteri,
d contendebant uterq; pariter ingredi uolentes,
& non præualebant. Nec enim humiliabat se unus
orum, ut alteri locum daret. Exposuit ergo ei Expositio
us uisiones dicens. Hi qui lignum portant, hi sunt uisionis.
ui habent iugum sanctum Monachorum, sed iu-
ificantes se ipsos in cordibus suis cum exultatione
perbiæ non humiliantur inuicem. Noluerũt enim
nbulare in humilitate uiam saluatoris Domini
ostri IEsu CHRisti, qui dixit, discite à me, quia
itis sum & humilis corde, & inuenietis requi-
n pro animabus uestris, ideoq; propter superbiã
rdis sui remanserunt foris, de regno regis cœlo-
um Christi exclusi. Qui autem cedebat ligna &

ſuper ſarcinam addebat adhuc, homo eſt
ratus eſt multis peccatis, & ſuper ſarcin
catorum ſuorum addit ſemper alia
quem oportebat ut magis pœnitentiam
prioribus peccatis, ſed negligens uicia e
peccatorum priorum, magnis alia addit ſu
ora peccata. Ille autem qui aquam de lacu
bat, homo eſt, qui aliqua bona operatur,
mala etiam amplius peccatum operatur,
reunt & delentur etiam bona opera quæ ſ
Oportet ergo hominem, ſicut ait Apoſtol
timore & tremore ſalutem ſuam operari.
bat autem Abbas Daniel de Abbate Arſen
cum operaretur ſportas & palmarum fol
tebat aquam in peluim ut infunderentur pa
cum fœteret bramoſa aqua odore, non pe
bat ut aliam aquam mutarent, ſed ſuper illa
tidam addebat aquam, ut ſemper fœteret, In
gabant autem fratres eum dicentes. Cur no
mittis pater ut aqua mutetur, ſed peßimo
tota cellula tua repletur? Reſpondens aute
tus ſenior ait. Quoniam pro thimiate & m
et illis diuerſis quibus in ſeculari conuerſati
ne intermißione fruebar, oportet nunc me
hoc tempore ſum ſuſtinere iſtiuſmodi fœtore
ſi

suauißimo illo odore, ut in die iudicij de illo gehennæ inenarrabili fœtore liberet me Dominus, & non cum illo diuite, qui epulabatur in isto mundo delitiose & splendide condemnetur anima mea.

ALIVD.

Beatus Athanasius Episcopus, rogauit aliquando Abbatem Pamon ut iret in Alexandriam. Qui descendens cum fratribus, cum uidisset quosdam seculares dicit eis. Surgite & salutate Monachos, ut benedicamini ab eis. Frequenter enim isti loquuntur cum Deo, & os eorum sanctum est. Et cum uidisset ibi mulierem theatricam lachrymatus est, Et requisierunt astantes cur plangeret. At senex respondens dixit, Duæ me res ad has lachrymas compulerunt. Vna quidem perditio illius mulieris. Secunda uero, quia ego tantam curam non habeo placendi Deo, quantam habet hæc mulier ut omnibus turpibus placeat.

ALIVD.

De quodam sene dicebatur, quia quotiens illi sua cogitatio dicebat, dimitte hodie & cras pœnitebis, ipse iterum respondebat. Non ita, sed hodie debemus pœnitere, & cras uoluntas Dei fiat in nobis.

ALIVD.

Quidam ex patribus de aliquo referebat Episcopo, eo quod audisset duos de plebe sua uiros, nimiæ impuritatis adulteros. Rogauit ergo Deum, ut si ita esset sibi ostenderet. Dum ergo post oblationem consecratam unusquisq; ad communionem accederet, singulorum facies intelligebat & animos. Peccatorum enim facies nigras inspiciebat ut carbonem, & oculos eorum sanguine repletos, alios uero uidit clara facie & uestibus albis indutos. Cum autem corpus Domini suscepissent, in quorundam uultibus lumen, in quorũdam flamma uidebatur. Vt autem agnosceret de illis quorum crimina audiebantur, communionem illis porrexit & uidit unum ex eis clara facie, & honorabili, albisq; uestibus circundatum. Alterum uero nigrum & horribili uultu. Et postquam diuini gratiam mysterij perceperunt, illum uis quædam illustrabat, istum uero alium, quasi flamma succendebat. Orauit autem Episcopus de singulis, quæ ei ostensa fuerant se doceri. Astitit autem Angelus Domini, dicens ei. Omnia quæ de ipsis audisti uera sunt, sed ille unus in sordibus suis permanet, & in uoluntate peccandi, ideo illum nigra facie & flamma succendi uidisti. Ille uero

alter

alter, similis eius quidam erat sicut audieras, sed ideo illum clara facie illustrari uidisti, quia recordatus de his quæ primum fecit, abrenuncians illis malis operibus cum lachrymis & gemitibus Dei misericordiam postulabat promittens quod si præterita ei fuissent remissa peccata, ulterius ad eadem non rediret, & ideo prioribus deletis criminibus ad hanc gratiam quam uidisti, peruenit.

Cum autem Episcopus gratiam Dei miraretur, eo quod non solum de tormentis tam turpis uitæ hominem eruerit, sed etiam tanto honore decorauerit, Respondens Angelus dixit. Bene mirarîs, homo enim es, Nam Dominus noster ac uester, naturaliter bonus & humanus est, cessantibus à pec- »
catis pœnitentibus enim per confeßionem non so- »
lum peccata dimittit, sed etiam honore efficit di- »
gnos. Sic enim dilexit DEVS hominem, ut unigenitum suum filium pro peccatoribus destinaret, & pro ipsis daret ad mortem. Qui ergo dum inimici eius essent, mori pro ipsis elegit, quanto magis quando illi proprij fiant. Hoc ergo scias, quia nullum peccatum humanum bonitatem Dei uincit, si tantummodo per pœnitentiam unusquisq; ea quæ prius fecerat aboleuerit mala, misericors enim Deus, et infirmitatem gene-

ris uestri scit, & passionum fortitudinem, e
boli uirtutem uel malitiam, & cadentibus
hominibus in peccatum tanquam filijs indi
expectat emendationem, pœnitentibus uer
quam languidis compatitur, & mox soluen
cata eorum, iustorum illis etiam premia t
Audiens uero hæc Episcopus miratus est ni
glorificabat Deum.

ALIVD.

Abbas Paulus simplex habebat hanc gra
ut ingredientes in Ecclesiam aspiceret, & e
facie eorum uniuscuiusq; cogitationes seu ma
Angeli custodes nostri. sent, seu bonæ sentiret. Cum ergo uenisse
Ecclesiam, & ingrederentur, senex uidit eo
ra facie, & læto animo ingredi, & Angel
rum pariter cum gaudio cum ipsis. Vnum a
nigrum uidit & nebulosum habentem corpu
Dæmones hinc atq; inde trahentes eum ad se
freno in naribus, & Angelum sanctum eius
ge sequentem tristem. Beatus ergo Paulus
flere & pectus suum tundere, sedens ante E
siam propter eum quem talem uideret. Omn
tem alij senes uidentes eum sic flentem, cœp
rogare ut si quid in ipsis uidisset, manifest
aut cum eis ingrederetur in congregationem
Illc autem nolebat ingredi, sed semper flebat

pter eum quem ſic uiderat. Poſt paululum autem cum abſoluta congregatione diſcederent, iterum omnium uultus circunſpiciebat, ſi tales egrederentur quales ingreßi ſunt, & uidit illum quem ante uidit nigrum & nebuloſum, egreſſum de Eccleſia clara facie & candido corpore, & Dæmones à longe ſequentes eum, ſanctum autem Angelum eius prope eum hilarem, & gaudentem ſuper eum nimis, Tunc Paulus exurgens cum gaudio uociferabatur benedicens Deum ac dicens. Quanta miſericordia & benignitas Dei eſt? quanta miſeratio eius eſt? Et aſcendens in altiorem locum, magna uoce dicebat. Venite & uidite opera DEI, uenite & uidete quemadmodum uult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire. Venite adoremus eum dicentes, quia tu ſolus potes peccata tollere. Cum autem omnes conueniſſent, expoſuit eis Paulus quid uidiſſet antequam ingrederentur in Eccleſiam & quæ poſtea, & petebat illum fratrem quem ſic uiderat, ut ei miniſtraret cogitationes ſuas & actus, uel quemadmodum tantam commutationem illi Deus donaſſet. Ille autem ante omnes cœpit referre dicens, Ego ſum homo peccator, & multis temporibus ſum deditus peccato,

Ingressus autem nunc in Ecclesiam Dei au
ba Esaiæ Prophetæ, magis autem Dei pe
loquentis. Lauamini, mundi estote, & toll
Vocalis litias de animabus uestris ante conspectum
uerbi Dei Discite benefacere, quærite iudicium, Et
nis & ef- rint peccata uestra tanquam coccinum, u
ficatia, dealbabuntur, & si uolueritis & audieri
Verbum bona terræ comedetis. Ego autem miser et f
meum non tor compunctus in hoc sermone Prophetæ,
reuerte- gressus intra pectus meum dixi ad Deum, D
tur ad me tu es qui uenisti saluare peccatores. Hæc erg
uacuum, nunc per Prophetam promisisti, opere com
Esa. 55. me indigno peccatore. Ecce enim amodo pro
tibi, ex toto corde profiteor, quia hoc ulteriu
faciam malum, sed renuncio omni iniusticia
amodo seruio tibi, & in conscientia munda
hodie ergo Domine, & ab hac hora suscipe m
nitentem & adorantem te, & renunciantem
nibus peccatis. Iuraui & statui apud me ser
omnes tuas iustificaciones. Sub hac ergo spon
egressus sum de Ecclesia, statuens apud me
de prioribus peccatis ultirius facere. Tunc o
senes exclamauerunt dicentes ad Dominum
magna. Quam magnificata sunt opera tua
mine, omnia in sapientia fecisti.

A

ALIVD.

Frater quidam impugnabitur à fornicatione. Contigit autem uenire inquendam uicum Aegypti, & uidens filiam sacerdotis Paganorum, adamauit eam, dixitq; patri eius. Da mihi eam uxorem. Ille autem respondens, dixit ei. Non possum eam tibi dare, nisi interrogauero Deum meum, Et abiens ad Dæmonem quem colebat, dixit ei. Ecce Monachus quidam uenit, uolens accipere filiam meam. Do eam illi? Et respondens Dæmon dixit. Si negat Deum suum & Baptismum & propositum Monachi, da eam ei, Et ueniens sacerdos, dixit. Nega Deum tuum & Baptismum & propositum Monachi, & do tibi filiam meam uxorem. Ille uero consensit, & statim uidit uelut columbam exire de ore suo, & uolare in cœlum. Pergens autem Sacerdos ad Dæmonem, dixit. Ecce promisit tria ista se facturum. Tunc respondens Diabolus, dixit ei. Non des ei filiam tuam in uxorem, quia Deus eius non integre recessit ab eo, sed adhuc adiuuat eum. Et ueniens Sacerdos, dixit. Non possum eam tibi dare uxorem, quia adhuc Deus tuus adiuuat te, & non recessit à te. Hæc audiens frater, dixit in semetipso. Si tantam bonitatem ostendit in me Deus, cum ego infelix nega-

uerim ipsum, & Baptismum & propositu
nachi, bonus autem Deus etiam si cum tam
scelus commisi, nunc usq; adiuua me, cur
cedam ab eo? Et in semetipsum reuersus,
sobrietatem mentis, & uenit in Eremum
gnum quendam senem, & narrauit ei re
fuerat facta. Et respondens senex, dixit e
mecum in spelunca & ieiuna tres hebdo
continuas, & ego DEVM deprecor pro
Et laborauit senex pro fratre illo, & depr
est Deum dicens. Obsecro Domine, dona mi
mam hanc & suscipe pœnitentiam eius. Et
diuit orationem eius Deus. Et cum completa
set prima hebdomada, uenit senex ad illum
trem, & interrogauit eum dicens. Aliquid
disti? Et respondens frater dixit. Etiam, Vi
lumbam sursum in altitudine cœli, contra c
meum stantem. Et dixit ei senex, Attende
metipsi, & deprecare Deum attente. Sec
uero hebdomada uenit senex iterum ad frat
& interrogauit eum dicens. Vidistine aliqu
Et respondit. Vidi columbam uenientem
caput meum. Et præcipit ei senex dicens, So
esto mente & ora. Et completa tertia hebd
da, uenit iterum senex, & interrogauit eum

cens. Ne aliquid plus uidisti? At ille respondit dicens. Vidi columbam quae uenit & stetit super caput meum, & intendi manum meam ut tenerem illam, illa autem surgens intrauit in os meum, & gratias agens Deo, senex dixit fratri. Ecce suscepit Deus poenitentiam tuam. De caetero attende temetipsum, & esto solicitus. Et respondens frater dixit. Ecce ammodo tecum ero, donec moriar.

ALIVD.

Fuit quaedam meretrix nomine Thais, tantae pulchritudinis, ut multi propter eam uenditis substantijs suis pene ad ultimam peruenirent paupertatem, & amatores sui prae zelo litibus inter se consertis, frequenter puellae limina sanguine iuuenum replebantur. Quod cum uidisset Abbas Paphnutius, sumpto habitu seculari & uno solido, profectus est ad eam ad quandam ciuitatem Aegypti, deditq; ei solidum quasi pro mercede peccandi. Illa accepto precio, ait illi, Ingrediamur domum. Cum autem ibi essent & lectum preciosis uestibus stratum ascendere inuitaretur, dicit ad eam. Si est interius cubiculum, in ipsum eamus. Illaq; dixit. Est quidem cubiculum ubi nullus ingreditur, sed Deo non est locus, qui diuinitatis eius oculis abscondatur. Quod cum senex audisset, dixit ei. Et scis esse Deum? Cum

Cum autem respondisset se scire Deum & futuri seculi, nec non & tormenta pecc Dixit ei senex, Si ergo hæc nosti, cur ta mas perdidisti, ut non solum pro tua, sec rum animabus reddita ratione damneris? hæc audiens peruoluta ad pedes Abbatis I tij, exorabat dicens. Scio esse pœnitentia & confido remißionem peccatorum sortir orante. Tantum peto tribus horis in ut post hoc ubi iusseris, ad te ueniam, et qu preceperis faciam. Cunq; locum illum Abb stituisset quo uenire deberet, illa collectis o quæcunq; ex peccato susceperat, perlatisq; diam ciuitatem combußit, clamans. Venite qui peccastis mecum, & uidete quomodo mihi contulistis, exuram. Erat autem preciu rum bonorum, quadringentarum librarum a Cunq; omnia consumpsisset, in locum qu Abbas constituerat, perrexit. Quem ille, re uirginum Monasterio, in cella parua clau ostium cellæ plumbo signauit, paruamq; fene reliquit, per quam ei uictus modicus inferr iußitq; omnibus diebus parum panis & paul aquæ à ministris ministrari. Cum autem ostio plumbato discederet, ait Thais. Quo

pater, ut ex naturali meatu, aquam meam fundam? At ille respondit, In cella. Sic enim digna es. Cum iterum quemadmodum Deum deberet orare inquireret. Dixit ei senex. Non es digna nominare Deum neq; in labijs tuis nomen diuinitatis imprimere, sed nec ad cœlum manus expandere, quoniam labia tua iniquitate sunt plena & manus tuæ sordibus inquinatæ, sed tantummodo incumbens contra orientem aspice, hunc sermonem semper iterans, qui me plasmasti miserere mei. Cum ergo tribus annis ita fuisset inclusa, condoluit ei Abbas Paphnutius, & mox profectus est ad Abbatem Antonium, ut ab eo requireret, si remisisset illi Deus peccata an non. Cum ergo causam rei narrasset, conuocatis discipulis suis Abbas Antonius præcepit, ut illa nocte omnes uigilarent, & in oratione persisterent singulatim, quatenus uni alicui ex his declararet Deus causam pro qua Abbas Paphnutius uenerat. Cum ergo singuli secessissent & incessanter orassent, Abbas Paulus maior discipulus beati Antonij Abbatis, uidit subito in cœlo lectum preciosis uestibus adornatum, quem quatuor uirgines clara facie custodiebant. Cunq; Paulus intra se diceret. Non est hæc gratia alterius, nisi patris mei Antonij, uox ad eum diuina facta est,

non patris tui Antoni, sed Thaidis mere
quod cum mane facto Abbas Paulus retul
gnita Dei uoluntate Abbas Paphnutius c
dio discessit & profectus ad Monasterium
erat inclusa, ostium quod obstruxerat, di
Illa uero petebat ut adhuc permaneret di
clusa. Cum uero aperuisset ostium dixit. E
quoniam Deus dimisit tibi peccata tua.
spondit, testor Deum quoniam ex quo huc i
sum, ex omnibus peccatis meis feci uelut fa
& statui ante oculos meos, Et sicut non
anhelitus de naribus meis una hora, sic ne
serunt peccata mea ab oculis meis, sed fle
semper considerans. Cui Abbas respond
propter pœnitentiam tuam dimisit tibi De
cata tua, sed quia semper hunc timorem h
in animo, Et cum eam inde eduxisset, qui
dies superuixit tantum & quieuit in pace.

ALIVD.

Quidam frater sedebat in cella in Ae
magna humilitate precipuus. Habebat au
rorem in ciuitate meretricem, quæ multis
bus perditio fuerat. Frequenter ergo mo
senes fratrem illum, & uix potuerunt ei p
dere, ut ueniret ad eam, quatenus per adi

onem eius posset peccatum quod per eam fiebat terminari. Dum ergo ueniret ad locum, quidam ex notis uidens eum, precessit & nunciauit mulieri dicens. Ecce frater tuus uenit ad te de Eremo. Illa autem præ gaudio relictis amatoribus suis quibus ministrabat, capite disco operto ad occurrendum fratri egressa est. Et cum uidisset eum, dum tentaret illum amplecti dixit ille. Soror mea carißima, parce iam animæ tuæ, quoniam propter te multi pereunt. Considera quanta habeas tormenta præparata, nisi cito pœnitere festinaueris. Illa autem contremiscens dicit ad eum: Et scis frater, quia est mihi salus uel ammodo? Cui ille dixit. Si uolueris, adhuc salus tibi est. Illa autem iactans se ad pedes fratris sui, petebat ut eam secum duceret in desertum. Cui frater suus dixit. Vade & cooperi caput tuum, & sequere me. Cui illa respondit. Eamus ait uelociter, Oportet enim me deformare, & inter homines potius nudo capite de ambulare, quam in officinam peccati mei iterum ingredi. Dum autem pariter ambularent, monebat eam frater ad pœnitentiam, Videns autem ille, quia quidam fratres obuiarent ei, dicit ad eam, Quoniã nec dum omnes sciunt, quod soror mea sis, parum de uia secede, donec isti transeant.

Quod

Quod cum fecisset, postquam transierunt il
uit eum frater suus dicens. Veni soror mea
uiam nostram, Illa autem non respondit ei. I
rens ergo ille, inuenit eam mortuam, &
pedum eius plena sanguine. Erat enim disc
Tunc ille flens & eiulans nunciauit senior
tribus omnia quæ facta fuerant. At illi co
bant inter se de saluatione eius. Manifesta
tem Dominus uni seni de ipsa, eo quod nu
illi fuit de re corporali sed ut proprium uul
naret, neglexit omnia sua, & suspirauit gr
& fleuit pro peccato suo, propterea suscep
us pœnitentiam eius.

ALIVD.

Narrauit iterum idem senex de quodam
scopo, ut maxime ex eo fiduciam capiamus,
facilis sit Deus ad ueniam, si tantum nos
teat peccatorum. Nunciabatur igitur à quib
eidem Episcopo, inter fidelium turmas dua
sistere mulieres, quæ abruta seculi gradien
pudice inuenirentur & uiuerent. Episcop
tem ex his quæ ei nunciata sunt, commotus,
catus est, ne forte & aliæ huiusmodi essent,
deprecandum Deum se conuertit, certus in
gans effici, quod & meruit. Post diuinam

illam atq; terribilem consecrationem, dum accederent singuli ad participandum sancti mysterij Sacramenta per uultus eorum cernebat animas, quibus unaquæq; subiaceret peccatis. Et peccatorum quidem hominum uidebat facies nigras, quosdam uero ipsorum tanquam ab æstu exustas facies habentes, oculos autem rubeos ac sanguineos, Iustos autem uidebat claros aspectu, & candidos amictu. Et alij quidem, dum acciperent corpus Domini exurebantur & incendebantur, alij autem sicut lumen efficiebantur in se, & per os ingressum omne eorum corpus illustrabat, Erant autem inter ipsos etiam qui solitariam uitam elegerant, & hi qui in coniugijs erant, qui & ipsi ita esse uidebantur. Deinde conuertit se et cœpit etiam mulieribus ipsa distribuere mysteria, ut cognosceret quales & ipsarum essent animæ, & uidit simili modo fieri nigras atq; rubeas facies earum, sanguineas quoq; & albas. Inter ipsas autem aduenerunt & illæ duæ mulieres quæ accusatæ erant apud eum, propter quas maxime ad hanc precem & præuidentiam uenerat. Cernit autem ipsas dum accedunt ad sanctum mysterium clarum habentes uultum & honorificum, candida quoq; stola circumamictas. Deinde cum & ipse participatæ

fuissent mysteria Christi, factæ sunt uelut
ne illustratæ. Rursum Episcopus ad solitam
cem couertebat, supplicans Deo, discere
modum reuelationum quæ ei demonstratæ
Astitit autem Angelus Domini, & de sing
terrogare præcipiebat. Sanctus uero Ep
continuo de illis duab us sciscitabatur mul
si uera esset illa prima accusatio an falsa.
Angelus affirmabat omnia uera esse quæ
eis erant. Episcopus quoq; ait ad Ange
quomodo in perceptione corporis CHristi
dæ erant facies earum, albam etiam stola
bant lumineq; fulgebant non paruo? Ait
Angelus. Eo quod pœnituerint de actibu
discedentes ab his, lachrymis et gemitibus,
emosinis pauperum, per confeßionem diui
ruerunt numerum, de cætero nequaquam
dem malis se casuras promittentes, si ta
prioribus delictis ueniam mereantur, &
runt per hoc diuinam immutationem et à
bus absolutæ sunt, & uiuent. deinde sobr
ste ac pie. Episcopus autem mirari se dice
tantum de immutatione earum, hoc eni
contigit fieri, sed de DEI dono, qui non s
tormentis minime subiecit, sed etiam ta

Confeßionem ne hic intelligas enumerationem peccatorum, sed agnitionem peccatorum et fidem remißionis peccatorum propter filium Dei.

donare dignatus est gratiam. Ait autem ad eum Angelus Admiraris hoc iuste quasi homo, Dominus autem omnipotens ac Deus noster ac uester cum naturaliter sit bonus ac misericors, hos qui discedunt à proprijs delictis, & per confessionem accedunt ad eum, non tantum perire non patitur, sed etiam furorem suum aufert ab eis, & honore dignos fecit. Etenim sic Deus dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret pro eo. Quia igitur cum inimici essent homines mori pro eis elegit; multo magis domesticos effectos eos & poenitentiam agentes super his qui gesserant, absoluit à poenis, & eis, quae ab ipso praeparata sunt bona praestabit perfruenda. Hoc ergo scito, quia nulla delicta hominum uincunt clementiam Dei tantum ut per poenitentiam ea quae pridem quis gesserat mala abluat actibus bonis. Cum enim sit misericors Deus scit infirmitatem generis humani & passionum fortitudinem et Diaboli potentiam atq; astutiam & lapsis hominibus in peccatis quasi filijs ignoscit, & expectat correctionem eorum, patientiam habens in ipsis, conuertentibus uero atq; eius exorantibus bonitatem tanquam infirmis compatitur, & absoluit confestim uincula eorum, & donat eis bona quae praeparata sunt iustis. Ait autem Episcopus ad Angelum.

Obſecro te, dic mihi etiam uultuum differentias, et quibus peccatis unuſquiſq; eorum ſubiaceat, ut etiam de his cognoſcens ab omni liberer ignorantia, Angelus autem dixit ad eum, Hi quidem qui ſplendido atq; hilari uultu ſunt in ſobrietate & caſtitate & iuſticia uiuunt, modeſti quoq; & condolentes ac miſericordes ſunt. Hi uero qui nigras habent facies, fornicationis & libidinis operarij ſunt, cæteriſq; ſceleribus & delictis implicati. Hi uero qui apparuerunt ſanguinei atq; rubei, in malignitate & iniuſtitia uiuunt, & amantes detractiones, blaſphemi, doloſi, & homicidæ ſunt. Rurſum dicit ei Angelus. Adiuua eos, ſiquidem ſalutem eorum deſideras. Propterea etiam meruiſti orationum tuarum effectum ut uidendo diſcas diſcipulorum tuorum peccata, & per admonitiones atq; obſecrationes meliores eos per pœnitentiam facias, ei quoq; qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit à mortuis IEſu CHRiſto Domino noſtro gratum facias. Quantacunq; igitur tibi uirtus eſt & ſtudium & dilectio circa Dominum tuum Chriſtum Ieſum, omnem eorum gere prouidentiam, ut conuertantur à proprijs peccatis ad communem Dominum & manifeſta, quibus delictis ſubiaceant, ne propriam deſperent ſalutem. Ex

Officium Epiſcopi

hoc pœnitentibus quidem illis & conuertentibus ad Deum animabus eorum salus erit & epulatio futurorum bonorum, tibi uero erit plurima merces imitanti Deum tuum, qui cœlos quidem reliquit & in terris demoratus est pro salute hominum.

ALIVD.

Interrogatus est senior à quodam militante si Deus reciperet pœnitentem. Qui cum eum pluribus ædificasset sermonibus, postremo ait ad eum, Dic mihi dilectißime, si chlamis tua conscissa fuerit, proijcis ne eam, qui respondens ait, Non, Sed resartiens utor ea, Dicit ad eum senior. Si ergo tu parcis proprio uestimento, Deus suæ imagini non indulgeret?

ALIVD.

Alium æquæ singularem uirum uidimus paruo tugurio in quo non nisi unus recipi posset habitantem, huic Lupa solita erat astare cœnanti, nec facile unquam bestia fallebatur, quin illi ad legitimam horam refectionis occurreret, & tamdiu pro foribus expectaret, donec ille panem, qui in cœna supererat, offerret. Ille manum eius lambere solita, atq; ita quasi impleto officio & prestita consolatione discedebat, sed forte accidit, ut san-

ctus ille dum fratrem qui ad eum uenerat deducit abeuntem, diutius abesset, & non nisi sub nocte remearet, interim bestia ad consuetum illud tempus cœnæ occurreret, uacuam cellam cum familiarem patronum abesse sentiret, ingressa est, curiosius explorans, ubi nam esset habitator, casu contigua cum panibus quinq; palmicia fiscella pendebat, ex his unum sumit et deuorat, deinde perpetrato scelere, discessit. Regressus Eremita, uidit sportellam dissolutam, non constantem panum numero, damnum rei familiaris intelligit, ac prope limen panis assumpti fragmenta cognoscit, sed non erat incerta suspicio, quæ futurum persona fecisset. Ergo cum sequentibus diebus secundum consuetudinem bestia non ueniret, nimirum audacis facti conscientia ad eum uenire dissimulans, cui fecisset, iniuriam, ægre patiebatur Eremita se alumnæ solatio destitutum, postremo illius oratione reuocata, septimum post diem affuit, ut solebat ante fores cœnanti, Sed ut facile cerneres uerecundiam pœnitentis non ausa proprius accedere, deiectis profundo pudore in terram luminibus, quod palam licebat intelligi quandam ueniam precabatur.
Quam illius confusionem miseratus Eremita, iubet eam propius accedere, ac manu blanda caput

triste permulcet, deinde pane duplicato eam refe-cit; ita indulgentiam secuta, officij consuetudinem deposito mœrore reparauit. Intuemini quæso Christi etiam in hac uirtutem, cui sapit omne quod brutum est, cui mite est omne quod sæuit, Lupa officium prestat, bestia furti crimen agnoscit, conscio pudore confunditur, uocata adest, caput prebet, & habet sensum indultæ sibi ueniæ, sicut pudorem gessit irati. Tua hæc uirtus Christe, tua hæc Christe miracula, Etenim quæ in tuo nomine operantur serui tui, tua sunt mirabilia, & in hoc ingemiscimus quod maiestatem tuam fere sentiunt homines non uerentur.

PIOS HIC AFFLIGI, ut postea floreant, & econtra impios hic florere, ut in altera uita affligantur.

NArrauit alter patrum quidam, Quia erat aliquis solitarius in Eremo Nylopoleos, & ministrabat ei quidam secularis, sed fidelis, Erat autem in eadẽ ciuitate homo qui erat diues et impius.

Contigit ergo ut moreretur ille diues & deduce-bat eum tota ciuitas simul, & Episcopus cum lampadibus, Egressus autem & ille qui ministrabat illi solitario secundum consuetudinem portans ei panes, & inuenit quia comederat eum belua, Et cecidit in faciem suam in conspectu Domini dicēs. Non surgam hinc donec demonstretur mihi à Deo quae sint haec. Quia ille quidem impius talem apparatum habuit in deducendo, hic uero qui seruiuit Deo die noctuq; ista pertulit. Et ecce Angelus Domini ueniens dixit ei, Ille impius habuit paruum bonum in hoc seculo, & recepit illud hic ut illic nullam requiem inueniat, iste autem solitarius, qui homo erat ornatus ad omnem uirtutem, habebat uero & ipse ut homo modicum aliquid culpae, & recepit hic illud, ut ibi inueniatur purus coram Deo. Et ita consolatus in his uerbis abijt, glorificans Deum super iudicia eius, quia uera sunt.

ALIVD.

Narrauit quidam senex dicens, quia erat quaedam uirgo prouecta aetate, ualdeq; profecerat in timore Dei, & interrogata est pro me, quae res ad eam adduxerat conuersationem. At illa ingemiscens, ita coepit dicere. Mihi quidem uenerande pater cum adhuc essem paruula, erat pater modestus ac

stus ac mansuetus moribus, debilis uero & infirmus corpore, qui ita uixit, curam suam agens, ut uix aliquando in publico uideretur ab his, qui in eodem habitabãt uico. Terram suam autem aßidue operabatur, & ibidem semper occupabat uitam suam. Si quando fortaßis sanus fuisset, fructus culturæ suæ domum portabat. Plurimum autem temporis in lecto & languoribus detinebatur, tantaq; erat taciturnitas, ut ignorantibus eum sine uoce crederent esse. Mater uero mihi erat econtrario curiosa absq; modo, atq; ultra omnes mulieres quæ erant, in regione hac turpior. Sermones uero eius ita ad uniuersos mouebantur, ut putaretur omne corpus ipsius lingua esse, lites frequentius committebantur ad omnes ad ipsa, in ebrietate autem uini cum uiris luxuriosis demorabatur. Dispensabat autem & ea quæ intus domi erant tanquam meretrix peßima, ut etiam substantia multa ualde non potuerit nobis sufficere. Nam huic à patre meo delegata erat dispensatio domus. Corpus autem suum ita turpitudine abutebatur, ut pauci de uico ipso potuissent effugere libidinem eius. Nunquam corpori eius morbus occurrit, nec dolorem aliquem sensit uel aliquantulum, sed à natiuitate usq; ad ultimum diem suum, integrum sanumq;

corpus suum possedit. Inter hæc contigit ut pater meus longa ægritudine fatigatus, moreretur, & continuo aër commotus est, & pluuia & choruscationes atq; Tonitrua aërem conturbabant & neq; nocte neq; die Imber cessando triduo super lectum sine sepultura fecit eum manere, ita ut homines uici illius mouentes capita admirarentur, quod tantum malum uniuersos lateret dicentes. Siccine DEI inimicus erat iste, ut nec terra cum recipiat ad sepulturam. Sed tamen ne intra domum membra eius dissoluta ingressum habitantibus prohiberent, imminente adhuc aëris tempestate & pluuia descendente, uix aliquo modo sepulturæ eum tradidimus, At uero mater mea post hæc licentia plurima accepta cum improbitate maxima corporis sui libidine utebatur, & prostibulam deinceps faciens domum nostram, in tanta luxuria uixit atq; delitijs, ut dum adhuc paruula essem, deficeret nobis substantia nostra. Vix enim aliquando cum timore sicut mihi uidetur morte illius adueniente, tantam meruit funeris prosperitatem, ut etiam putaretur aër simul in exequijs deducere funus illius, Ego autem post obitum eius puellari egressa ætate & desideria titillationis corporis mei, ieiunijs refrenans quadam die ad uesperam

uesperam ut fieri solet cogitare cœpi atq; conside-rare cuius uitam magis eligerem imitandam, utrum matris aut patris qui modeste & mansuete ac sobrie uixit. Sed rursus cogitabam illud, quia nihil in uita sua consecutus sit boni pater meus, sed per omne tempus infirmitate & tribulatione consumptus est, & ita finem suum accepit, ut nec sepulturam eius terra reciperet, Si igitur bona esset huiusmodi conuersatio apud Deum, quare ergo tanta mala assecutus est qui sic uiuere delegit? Sed bonum est inquit cogitatus meus sicut mater mea uixit, me quoq; uiuere, tradere uoluptati & luxuriæ ac libidini corpus meum. Etenim nullum opus illa turpe prætermisit, in ebrietate omne tempus incolumis atq; prospere degens, itaq; uitam suam expleuit. Quid ergo? Sic oportet me uiuere sicut mater, Melius est enim proprijs oculis credere, quæue manifeste sunt cognita & nihil prætermittere. Et cum hoc placuisset mihi misera eiusdem me constituere uitæ, superuenit nox & continuo mihi sopor accessit. Post hos sermones astitit mihi quidem, grandis quidem corpore, aspectu autem terribilis, deinde intuendo me perterrēs iracūda uisione et aspera uoce interrogabat me dicens. Dic mihi, inquit, qui sunt cogitatus cordis tui?

Ego autem aspectu eius & habitu tremefacta, neq; aspicere in eum audiebam. Maiori uero uoce usus, iterum iußit ut ea quae mihi placerent sibi pronunciarem. Ego autem prae timore dissoluta & omnem oblita cogitatum nihil esse dicebam. Ille uero neganti mihi reuocabat ad memoriam uniuersa quae in corde meo meditata fueram. Ego autem conuicta ad precem conuersa, supplicabam ueniam consequi, & causam ei narrabam huiusmodi cogitatus, Qui ait mihi. Veni ergo & fide utrosq; patrem, scilicet & matrem, & cuius deinde uolueris tibi elige uitam. Et apprehendens mihi manum trahebat me. Ducens autem me in quendam campum magnum, habentem paradisos multos & diuersos fructus, uariasq; arbores & pulchritudinem inenarrabilem, & introduxit me illuc. Occurrens autem mihi pater meus amplexatus est in me, & osculabar, filiam me uocans. Ego uero circumplexa eum rogabam ut manerem cum ipso. At ille. Nunc inquit non potes hic esse, si uero uolueris mea uestigia sequi uenies huc non post multum tempus. Cum autem adhuc ego deprecarer, ut manerem cum ipso, trahens me rursus manu qui ibi me duxerat, ueni ait, ostendam tibi & matrem tuam quae in igne exuritur, ut scias ad cuius

eorum

eorum imitationem declinare uelis uitam tuam. Stantes autem me in domo tenebrosa, atq; obscura, omni stridore & perturbatione repleta, ostendit mihi fornacem ignis ardentem, & picem feruentem, & quosdam illic terribiles aspectu stantes super fornacem, Ego autem inspiciens deorsum uideo matrem meam in fornace usq; ad collum demersam, stridentem dentibus & igne ardentem, & uermium multorum fœtorem fieri. Videns autem me mater, cum ululatu clamat filiam me uocans, heu me filia de proprijs operibus & peccatis meis hæc patior, quia quasi deliramenta mihi uidebantur uniuersa, quæ de sobrietate erant. Opera enim fornicationis & adulterij non uidebantur mihi habere tormenta, ebrietatem quoq; & luxuriam non arbitrabar lucrari pœnas, & ecce propter exiguas delicias, quanta exoluo tormenta, ecce pro contemptu Dei quales recipio mercedes. Apprehenderunt me uniuersa immobilia mala. Nunc tempus auxilij ô filia, nunc recordare nutrimentorum, quæ à me consecuta es, nunc retribue beneficium si quid boni aliquando à me accepisti. Miserere mei filia, quia in igne ardeo, & ab ipso igne non consumor, miserere mei, quæ in huiusmodi cruciatibus examinor. Miserere mei filia,

& porrigens manum tuam, educ me de loco hoc, Me autem recusante, hoc facere propter eos, qui ibi astabant rursum cum mater clamabat. Filia mea adiuua me, & noli despicere fletum propriæ matris tuæ. Memento doloris mei in die parturientis te, & ne me despicias quæ gehennæ ignibus depereo. Ego autem à uoce eius lachrymis commota, humanum aliquid patiebar, & cœpi cum clamore condolens ei ingemiscere. Exurgentes uero hi qui in domo mea erant, & accendentes ignem causam mugitus mei interrogabant. Ego autem narraui eis quæ uideram, & sic iam unum hoc deliberaui, ut patris mei sequerer uitam certa facta per ineffabilem misericordiam Dei, quia pœnæ repositæ sunt his qui male uiuere non metuunt. Alia siquidem multa beata uirgo ex ipsa uisione cognoscens per reuelationem Dei, multam esse à Deo, & bonorum operum retributionem, & malorum actuum & turpis uitæ maximas esse pœnas, anunciabat. Ideoq; dilectißimi, efficiamur melioris consilij nobismetipsis, ut beati fieri sine fine poßimus.

CONTRA

CONTRA PRAESVM-ptionem sanctitatis.

DIxit Abbas Mutues Quantum homo Deo approximauerit, tantum se peccatorem uidebit. Esaias enim Propheta uidens Dominum, miserum se & immundum uocauit. Nos ergo non simus hic sine solicitudine. Dicit enim scriptura, Qui stat, uideat ne cadat. In incerto enim nauigamus in hoc mundo, Sed nos quidem quasi in tranquillo mari nauigare uidemur, seculares uero quasi in periculosis locis. Nos quasi in die sola iusticiæ illustrati, illi uero in ignorantia quasi per noctem, Sed frequenter contigit, ut secularis in tenebrosa nocte nauigans, propriam nauim saluet, nos autem dum in tranquillo nauigamus, sæpius ex ipsa securitate negligemus, & primum humilitatis gubernaculum relinquentes, sæpe periculosa naufragia patimur. Sicut enim impoßibile est nauim firmam fieri sine clauis, ita impoßibile est, hominem sine humilitate saluari. Idem dixit. Humilitas nec ipsa irascitur, nec alios permittit irasci. Idem dixit, Humiliatus est si quando peccauerit in te frater tuus, antequam pœniteat ille, indulseris ei.

Aliud

ALIVD.

Item beatus Antonius cum in cella propria oraret, uenit ad eum uox dicens, Antoni nondum peruenisti ad mensuram coriarij, qui est in Alexandria, Quo audito, senex surgens mane, arrepto baculo in ciuitatem Alexandriam festinus uenit. Cumq; ad designatum hominem fuisset ingressus, ille uiso tanto uiro obstupuit. Cui senex dixit. Refer mihi opera tua, quia propter te relicta Eremo huc ueni, Qui respondens ait, Nescio me aliquando aliquid boni perpetrasse, Vnde ex cubili proprio, mane consurgens antequam in opere meo resideam, Dico quod omnis hæc ciuitas à minore usq; ad maiorem ingrediuntur regnum Dei, quod me sint iustiores, Ego autem solus propter peccata mea pœna sempiterna dignus forem, nisi me propter misericordiam Dei saluari crederem, Quod uerbum antequam quiescam sero, ex cordis mei recenseo ueritate, Quod audiens beatus Antonius, respondit, In ueritate fili sicut bonus artifex sedens in domo tua cum requie regnum Dei adeptus es, ego autem uelut sine discrimine omne tempus meum in solitudine conuersatus, nec dum uerbi tui assumpsi mensuram.

ALIVD.

ALIVD.

Abbas Pamon in ipsa hora quando transibat iam de corpore, dixit alijs uiris sanctis astantibus sibi, Quia ex eo quo ueni in hunc locum solitudinis & fabricaui mihi cellam, & habitaui in ea, extra manum mearum laborem non recolo me comedisse panem, neq; me loquutum fuisse sermonem quem me protulisse pœniteret, usq; in hanc horam & sic uado ad Dominum, quomodo qui nec initium seruiendi Deo adhuc fecerim.

ALIVD.

Abbas Agathon dum moreretur, per tres dies oculos apertos tenuit, non eos mouens, fratres autem tangentes eum dixerunt, Vbi nunc es Abba? At ille dixit, In conspectu iudicij Dei sto, Et dicunt ei fratres, Nunquid & tu times? Quibus ille respondit, Interea quantum fuit ad uirtutem meam, semper consideraui, ut mandata DEI mei facerem, Sed homo sum, & unde scio, si opera mea Deo placent? Cui fratres dixerunt, Non confidas in opera tua, quia secundum Deum sunt? At ille respondit, non confido in conspectu DEI, quia aliud est iudicium Dei, & aliud hominum.

ALIVD.

Abbati Sysoio cum tempus dormitationis eius

aduenisset, & multi alij senes conuenissen-
runt faciem eius fulgore quodam radian-
dicit eis ipse, Ecce Abbas Antonius uenit
Et post parum ait, Ecce & chorus Prophe-
Et iterum facies eius clariore luce aspersa
dixit eis, Beati quoq; Apostoli assunt, Vis-
cum quibusdam loqui. Cum ergo postularen-
patres, ut cum quibus loqueretur, ediceret,
Angeli inquit, uenerunt auferre animam me-
supplico illis, ut paululum me pro pœniten-
genda sustineant. Dicunt autem ei patres, T
non indiges pœnitentiam agere Abba, At
spondit. In ueritate dico uobis, quia nec initiu-
nitentiæ me reminiscor arripuisse. Ex quo di-
serunt quod in timore Domini esset perfectu-
in splendore solis effigie eius relucente, dicit
ipse. Videte, uidete, quia Dominus uenit,
sermone reddito spiritu, omnis locus ille grat-
re repletus est.

ALIVD.

Quid dicam de illis duobus fratribus, qui
tantes ultra illam Eremū ubi quondam fuer-
atus Antonius commoratus, minus cauta di-
one permoti, euntes per extentam solitudin-
stitatem, nullam escam penitus sumere de-
run-

runt, nisi quam per semetipsum illis Dominus præstitisset? Cumque errantes eos per deserta, & deficientes iam fame, conspexissent à longe Mazites, quæ gens cunctis nationibus immanior atque crudelior est. non eos ad effusionem sanguinis, desiderium prædæ, sed sola ferocitas mentis instigat. Visis ergo eis, contra naturam ferocitatis suæ cum panibus illis occurrerunt, tunc unus ex illis fratribus subueniente discretione uelut à Deo porrectos sibi panes cum gratiarum actione suscepit, reputans escam sibi diuinitus ministrari, nec sine Dei iussu factum esse dicens, ut illi qui semper hominum sanguine gauderent, nunc deficientibus eis, uitæ substantiam largirentur. Alius uero recusans cibum, uelut ab homine sibi oblatum, inediæ labore consumptus, mortuus est, quorum scilicet, quamuis initia ex reprehensibili persuasione descenderint, unus tamen subueniente discretione, id quod incaute conceperat. emendasse cognoscitur, alius autem stulta præsumptione perdurans, mortem quam Dominus ab eo auertere uoluit, ipse sibi sciuit.

SATISFACTIO PRO peccato improbata.

 Frater

FRater quidam interrogauit Abbatem pastorem dicens, Feci peccatum grande, & uolo triennium pœnitere, Dixit autem Abbas pastor, Multum est, Et dixit frater, Iubes ne unum annum, Et dixit iterum senex, Multum est, Qui autem præsentes erant, dicebant, Vsq; ad quadraginta dies? Senex iterum dixit, multum est, Et adiecit dicens, Ego puto quia si ex toto corde homo pœnituerit & non apposuerit facere iterum, unde pœnitentiam agat, etiam triduanam pœnitentiam suscipiat Deus.

ALIVD.

Remediū malarum cogitationum.

Interrogauit aliquando eum Abbas Ammon de immundis cogitationibus, quæ in corde hominis generantur, & de uanis desiderijs, Et dixit ei Abbas pastor, Nunquid gloriabitur securis sine eo qui incidit in ipsa? Et tu ergo non eis porrigas manus, & ociosæ erunt. Interrogauit eundem sermonem Abbas Esaias, et dixit ei Abbas pastor sicut capsa plena uestibus, si dimissa fuerit tempore longo, putrefiunt uestes in ea, ita & cogitationes in corde nostro, si non fecerimus eas corporaliter, tempore longo exterminabuntur aut putrefiūt. Interrogauit Abbas Ioseph, Abbatem pastorem, de eadem re, Et dixit abbas pastor, Sicut clausus serpens

uel scor-

uel scorpio in uase, & obturatus, procedente tempore omnino moritur, ita malignæ cogitationes quæ studio Dæmonum pullulant, patientia eius cui immittuntur paulatim deficiunt.

SPIRITVALIA PRAEferenda carnalibus.

QVodam tempore cum batus Antonius à sancto Athanasio Alexandriæ Episcopo propter confutationem Hæreticorum in urbem esset adductus, perrexit ad eũ Didimus, uir eruditissimus captus oculis, Cumq; multa de scripturis sanctis loquerentur, inter cæteras sermocinationes, quas de sanctis uoluminibus habebant, cum Antonius miraretur ingenium eius & acumen animi eius collaudaret, sciscitans ait ad eum. Num tristis es quod oculis carneis careas, Et cum ille pudore reticeret, secundo, tertioq; eum interrogans Antonius, tandem elicuit ut merorem animi simpliciter fateretur, Cui Antonius ait. Miror prudentem uirum eius rei dolere damnum, quam formicæ & muscæ & culices habent, & non potius gaudere illius possessione, quam Sancti & Apostoli habuerunt, Melius enim multo est spiritu uidere

quam illos qui sola uisu per concupiscentiam possunt hominem in interitum gehennæ mittere,

SVPERBIA ET INanis gloria uitanda.

QVIdam frater requisiuit Abbatem Pimenium, melius esset remotius, an cum alijs manere? Respondit senex, homo si semetipsum reprehenderit, ubiq; potest persistere, si autem se magnificet nusquam stat sicut scriptum est, qui se existimat aliquid esse cum nihil sit, ipse se seducit, Quicquid enim boni fecerit homo, ne exultet in eo, quia mox perdet illud.

ALIVD.

Abbas Macharius, si quis illum cum timore uelut sanctum uirum uoluisset audire, susceptus, nullum pœnitus à sene percipiebat responsum. Si quis uero uelut contemnens eum, talibus uerbis compelleret, Abba Machari, quando eras Camelarius, & nitrum furaberis, nunquid non uapulabas à magistris, deprehensus in furto, libenter ei, quicquid requisisset cum gaudio respondebat.

ALIVD.

Abbas Nesteron dum cum alijs ambularet fratribus in deserto, uiderunt Draconem & fugerunt. Dicit ei unus ex eis, Et tu times Abba?

Cui senex. Non time o fili, sed oportuit me fugere, quia nisi fugissem cogitationem uanæ gloriæ, non uitassem.

ALIVD.

Venit aliquando ad Abbatem Zenonem in Syria aliquis frater Aegyptius, & cœpit cogitationes proprias accusare, præsente sene. Ille autem audiens hoc, admiratus dixit, Aegyptij quas habent uirtutes celant, & uitia quæ non habent, manifestant. Syri autem & Græci uirtutes quas non habent prædicant, & uitia quæ habent, abscondunt.

ALIVD.

Quidam senex cum uenisset ad alium senem, dixit, Ego mortuus sum huic seculo. Cui ille alter, ne confidas in te, donec egrediaris de corpore hoc Nam etsi dicis tu, quia mortuus sum, Diabolus tamen est, nec dum mortuus est, cuius innumerabiles sunt malæ artes.

ALIVD.

Abbas Sysois, cum sedens præsente fratre altero factus esset in extasi, et altero audiente, nesciens suspirasset, cœpit pœnitere ac dicere, indulge mihi frater exposco, nec dum enim me cognosco esse Monachum, quia audiente altero suspiraui, quotiens autem in oratione senex idem stans manus suas erexit ad cœlum, cito deponebat manus, propterea si alter præsens esset, ne hoc ipsum illi laude contaret.

ALIVD.

Quidam senex habitabat in inferioribus partibus Aegypti, & sedebat quiescens, Vnus autem secularis religiosus ministrabat ei, Contigit autem ut filius secularis infirmaretur, Multis ergo precibus postulabat senem ut ueniret ad domum suam, & faceret orationem pro infante, Exurgens uero senex, ambulabat cum eo, Ille autem praecessit & ingressus in domum suam dixit, Venite in occursum Anachoritae, Quos cum senex uidisset à longe egressos cum lampadibus, sensit quod ad se uenirent, & statim despolians se uestimenta sua, misit in fluuium & coepit lauare stans nudus, Ille autem qui ministrabat ei, Videns haec, erubuit, Et rogabat homines dicens, Reuertimini, Senex enim noster sensum perdidit, Et ueniens ad eum, ait illi, Abba quid est hoc quod fecisti? Omnes enim qui te uiderunt, dixerunt, quia Daemonium habet senex, Cui ille, Et ego uolebam hoc audire.

ALIVD.

Idem alia uice uolebat eum aliquis uidere ex iudicibus, & praecesserunt Clerici dicentes ei, Abba praepara te, quoniam Iudex audiens opera tua, ueniet ad te, benedici cupiens à te. Ille autem dixit, Ita faciam, ego praeparabo me, Vestitus ergo Leo

go Lebetone suo, & tollens panem & caseum in manibus, ascendit in portam & diuaricatis pedibus sedens cœpit manducare, Veniens autem cum officio suo Iudex, & uidens eum dixit, Iste est Anachoreta, de quo talia audiebamus? Et contemnens eum ita discessit.

ALIVD.

Idem dixit, Quando cogitatio superbiæ uel certe uanæ gloriæ te impugnat, perscrutare teipsum, si omnia mãdata Dei seruasti, si inimicos diligis, si gaudes de gloria inimici tui, et contristaris in deiectione eius, si apud te habes, quoniam seruus inutilis es, & quod plus omnibus hominibus sis peccator, & neq; tunc tam grande aliquid sapias, tanquam aliquid boni feceris, sciens quod elata cogitatio illa bona omnia dissoluit.

ALIVD.

Dixit senex cuidam. Non apponas cor tuum aduersus fratrem tuum dicens, Quomodo tu amplius sobrius es quam ille, & continentior? Sed subditus esto gratiæ Dei in spiritu paupertatis, & per caritatem non fictam, ne spiritu exaltationis perdas laborem tuum. Item dixit senex, Quantumcunq; enim se deposuerit homo in humilitate, tantum proficit in altum. Sicut enim superbia, si

ascenderit in cœlum usq; ad infernum deducitur, ita & humilitas, si descenderit ad infernum, tunc exaltabitur ad cœlum.

TENTATIONES prodesse sanctis.

Discipulus cuiusdam sancti senioris impugnabatur à spiritu fornicationis, sed auxiliante gratia Domini resistebat uiriliter pessimis & immundis cogitationibus cordis sui, ieiunijs & orationibus, & in opere manuum affligebat se uehementer. Beatus autem senior uidens eum ita laborantem, dixit ei, Si uis ô fili deprecor Dominum ut auferat à te istam impugnationem, Ille uero respondens dixit. Video pater, quia etsi laborem sustineo, sentio tamen fructum in me proficere bonum, quia per occasionem impugnationis huius & amplius ieiuno, & amplius in uigilijs & orationibus tolero. Veruntamen deprecor te ut ores pro me misericordiam Domini, ut det mihi uirtutem, quatenus possum sustinere & certare legitime, Tunc senior sanctus dixit ei, Ecce nunc cognoui fili, quia fideliter intelligis, quod hoc spiritale certamen per patientiam ad salutem aeternam

nam animæ tuæ proficiat. Ita enim sanctus Apostolus dicit. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius.

ALIVD.

Dicebat Abbas pastor de Abbate Ioanne breui statura, quia rogauerat Deum, ut tolleret ab eo omnes paßiones, & fieret securus, & ueniens dixerat cuidam, uideo me quietum, & nullam habentem pugnam, & dixit ei senex, uade & roga Deum, ut iubeat in te moueri pugnam, quoniam pugnando proficit anima, Et cum redisset pugna ulterius nõ orauit ut auferretur ab eo, sed dicebat, Domine da mihi tolerantiam sustinendi pugnas.

TENTATOS OPORtet perseuerare in certamine.

ET alius etiam frater impugnabatur ab immundo spiritu fornicationis, Exurgens autem nocte, abijt ad quendam sanctum et probatum in uirtutibus seniorem, & confessus est ei, quia patiebatur impugnationem ab spiritu fornicationis. Hæc cum audisset senior, consolabatur eum, docens

docens spiritualibus uerbis de uirtute patientiæ [...]cens, sicut scriptum est uiriliter age & confor[...]tetur cor tuum, & sustine Dominum: Reuers[...] est frater ad cellulam suam, & ecce iterum impu[...]gnatio insistebat ei. Ipse autem festinauit denuo pergere ad supradictum seniorem. Videns autem eum senior, iterum docebat eum ut patienter & indefesse sustineret, dicebatq; ei, crede fili, quoniam mittet tibi Dominus Iesus Christus auxilium de cœlo sancto suo, ut possis superare passionem hãc. Confortatus autem frater monente sancto seniore, remeauit ad cellulam suam, & iterum impugnatio ualde conturbabat cor eius. Et statim eadem hora noctis reuersus est ad seniorem, & deprecabatur eum ut intentius pro eo Dominum exoraret, Dixitq; ei senior. Ne pertimescas fili, neq; resoluaris, neq; abscondas cogitationes tuas, ita enim confusus spiritus immundus discedit à te, Nihil enim ita allidit uirtutem Dæmonum, quomodo si quis secreta immundarum cogitationum reuelauerit sanctis ac beatissimis patribus. Viriliter age fili, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Vbi enim durior est pugna, ibi gloriosior erit & corona. Deniq; sanctus Propheta Iesaias dicit: Nunquid inualida est manus Domini ad saluandũ,

aut

aut aggrauata est auris eius ut non exaudiat? Considera ergo filiole, quia certamen tuum expectat Dominus, *tibiq; contra* Diabolum *dimicanti parat æternitatis coronam.* Ideo *monet nos sancta scriptura dicens, quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum.* Hæc *autem audiens frater, confirmatum est cor eius in* Domino, *& permansit apud seniorem, noluitq; ultra reuerti ad cellam suam.*

TENTATIS ADESSE diuinam opem.

BEato Abbati Moysi, *qui habitabat in loco qui appellabatur* Petra, *quodam tempore in tantum imposuit durissimam impugnationem* Dæmon *fornicationis, ut non præualeret sedere in cellula sua, sed abijt ad sanctum* Abbatem Isidorum, *& retulit ei uiolentiam impugnationis suæ,* Cunq; *de scripturis sanctis,* Abbas Isidorus *proferens testimonia, consolaretur eum, & ut ad cellulam suam reuerteretur, rogaret eum, noluit* Abbas Moyses *pergere ad cellulam suam,* Tunc Abbas Isidorus *pariter cum* Abbate Moyse *ascenderunt in superiora cellulæ suæ,* Et dixit ei Isidorus,

Respice

Respice ad occidentem & uide, Cumq; respiceret, uidit multitudinem Dæmonum *uehementer cum furore perturbari, & quasi ad prelium preparatos, festinantesq; pugnare.* Dixit autem ei Abbas Isidorus, Respice iterum ad orientem, & uide, Cumq; respiceret, uidit innumerabilem multitudinem sanctorum Angelorum, gloriosum & splendentem super lumen Solis cœlestium uirtutum exercitum. Ait autem ei Abbas Isidorus, Ecce quos in occidente uidisti, ipsi sunt, qui etiam impugnant sanctos Dei. Nam quos ad orientem conspexisti, ipsi sunt quos ad adiutorium sanctis suis mittit, Cognosce ergo, quia plures sunt nobiscum, sicut dicit Heliseus Propheta. Verum etiam sanctus Ioannes dicit, Quia maior est qui in nobis est quam qui in hoc mundo, & his auditis, consortatur in Domino sanctus Abbas Moyses, & reuersus est in cellulam suam, gratias agens & glorificans Domini nostrI Iesu CHRisti bonitatis patientiam.

TENTATOS OPORtet quoq; ipsos orare, et non laxare frena tentationibus.

Alius

ALius etiam frater molestiam sustinebat ab spiritu fornicationis, Abijt autem ad quendam probatißimum seniorem, & precabatur eum dicens. Pone tibi solicitudinem beatißime pater, & ora pro me, quia grauiter me impugnat paßio fornicationis. Hæc cum audisset senior, orabat intente diebus ac noctibus pro eo deprecans Domini misericordiam, Iterum autem ueniebat idem frater & rogabat seniorem ut magis intentius pro eo oraret. Similiter autem cum omni solicitudine, beatus senior orabat intentius pro eo. Frequenter autem uenientem ad se Monachum, uidens senior, & deprecantem se ut oraret, ualde contristatus mirabatur, quia non exaudiret Dominus orationem eius, Eadem autem nocte reuelauit ei Dominus, quæ circa illum Monachum erat negligentiæ & ignauiæ resolutio, & delectationes corporeæ cordis eius, Ita autem ostensum est sancto seniori. Vidit sedentem illum Monachum, & spiritum fornicationis in diuersis mulierum formis ante illum ludentem, & ipsum cum eis delectari. Videbat autem & Angelum Domini astantem, & indignantem grauiter contra eundem fratrem, quia non surgebat neq; prosternebat se in orationibus ad Deum, Sed magis delectabatur cogitationibus suis.

Hæc

Hæc autem ostensa sunt per reuelationem sancto seniori, cognouit autem quia culpa & negligentia illius Monachi erat, ut non exaudirentur orationes eius. Et tunc dixit ei senior, Quia tua culpa est frater qui condelectaris cogitationibus malis, impoßibile est enim discedere à te spiritum fornicationis im mundum, alijs orantibus & Deum pro te deprecantibus, nisi & tu ipse laborem assumas, in ieiunijs & orationibus, & uigilijs multis cum gemitu deprecans tu misericordiam suam & adiutorium suæ gratiæ prebeat tibi Dominus IESVS CHRistus, ut poßis resistere cogitationibus malis. Nam & Medici qui corporibus hominum medicamenta conficiunt & adhibent, quamuis omnia cum summa diligentia faciant, ueruntamen si ille qui infirmatur à noxijs cibis uel de alijs quæ solent lædere infirmitates abstinere noluerit, nihil ei proficit cura & diligentia & solicitudo Medicorum. Similiter etiam & in animæ languoribus eueniet. Licet enim omni intentione & ex toto corde, sancti patres qui sunt Medici spirituales exorent misericordiam Domini saluatoris nostri pro eis, qui orationibus eorum se postulant adiuuari, nisi & ipsi cum omni intentione mentis, tam in orationibus quam in omni opere spirituali quæ Deo placita

sunt,

ſunt, fecerint, non eis proficient negligentibus & reſolutis, & de ſalute animæ minime cogitantibus orationes ſanctorum. Et hæc audiens frater compunctus eſt corde, & cum omni ſolicitudine ſecundum doctrinam ſenioris, tam in ieiunijs quam in orationibus & uigilijs ſemetipſum afflixit, & meruit miſericordiam Domini, Et receßit ab eo ſpiritus immundæ paßionis.

TENTATIONI BLAſphemiæ quomodo reſiſtendum.

QVidam frater impugnabatur à ſpiritu blaſphemiæ, & erubeſcebat dicere, Et quoſcunq; audiſſet magnos ſenes, pergebat ad eos ut illis declararet, ſed mox cum perueniſſet iterum uerecundabatur illis dicere, Cum ergo frequenter ad Abbatem Poemen ueniret, uidit eum ſenex habentem cogitationes, & dicit ei, Ecce frequenter uenis ad me habens cogitationes, & ſic iterum remeas, tecum illas reportans. Dicit ergo mihi fili quid habes? At ille dixit, in blaſphemia impugnat me Diabolus, & erubeſcebam dicere, Et mox ut aperuit, leuior fuit eius impugnatio, Et dicit ei ſe-

ALIVD.

Quidam senex habitabat in inferioribus partibus Aegypti, & sedebat quiescens, Vnus autem secularis religiosus ministrabat ei, Contigit autem ut filius secularis infirmaretur, Multis ergo precibus postulabat senem ut ueniret ad domum suam, & faceret orationem pro infante, Exurgens uero senex, ambulabat cum eo, Ille autem praecessit & ingressus in domum suam dixit, Venite in occursum Anachoritæ, Quos cum senex uidisset à longe egressos cum lampadibus, sensit quod ad se uenirent, & statim despolians se uestimenta sua, misit in fluuium & cœpit lauare stans nudus, Ille autem qui ministrabat ei, Videns hæc, erubuit, Et rogabat homines dicens, Reuertimini, Senex enim noster sensum perdidit. Et ueniens ad eum, ait illi, Abba quid est hoc quod fecisti? Omnes enim qui te uiderunt, dixerunt, quia Dæmonium habet senex, Cui ille, Et ego uolebam hoc audire.

ALIVD.

Idem alia uice uolebat eum aliquis uidere ex iudicibus, & præcesserunt Clerici dicentes ei, Abba præpara te, quoniam Iudex audiens opera tua, ueniet ad te, benedici cupiens à te. Ille autem dixit, Ita faciam, ego præparabo me, Vestitus ergo Leo

go Lebetone suo, & tollens panem & caseum in manibus, ascendit in portam & diuaricatis pedibus sedens cœpit manducare. Veniens autem cum officio suo Iudex, & uidens eum dixit, Iste est Anachoreta, de quo talia audiebamus? Et contemnens eum ita discessit.

ALIVD.

Idem dixit, Quando cogitatio superbiæ uel certe uanæ gloriæ te impugnat, perscrutare teipsum, si omnia mādata Dei seruasti, si inimicos diligis, si gaudes de gloria inimici tui, et contristaris in deiectione eius, si apud te habes, quoniam seruus inutilis es, & quod plus omnibus hominibus sis peccator, & neq; tunc tam grande aliquid sapias, tanquam aliquid boni feceris, sciens quod elata cogitatio illa bona omnia dissoluit.

ALIVD.

Dixit senex cuidam. Non apponas cor tuum aduersus fratrem tuum dicens, Quomodo tu amplius sobrius es quam ille, & continentior? Sed subditus esto gratiæ Dei in spiritu paupertatis, & per caritatem non fictam, ne spiritu exaltationis perdas laborem tuum. Item dixit senex, Quantumcunq; enim se deposuerit homo in humilitate, tantum proficit in altum. Sicut enim superbia, si

ascenderit in cœlum usq; ad infernum deducitur, ita & humilitas, si descenderit ad infernum, tunc exaltabitur ad cœlum.

TENTATIONES prodesse sanctis.

D*Iscipulus cuiusdam sancti senioris impugnabatur à spiritu fornicationis, sed auxiliante gratia* Domini *resistebat uiriliter pessimis & immundis cogitationibus cordis sui, ieiuniis & orationibus, & in opere manuum affligebat se uehementer. Beatus autem senior uidens eum ita laborantem, dixit ei, Si uis ò fili deprecor* Dominum *ut auferat à te istam impugnationem, Ille uero respondens dixit. Video pater, quia etsi laborem sustineo, sentio tamen fructum in me proficere bonum, quia per occasionem impugnationis huius & amplius ieiuno, & amplius in uigiliis & orationibus tolero. Veruntamen deprecor te ut ores pro me misericordiam* Domini, *ut det mihi uirtutem, quatenus possum sustinere & certare legitime, Tunc senior sanctus dixit ei,* Ecce nunc *cognoui fili, quia fideliter intelligis, quod hoc spiritale certamen per patientiam ad salutem æternam*

nam animæ tuæ proficiat. Ita enim sanctus Apostolus dicit. Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui, de cætero reposita est mihi corona iustitiæ, non solum autem mihi, sed & omnibus qui diligunt aduentum eius.

ALIVD.

Dicebat Abbas pastor de Abbate Ioanne breui statura, quia rogauerat Deum, ut tolleret ab eo omnes paßiones, & fieret securus, & ueniens dixerat cuidam, uideo me quietum, & nullam habentem pugnam, & dixit ei senex, uade & roga Deum, ut iubeat in te moueri pugnam, quoniam pugnando proficit anima, Et cum redisset pugna ulterius nō orauit ut auferretur ab eo, sed dicebat, Domine da mihi tolerantiam sustinendi pugnas.

TENTATOS OPORtet perseuerare in certamine.

ET alius etiam frater impugnabatur ab immundo spiritu fornicationis, Exurgens autem nocte, abijt ad quendam sanctum et probatum in uirtutibus seniorem, & confessus est ei, quia patiebatur impugnationem ab spiritu fornicationis. Hæc cum audisset senior, consolabatur eum, docens

docens spiritualibus uerbis de uirtute patientiæ dicens, sicut scriptum est uiriliter age & confortetur cor tuum, & sustine Dominum: Reuersus est frater ad cellulam suam, & ecce iterum impugnatio insistebat ei. Ipse autem festinauit denuo pergere ad supradictum seniorem. Videns autem eum senior, iterum docebat eum ut patienter & indefesse sustineret, dicebatq; ei, crede fili, quoniam mittet tibi Dominus Iesus Christus auxilium de cœlo sancto suo, ut poßis superare paßionem hãc. Confortatus autem frater monente sancto seniore, remeauit ad cellulam suam, & iterum impugnatio ualde conturbabat cor eius. Et statim eadem hora noctis reuersus est ad seniorem, & deprecabatur eum ut intentius pro eo Dominum exoraret, Dixitq; ei senior. Ne pertimescas fili, neq; resoluaris, neq; abscondas cogitationes tuas, ita enim confusus spiritus immundus discedit à te, Nihil enim ita allidit uirtutem Dæmonum, quomodo si quis secreta immundarum cogitationum reuelauerit sanctis ac beatißimis patribus. Viriliter age fili, & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Vbi enim durior est pugna, ibi gloriosior erit & corona. Deniq; sanctus Propheta Iesaias dicit: Nunquid inualida est manus Domini ad saluandũ,
aut

aut aggrauata est auris eius ut non exaudiat? Considera ergo filiole, quia certamen tuum expectat Dominus, tibiq; contra Diabolum dimicanti parat æternitatis coronam. Ideo monet nos sancta scriptura dicens, quia per multas tribulationes oportet nos introire in regnum cœlorum. Hæc autem audiens frater, confirmatum est cor eius in Domino, & permansit apud seniorem, noluitq; ultra reuerti ad cellam suam.

TENTATIS ADESSE diuinam opem.

BEato Abbati Moysi, qui habitabat in loco qui appellabatur Petra, quodam tempore in tantum imposuit durißimam impugnationem Dæmon fornicationis, ut non præualeret sedere in cellula sua, sed abijt ad sanctum Abbatem Isidorum, & retulit ei uiolentiam impugnationis suæ, Cunq; de scripturis sanctis, Abbas Isidorus proferens testimonia, consolaretur eum, & ut ad cellulam suam reuerteretur, rogaret eum, noluit Abbas Moyses pergere ad cellulam suam, Tunc Abbas Isidorus pariter cum Abbate Moyse ascenderunt in superiora cellulæ suæ, Et dixit ei Isidorus,

Respice

Respice ad occidentem & uide, Cunq; respiceret, uidit multitudinem Dæmonum *uehementer cum furore perturbari, & quasi ad prelium preparatos, festinantesq; pugnare.* Dixit autem ei Abbas Isidorus, Respice iterum ad orientem, & uide, Cunq; respiceret, uidit innumerabilem multitudinem sanctorum Angelorum, gloriosum & splendentem super lumen Solis cœlestium uirtutum exercitum. Ait autem ei Abbas Isidorus, Ecce quos in occidente uidisti, ipsi sunt, qui etiam impugnant sanctos Dei. Nam quos ad orientem conspexisti, ipsi sunt quos ad adiutorium sanctis suis mittit, Cognosce ergo, quia plures sunt nobiscum, sicut dicit Heliseus Propheta. Verum etiam sanctus Ioannes dicit, Quia maior est qui in nobis est quam qui in hoc mundo, & his auditis, confortatur in Domino sanctus Abbas Moyses, & reuersus est in cellulam suam, gratias agens & glorificans Domini nostrI Iesu CHRisti bonitatis patientiam.

TENTATOS OPORtet quoq; ipsos orare, et non laxare frena tentationibus.

Alius

ALius etiam frater molestiam sustinebat ab spiritu fornicationis, Abijt autem ad quendam probatissimum seniorem, & precabatur eum dicens. Pone tibi solicitudinem beatissime pater, & ora pro me, quia grauiter me impugnat passio fornicationis. Hæc cum audisset senior, orabat intente diebus ac noctibus pro eo deprecans Domini misericordiam, Iterum autem ueniebat idem frater & rogabat seniorem ut magis intentius pro eo oraret. Similiter autem cum omni solicitudine, beatus senior orabat intentius pro eo. Frequenter autem uenientem ad se Monachum, uidens senior, & deprecantem se ut oraret, ualde contristatus mirabatur, quia non exaudiret Dominus orationem eius, Eadem autem nocte reuelauit ei Dominus, quæ circa illum Monachum erat negligentiæ & ignauiæ resolutio, & delectationes corporeæ cordis eius, Ita autem ostensum est sancto seniori. Vidit sedentem illum Monachum, & spiritum fornicationis in diuersis mulierum formis ante illum ludentem, & ipsum cum eis delectari. Videbat autem & Angelum Domini astantem, & indignantem grauiter contra eundem fratrem, quia non surgebat neq; prosternebat se in orationibus ad Deum, Sed magis delectabatur cogitationibus suis.

Hæc

Hæc autem ostensa sunt per reuelationem sancto seniori, cognouit autem quia culpa & negligentia illius Monachi *erat, ut non exaudirentur orationes eius.* Et *tunc dixit ei senior, Quia tua culpa est frater qui condelectaris cogitationibus malis, impoßibile est enim discedere à te spiritum fornicationis im mundum, alijs orantibus & Deum pro te deprecantibus, nisi & tu ipse laborem assumas, in ieiunijs & orationibus, & uigilijs multis cum gemitu deprecans tu misericordiam suam & adiutorium suæ gratiæ prebeat tibi* Dominus IESVS CHR*istus, ut poßis resistere cogitationibus malis.* N*am &* Medici *qui corporibus hominum medicamenta conficiunt & adhibent, quamuis omnia cum summa diligentia faciant, ueruntamen si ille qui infirmatur à noxijs cibis uel de alijs quæ solent lædere infirmitates abstinere noluerit, nihil ei proficit cura & diligentia & solicitudo* Medicorum. *Similiter etiam & in animæ languoribus eueniet.* L*icet enim omni intentione & ex toto corde, sancti patres qui sunt* Medici *spirituales exorent misericordiam* Domini *saluatoris nostri pro eis, qui orationibus eorum se postulant adiuuari, nisi & ipsi cum omni intentione mentis, tam in orationibus quam in omni opere spirituali quæ* Deo *placita sunt,*

ſunt, fecerint, non eis proficient negligentibus & reſolutis, & de ſalute animæ minime cogitantibus orationes ſanctorum. Et hæc audiens frater compunctus eſt corde, & cum omni ſolicitudine ſecundum doctrinam ſenioris, tam in ieiunijs quam in orationibus & uigilijs ſemetipſum afflixit, & meruit miſericordiam Domini, Et receßit ab eo ſpiritus immundæ paßionis.

TENTATIONI BLAſphemiæ quomodo reſiſtendum.

QVidam frater impugnabatur à ſpiritu blaſphemiæ, & erubeſcebat dicere, Et quoſcunq; audiſſet magnos ſenes, pergebat ad eos ut illis declararet, ſed mox cum perueniſſet iterum uerecundabatur illis dicere, Cum ergo frequenter ad Abbatem Poemen ueniret, uidit eum ſenex habentem cogitationes, & dicit ei, Ecce frequenter uenis ad me habens cogitationes, & ſic iterum remeas, tecum illas reportans. Dicit ergo mihi fili quid habes? At ille dixit, in blaſphemia impugnat me Diabolus, & erubeſcebam dicere, Et mox ut aperuit, leuior fuit eius impugnatio, Et dicit ei ſe-

nex, Non contristeris fili, Quando hæc cogitatio ad te uenit, Dic, Ego hac causa non indigeo, blasphemia tua super te sit Sathanas. Hanc enim causam anima mea non uult. Quamcunque autem causam noluerit, non diu permanebit, Et ita sanus factus frater ille discessit.

CONFESSIO TENtationum salutaris.

ABbas Macharius dum in illa solitudine in qua solus erat, maneret, inferior autem plena esset fratribus, sero per uiam circumspiciebat, & uidit Dæmonem uenientem in figura hominis, uestitum tunica linea perforata, & per singula foramina uascula parua dependebant. Et dixit illi senex, quo uadis maligne? Et respondit ei, Vado commouere fratres hos qui sunt inferius, Cui senex dixit, & propter quid tot uascula fers tecum, At ille dixit, Gustum fero fratribus, & ideo tanta fero, ut si unum displicuerit, ostendam aliud, & si illud non placet porrigam aliud, & fieri non potest nisi unũ ex ipsis aliquod placeat eis, Et hæc dicens, discessit, Permansit autem senex iterum uiã circumspiciens usque quo rediret, et cum rediret dixit ei.

cit ei. Salueris, Dicit & ille. Quomodo istud mihi uerbum dicis, quia omnes mihi contrarij facti sunt, & nullus meis consilijs acquiescit, Et dicit ei senex, Ergo nullum habes amicum? At ille respondit, Vnum habeo amicum, uel ipse consentit mihi & quotiens me uiderit conuertitur huc atq; illuc. Cumq; nomen eius ab eo requisisset, ait. Quia Theopentus dicitur. Discedente illo, mox surrexit Abbas Macharius, & descendit ad inferiorem Eremum, Quod cum audissent fratres, egreßi sunt illi obuiam, & unusquisq; sperans, quod apud se maneret, præparauit se, At ille requirens cellam Theopenti, ad eum profectus est. Cumq; cum gaudio suscepisset, & essent uterq; simul soli, Dicit ei senex. Quemadmodum est tecum fili? At ille respondit, Orationibus tuis bene sum, Et senex ait, Non uos impugnant cogitationes, At ille respondit, Interim bene sum, Erubescebat enim dicere, Et dicit ei senex, Ecce quod annos sum in solitudine, & ab omnibus honoror, & in hac ætate cum sim senex, molestant me cogitationes meæ, Respondit Theopentus, Crede mihi Abba, quia similiter & mihi faciunt, Tunc senex singulas cogitationes quasi se impugnantes fingebat usq; quo tũ illi Theopentus cõfiteretur, Post hæc dicit ei.

Quemadmodum ieiunas? At ille dixit ei, Vsq; ad nonam, Cui senex ait, Vsq; ad uesperam ieiuna, & de Euangelio uel de alijs scripturis sine cessatione semper aliquid meditare, & quotiens tibi aliqua immunda cogitatio superuenerit, nunquam deorsum aspicias, sed sursum, & mox Dominus tibi adiutor est, Et mox ita discessit Abbas Macharius in propriam solitudinem. Iterumq; uiam circumspiciens, uidit Dæmonem redeuntem, & requirit eum, Quo uadis? At ille respondit, Simili modo commouere fratres, Cum autem reuerteretur, requisiuit eum quemadmodum agerent fratres. At ille dixit, Male, quoniam omnes agrestes effecti sunt, et eum quem habui amicum obedientem mihi, & ipse nescio quomodo conuersus est, & iuraui non ibi accedere nisi post multum tempus, Et hæc dicens discessit.

TENTATIONES NON posse nos arcere, sed eis resistere.

FRater quidam uenit ad Abbatem pastorem Et dixit ei, Multæ cogitationes ueniunt in animum meum & periclitor in eis, Et eiecit eum senex

senex sub aëre nudo, & dixit ei, Expande sinum tuum, & apprehende uentos, Et ille respondit, Non possum facere, & dixit ei senex, si hoc non potes facere, nec cogitationes prohibere poteris ne introeant, sed tuum est resistere eis.

TENTATIONES reuelandis piis.

ABbas Serapion solebat frequenter iunioribus fratribus instructionis gratia, de seipso narrare dicens, Cum adhuc essem puerulus, & cum Abbate Theone commanerem, hæc mihi consuetudo erat inimico imminente, ut postquam refecissem cum sene hora nona unum paximatium quotidie in sinu meo latenter absconderem, quem sero ignorante sene occulte comedebam, Quod furtum licet quotidie perficerem, expleta tamen concupiscentia fraudulenta, ad memetipsum reuertens super admisso furto acrius cruciabar, quam super esum illius fueram iocundatus, Cunq; istud molestißimum opus singulis diebus explere, non sine cordis mei dolore compellerer, & clandestinum furtum patefacere seni confunderer, contigit per Dei prouidentiam, quosdam fratres ædificationis

obtentu cellulam senis auidißimos expetisse, Cumq; refectione transacta, confabulatio spiritualis interesse cœpisset, respondensq; senex propositis interrogationibus eorum de gastrimargiæ uitio, & occultarum cogitationum, exponeret, ad ultimum intulit dicens, Nihil sic noxium est Monachis & lætificat Dæmones, quam si celent cogitationes suas spiritales patres, Tunc ego compunctus corde, existimaui seni secreta pectoris mei patefacta, & occulto primum gemitus excitatus, deinde cordis mei compunctione crescente in apertos singultus, lachrymasq; prorumpens, cœpi amarißime flere, & continuo eieci de sinu meo paximatium, quod uitiosa consuetudine clanculo paraueram comedendum, cumq; in medium proferens, quomodo quotidie inuoluens eum occulte ederem, prostratus in pauimento, cum ueniæ postulatione confessus sum, & ubertim profusis lachrymis, orationibus eorum ueniam apud Deum postulabam, Tunc senex dixit, confide fili, quia liberauit te à Captiuitate ista confeßio tua, uictorem namq; aduersarium tuum hodie triumphasti, Validius eum tua confeßione elidens quam ipse fueras, ab eo tua taciturnitate deiectus, Et idcirco post hanc publicationem tuam, iste malignus spiritus non domi-

nabitur

nabitur tibi, nec in te latibulum sibi teterrimus Serpens hactenus usurpabit, quia te tenebris cordis tui, per hanc confessionem proiectus est, Nec dum senex hæc uerba compleuerat, & ecce statim uelut lampas magis accensa, de meo sinu procedens tanto fœtore cellam repleuit, ut uix in ea residere possemus. Resumensq; senex dixit, Ecce probauit tibi Dominus ueritatem sermonum meorum, ut passionis illius intentorem de corde tuo confessione salubri fugatum, oculorum fide perciperes, patefactum hostem nequaquam locum in te ulterius habiturum, aperta eius expulsione cognosceres, itaq; secundum sententiam senis, ita in me est uirtute confessionis dominatio Diabolica extincta, ut nunquam mihi ulterius, nec memoriam concupiscentiæ huius tentauerit inimicus ingerere.

VERBVM DEI TRACtantibus, adsunt Angeli, impura colloquia habentibus adsistunt Dæmones.

FVit quidam uir magnus de sanctis senioribus, cui talem gratiam donauerat Christus, scilicet reuelante ei Spiritu sancto, ut uideret quod alij non uidebant. Referebant ergo sancti seniores, quia aliquando quam plurimi sedebant fratres, & simul loquebantur inter se, & loquebantur de sanctis scripturis, quæ ad salutem pertinent animarum. Stabant autem circa eos sancti Angeli letantes in hilari uultu considerantes, delectabantur enim de eloquijs Domini. Cum autem aliud quodcunq; loquerentur, statim sancti Angeli recedebant longius indignantes contra eos. Veniebant autem porci sordidißimi & uolutabant se inter eos, Dæmones enim in specie pecorum delectabantur superflua & uaniloquia eorum. Beatus autem senior hæc uidens, abijt in cellulam suam, & per totam noctem cum grandi fletu & ululatu gemebat miserias nostras. Exhortabatur ergo sanctos patres per Monasteria, & commonebat fratres dicens. Cohibete à multiloquio, & ab ociosis sermonibus linguam, per quam malus interitus animæ generatur, & non intelligimus quoniam per hæc & Deo & sanctis Angelis odibiles sumus. Dicit enim scriptura diuina, per multiloquium non effugies peccatum. Hæc enim infirmam & uanam efficiunt mentem atq; animam nostram.

VERBI

VERBI DEI MEDItatio ac uiris.

QVidam de fratribus dixit beato Arsenio, Ecce beatissime pater meditari festino de scripturis sanctis quae didici, & non sentio compunctionem in corde, quoniam non intelligo uirtutem diuinae scripturae, unde & ualde contristatur anima mea, Respondens autem beatus Arsenius ait. Oportet te fili incessanter meditari eloquia Domini, Audiui enim quia dixit beatus Abbas Poemen, & alij multi sanctorum patrum, quoniam incantatores illi, qui serpentes solent incantare, non intelligunt ipsi uerba, quae loquuntur sed serpentes audientes, intelligunt uirtutem uerborum illorum, & conquiescunt & subduntur eis, Sic etiam & nos faciamus, quamuis enim non ualeamus intelligere diuinarum scripturarum uirtutem, tamen Daemones audientes diuini uerbi uirtutem, terrentur, & effugati discedunt à nobis, non sustinentes eloquia Spiritus sancti, quae per seruos suos Prophetas & Apostolos est locutus.

VERBI DEI VIS & efficatia.

INterroganti cuidam Abbatem Pimenionem de duritia cordis, Respondit senex dicens, natura aquæ mollis est, & lapidis dura. Si autem frequenter aqua stillat super lapidem, stillando perforat illum, Sic & uerbum Dei dulce & molle est, nostrum autem cor durum, homo ergo audiens frequenter aut meditans uerbum DEI, dat locum timori DEI ingredi in eum.

VERBVM DEI ASsiduo tractandum & audiendum.

QVidam frater dixit ad senem, Ecce Abba frequenter interrogo seniores patres, ut dicant mihi commonitionem pro salute animæ meæ, & quicquid dixerunt mihi, nihil retineo. Erant autem seni duo uasa uacua, & dicit ei senex. Vade & affer unum ex illis uasis & mitte

aquam

aquam, & laua illud & effunde, & pone nitidum in locum suum. Fecit ergo ita frater semel & bis. Et dicit ei senex, utraq; uasa simul affer, & cum attulisset dicit ei, Quale est ex utrisq; mundius, Respondit frater, Vbi aquam misi & laui, Tunc senex dicit ei, Sic est & anima fili quæ frequenter audit uerba DEI, *quamuis nihil retineat ex his quæ interrogat, tamen plus mundatur quam illa quæ non requirit.*



HIC FINIVNT VITAE ET DICTA PATRVM.



GEORGIVS MAIOR LECTORI SALVTEM.



VANTVM ODIVM *sit Sathanæ erga Ecclesiam & puram doctrinam* DEI, *nulla mens satis intelligere potest.* Neq; *enim ideo tantum seditiones, bella, cædes, blasphemias, contemptum* DEI *& ueræ religionis ac Hæreses excitat, & orbem terrarum infinitis peccatis, calamitatibus & terroribus inuoluit, ut nostrarum miseriarum tanquam iucundißimo spectaculo hostis humani generis sese oblectet & recreet, Sed ut cursum doctrinæ æternæ salutis impediat.* Nouit *enim callidus Serpens & immanißimus hostis Christi & Ecclesiæ, ueram uocem Christi liberatoris nostri, cum dit,* Hæc *est uita æterna, ut cognoscant te, Solum* Deum *uerum, & quem misisti Iesum Christum.* Et *alibi, Si manseritis in me, & uerba mea in uobis manserint, quodcunq; uolueritis petetis & fiet uobis.*

Hanc

Hanc doctrinam salutis in Paradiso aduersus Serpentis uenenum ac morsum tanquam Antidotum á Deo ipso misero humano generi traditam, mox subinde nouis & commenticijs cultibus & erroribus, cum totam delere & euertere non posset (necesse est enim eam usq; ad finem rerum in populo Dei lucere) miris & infinitis modis semper conatus est Sathan obscurare. Satis autem apparet nullis seculis aduersus Ecclesiam Dei tanto furore grassatum, quam cum per filium Dei & Apostolos doctrina æternæ salutis, gentibus antea incognita, in orbem terrarum spargi cœpit. Et quanquam horribili cæde, tot subinde persecutionibus excitatis, Ecclesiam Dei uastarit, nulla tamen pestis Ecclesiæ nocentior fuit, quam Zizania & Hæreses inter triticum salutaris uerbi DEI sparsa, Ad quæ cum hypocrisis, noui cultus, opera & uita Monachorum in speciem stupenda & admiranda, astutia serpentis accederent, magna caligine purior doctrina est oppressa. Neglecta enim uera doctrina, homines à serpente fascinati, tantum Monachorum & Eremitarum uitam monstrosum mirari cœperunt, sicq; paulatim apud multas gentes lux uerbi extincta est.

Porro cum his dementatos teneret Sathan,

ut mise

ut miseris ac planæ cæcis amissa lucerna uerbi, egregie illuderet, non ueritus est per ociosos & impios homines tam portentosa mendacia confingere, et ea pro uerbo Dei proponere Ecclesijs, quæ ut ille ait, Non sani esse hominis non sanus iuret Orestes. Talibus impudentißimis nugis & fabulis hic Liber fuit, reuertißimus, quas tamen pro ueris oraculis, nondum reuelata luce uerbi, coluimus & adorauimus. Reliquis igitur magna ex parte sublatis (Quis enim tot & tantas Sathanæ sordes, tot seculis congestas, omnes, præsertim in hoc Libro repurgaret?) curauimus hic in fine Libri ulitam Simeonis Eremitæ excudi, ut uideat Lector quantis tenebris & nugis olim oppressa fuerit uera doctrina, & quæ Sathanæ illusiones fuerint, & ut harum rerum cogitatio nos admoneat, cum ut pro restituta luce grati simus, tum ut eam omnibus uiribus retinere studeamus. Neq; enim sic repurgatam doctrinam diu feret Sathan, sed modis omnibus iterum eam suis sordibus conspurcare haud dubie conabitur.

Hic ipse dies S. Barbaræ dicatus, quo hæc scribo, admonet me de illis ipsis nugis, quibus olim omnia Templa, explosa per impios & profanos Doctores uera doctrina Christi personabant. Sic enim refert autor historiæ de S. Barbara, Patre eius

cum

cum comperisset filiam sacris Christianis inicia-tam furore percitum, correpta spata insecutum filiam; Quae cum diuinam opem imploraret, subito mons diruptus & tanquam profugium miserae praebens, ipsam absorbuit, & receptam in altera parte incolumen rursus eiecit. Forte autem in illis locis duo pastores, quisq; suos pascebant greges, quos miraculo rei attonitus cum rogaret puellae pater, nunquid uidissent oberrantem uirginem, negat alter se uidisse, alter autem digito eam patri commonstrat, Quem cum diris execraretur uirgo Barbara, iuxta illud Christi: Diligite inimicos ue-stros, benefacite ijs qui uos oderunt, Benedicite maledicentibus uobis &c. mox conuersus est in statuam marmoream, oues uero in locustas.

Haec atq; horum similia cum hoc tempore uel audiunt uel legunt homines, tanquam nugas, ut uere sunt, rident, quae olim pro oraculis culta & habita sunt, Et tamen aduersarij nostri sua impia dogmata adhuc defendere audent, ac pios qui haec Sathanica deliria amplecti nolunt, crudeliter tru-cidant. Tantus est furor, tantum odium seminis Serpentis, contra semen mulieris. Precamur igitur toto pectore patrem Domini nostri Iesu Christi, ut hanc lucem uerbi sui contra Sathanae tenebras Ec-clesiae suae conseruet, AMEN, AMEN.

VITA

VITA S. SIMEONIS Eremitæ, qui annos quadraginta octo in quinque Columnis stetit.



ANCTVS SIMEON ex utero matris suæ electus est à Domino, et Meditabatur parere & placere illi, erat autem isti filius Susotion nomine, & nutriebatur à parentibus suis. Qui cum factus fuisset annorum tredecim, pascebat oues patris sui, & uidens Ecclesiam, relictis pecoribus ingressus est, audiuitq; Apostolum ibi legi, interrogansq; unum seniorem ait. Domine quid est istud quod legitur, senex respondit ei, pro substantia animæ, ut discat homo timere Deum ex toto corde, & ex tota mente sua. Dixit beatus Simeon, Quid est timere Deum? Dicit ei senior: Quare me flagitas fili? Et ille quasi Deum inquit interrogo te. Ista enim quæ à te audio discedere uolo, quia ignarus sum & stulus. Respondit ei senior. Fili, si quis ieiunauerit iugiter, & obseruationes

fecerit

ecerit per momenta, & humilauerit seipsum om- | i homini, & non dilexerit aurum neq; parentes, | eq; uestimenta ;neq; possessiones, & honorat pa- | rem & matrem, & sacerdotes Dei prosequitur, | ic hæreditabit regnum æternum, & qui econtra- | io ista non custodit, hic hæreditabit tenebras ex- | eriores, quas parauit Deus Diabolo & Angelis | ius. Ista omnia fili in Monasterio exaggerantur.

Nulla hic fidei in Christum mentio fit

Audiens hæc beatus Simeon, cecidit ad pedes ius dicens. Tu es pater meus & mater mea, &)octor operum bonorum, & dux & regna cœ- rum. Tu enim acquisisti animam meam, quæ iam ergebatur in perditionem, Dominus reddat tibi icißitudinem pro anima mea, ista sunt enim quæ dificant, ego autem iam nunc uadam sicut docu- ti in Monasterium ubi Deus uoluerit, & fiat uo- intas eius in me. Dixit illi senior, fili priusquam igrediaris Monasterium, audi quæ dico. Tribu- itionem habiturus es, necesse est enim te seruire r uigilare in nuditate, & indesinenter sustinere ıala, & iterum confortandus es uas precio- ım Deo, & statim exiens beatus Simeon de Ec- lesia, ibat in Monasterium S. Timothei magnifici iri, & procidens ante foras Monasterij iacebat er dies qinq; , non manducans neq; bibens , &

Quid ni tot dies ie iunasset? die quinta egrediens Abbas Timotheus, interrogauit eum dicens. Vnde es fili? aut quos parentes habes? qui sic afflictus es? Aut quod est nomen tuū? ne forte aliquid mali gesseris, aut forsitan seruus sis, & Dominum tuum fugeris? Tunc beatus Simeon cum lachrymis dixit. Nequaquam Domine, sed opto ut sim seruus Dei, si ipse uoluerit, quia uolo seruare animam meam perditam. Iube ergo me introire in Monasterium & omnibus deseruire, noli me foris diutius dimittere. Tunc apprehensa manu eius introduxit eum Abbas in Monasterium, dicens fratribus, filioli mei, ecce trado uobis istum fratrem, docete eum Canones Monasterij. Sedit autem in Monasterio quasi menses quatuor seruiens omnibus sine quærela, in quibus Psalterium ex integro memoriæ commendauit, quotidie percipiens cibum diuinum. Cibum uero quem simul cum fratribus accipiebat, tacite pauperibus erogabat, non solicitus de crastino, fratres ergo ad uesperam, ille uero septimo die cibum sumebat.

Simeon ediscit psalterium intra quatuor Menses & non nisi semel in Septimana comedit.

Vna autem dierum egressus ad puteum aquam haurire, sumpsit funem de Situla unde fratres aquam hauriebant, et inuoluit eum toti corpori suo nudo à renibus usq; ad collum, & ingressus dicit fratribus. Exiui haurire aquam, & non inueni funem in

Obserua ordine portentosa mendacia.

nem in Situla. Et illi dixerunt. Tace frater, ne forte agnoscat Abbas quousq; tempus prætereat. Putrefactum est autem corpus eius de obligatione, & asperitate funis, quia secabat eum usq; ad ossa, ingressus est enim in carnem ita ut uix appareret.

Quadam autem die exeuntes aliqui de fratribus, inuenerunt eum cibum suum dantem pauperibus, & regreßi dixerunt Abbati, unde nobis adduxisti hominem istum? Non possumus abstinere sicut ille, de Dominica enim in Dominicam ieiuiat, cibos quos accipit pauperibus erogat, sed & fœtor grauißimus egreditur de corpore eius, ita ut nullus iuxta eum stare poßit, & cum ambulat uermes de corpore eius cadunt, lectusq; eius plenus est uermibus. Tunc exiens Abbas inuenit sicut illi dixerunt, cui ait, fili quid est quod dicunt fratres de te? Non tibi sufficit ieiunare sicut nos. Aut non audisti Euangelium de Doctoribus dicens, quia non est discipulus super Magistrum, erit autem omnis perfectus, ut sit sicut Doctor eius, dic mihi fili, fœtor iste unde procedit. Stans beatus Simeon, nihil respondit. Et iratus Abbas, iußit eum spoliari, & inuenerunt funem circa corpus eius, ita ut nihil appareret de eo nisi summitas tantum, exclamans autem Abbas uoce magna dixit,

Vnde nobis aduenit iste homo, destruere uolens regulam Monasterij. Rogo ergo te discede hinc, & perge quo uis, cum multo tamen dolore & labore tulerunt de corpore eius funem, de quo erat inuolutus, una cum carne eius putrida, facientes autem illi studium per multos dies, sanauerunt eum.

Sanatus autem post hæc exiuit de Monasterio nullo sciente, & ingressus est puteum desertum, ubi non erat aqua non longe à Monasterio, ubi immundi spiritus inhabitabant. Et ipsa nocte reuelatum est Abbati, quod multitudo populorum circundarent Monasterium suum, cum fustibus & gladijs dicentes, Da nobis seruum Dei Simeonem Timothee, sin autem incendemus te cum Monasterio tuo, quoniam exasperasti hominem iustum. Qui euigilans ait fratribus, filioli mei, uisionem uidi, et multum turbatus sum in ea. Et in alia nocte uidit multitudinem uirorum fortium astantium, et dicentium ei. Da nobis seruum Dei Simeonem, dilectus est enim Deo & Angelis, quare illum uexasti? Maior te est apud Deum, omnes enim Angeli contristantur propter illum, ipsum autem preponere habet Deus in mundo, ita ut per illum multa signa fiant, qualia nemo fecit, Tunc exurgens Abbas, cum magno timore dixit fratribus.

Requirite

Requirite mihi hominem illum, & adducite in hunc locum, ne forte omnes moriamur propter illum. Vere enim sanctus Dei est, mirabilia enim magna uidi & audiui de illo.

Ne Christus quidem scilicet.

Tunc omnes Monachi exierunt eum querere, et omnia perlustrantes et non inuenientes, renunciauerunt Abbati dicentes, Nullum locum reliquimus, ubi eum non quesissemus, nisi tantum in deserto puteo, Respondit Abbas, Rogo uos fratres, ite ad perquirendum eum, sed & ego uadam uobiscum, uere sanctus & seruus Dei est. Et sumens secum quinq; ex illis, uenit ad puteum. Et faciens orationem descendit cum fratribus in puteum. Vidensq; illum beatus Simeon, cœpit rogare dicens, Rogo uos serui Dei, dimittite me una hora, ut reddam spiritum meum, adhuc enim modicum deficiens est, ualde autem fatigatur anima mea, quoniam exasperaui dominum. Dixitq; ad illum Abbas. Veni serue Dei, ut deducamus te in Monasterium, cognoui enim de te, quia seruus Dei es. Illo uere nolente adducunt eum ui ad Monasterium, & omnes prosternunt se ad pedes eius flentes & dicentes. Peccauimus in te famule Dei, indulge nobis. Beatus autem Simeon gemebat dicens. Quare grauatis infœlicem & peccatorem? Vos

autem estis serui Dei & Patres. Stetit autem ibi quasi annum unum.

Post hæc egressus occulte pergit non longe à Monasterio, ibiq; multo tempore fuit, ædificauitq; sibi clausulam ex lapide sicco, ibiq; fuit annos tres, et ueniebant ad eum multi ad orationem. De inde fecit columnellam cubitorum quatuor, stetitq; in ea annos quatuor, crescebat autem de eo fama sancta per orbem terræ, & faciunt ei columnam habentem cubitos duodecim, & stetit in ea annos duodecim. Rursumq; fecerunt columnam cubitorum uiginti, stetitq; in ea annos duodecim, Tunc congregati sunt omnes habitatores loci illius & ædificauerunt iuxta ipsam columnam Basilicas duas, & columnam cubitorum triginta, & super ipsam stetit annos quatuor, & cœpit uirtutes facere.

Simeon stat in quatuor Columnis, annos 32.

Multi languidi ueniebant ad eum & Demonia habentes, & curabat eos, cæci uisum recipiebant, debilium manus restituebatur, surdi auditum recipiebant, leprosi mundabantur. Multas hic gentes inclinauit ad fidem Christianam, idem Saracenos, Persas, Armacenos, & Laotos: similiter & Alophilos, audientesq; de eo, & de uirtutibus eius, conueniebant & adorabant eum.

Miracula Simeonis.

Tunc

Tunc inuidus Diabolus transformáuit ſe in ſpeciem Angeli, fulgens in ſplendore cum equis igneis, apparuit iuxta columnam, ubi ſtabat beatus Simeon, illuxitq; cum fulgore & ſplendore quaſi ſpecie Angeli fulgens. Et dixit Diabolus blandis ſermonibus, Simeon, audi uerba mea, quæ tibi Dominus mandauit. Miſit me Angelum ſuum cum curru igneo, & equis igneis, ut rapiam te, quomodo rapui Heliam. Tempus tuum iam eſt, Et tu ſimiliter aſcende iam mecum in currum, quia Dominus cœli & terræ tranſmiſit hunc, aſcendamus pariter in cœlos, ut uideant te Angeli & Archangeli cum Maria matre Domini, cum Apoſtolis & Martiribus, confeſſoribus & Prophetis, quia gaudent uidere te, ut ores Dominum qui te fecit ad imaginem ſuam. Etiam loquutus ſum tibi. ne tardes aſcendere. Sic Simeon completa oratione dixit, Dominus uis rapere me peccatorem in cœlum? Et eleuauit dexterum pedem, ut aſcenderet in currum leuauit dexteram manum & fecit ſignaculum Chriſti. Cum ſignum crucis feciſſet, continuo Diabolus nuſquam comparuit, & cum argumento ſuo euanuit, ſicut puluis ante faciem uenti. Tunc intellexit Simeon, artem eſſe Diaboli.

Sathan apparet Simeoni in ſpecie Angeli.

Reuersus ergo in se, dixit pedi suo, non reuerteris retrorsum hinc, sed stabis hic usq; ad obitum meum, donec accersat Dominus me peccatorem. Interea Diabolus in frigore apposuit uulnus super femur eius, & putrefactum est ita ut multitudo uermium scatescens de eo descenderent de corpore eius, decurrebantq; de pedibus eius in columnam, & de columna in terram. Anno autem integro stetit in columna super unum pedem. Quidam autem iuuenis astitit ei, Antonius nomine, qui uidit & scripsit hæc. Iuxta præceptum illius colligebat uermes, quæ cadebant ad terram, porrigebat illi sursum. At ille ponebat eos sibi in ipso uulnere ad similitudinem iusti Iob dicens, Manducate, quod uobis Dominus dedit.

Simeon stans pede in uno annum integrum.

Audiens autem Basilicus Rex Sarracenorum famam eius, uenit ad eum. Videns autem illum stantem sursum & orantem, subito cecidit uermis de corpore eius. At ille currens apprehendit eum in fide & posuit super oculos suos. Et uidens Simeon ait, Quare hoc fecisti uir illustris, & me grauasti? Vermis est enim de corpore meo putrido. Et cum hæc audisset Rex Basilicus, aperiens manum suam, inuenit margaritam preciosissimam. Et dixit ad beatum Simeonem. Non est uermis putridus,

Vermis [de] corpo[re] [Simeo]nis conuer[t]itur in [m]argari[ta]m.

tridus, sed margarita preciosissima, cui illc respondit, Homo secundum fidem tuam data est tibi, & benedicetur in manibus tuis omnibus diebus uitæ tuæ. Et ita regressus est homo ille plenus fide.

Post multum uero temporis, audiens mater eius famam de eo, uenit uidere eum, sed prohibita est uidere eum, quia locum illum mulier non ingrediebatur. Cum autem audisset Beatus Simeon uocem matris suæ, dixit ei, Sustine mater modicum tempus & simul nos uidebimus, si Deus uoluerit. At illa hæc audiens flere cœpit, & rogare ut eum uideret, & solutis crinibus increpabat eum dicens. Fili, quare hoc fecisti? Pro utero quo te portaui, satiasti me luctu, pro lactatione qua te lactaui, dedisti mihi lachrymas, pro osculo quo te osculata sum, dedisti mihi amaras lachrymas, pro dolore & labore quem passa sum, imposuisti mihi seuissimas plagas. Et tantum locuta est, ut nos omnes faceret flere.

Audiens beatus Simeon uocem genitricis suæ posuit faciem suam in manus suas, & plorauit amare, mandauitq; illi dicens. Domina mater quiesce modicum tempus, & uidebimus nos in æterna requie. At illa cœpit dicere, per Christum qui te plasmauit, si est possibile uidendi te, in tanto

tempore alienum à me, permitte me uidere te, aut si non uel uocem tuam audiam, & statim moriar, quia pater tuus in tristicia propter te mortuus est. Et nunc ne me in ipsa amaritudine perdas fili. Hæc dicens præ tristicia & planctu in somnum conuersa est, habebat autem tres dies & tres noctes non cessans deprecari eum. Tunc beatus Simeon orauit ad Dominum pro illa, & statim reddidit spiritum. Colligentes uero corpusculum eius adduxerunt in conspectu eius, Et ille flens ait, Dominus suscipiat te in gaudio, quia tribulata es propter me, & portasti me in utero Mensibus nouem, atq; lactasti simul etiam & nutristi cum labore. Hæc eo dicente matris uultus sudabat & corpus eius commotum est, nobis omnibus inspicientibus. Ille autem eleuans oculos ad cœlum, dixit, Domine Deus uirtutum, qui sedes super Cherubin & scrutaris fundamenta abyssi, qui cognouisti Adam antequam esset, qui promisisti regni cœlorum diuitias, diligentibus te, qui loquutus es Moysi in rubro ignis, qui benedixisti Abraham patrem nostoum, qui introducis in Paradisum animas iustorum, & animas impiorum mergis in perditionem, qui duos Leones humiliasti, & fortia Chaldeorum incendia mitigasti seruis tuis, qui Heliam

Simeon interfecit matrem suis precibus, ut impleat. quartum præceptũ Honora patrem et matrem &c.

liam coruis deferentibus escam pauisti, suscipe animam eius in pace, et colloca eam in locum patrum sanctorum, quia tibi est potestas in secula seculorum.

Post hos uero dies rursum fecerunt ei columnam habentem cubitos quadraginta, & stetit super ipsam annos sedecim usq; ad obitum suum. In quo tempore Draco grandis nimis habitabat iuxta eum in partibus Aquilonis, unde nec herba ibidem nascebatur, cui etiam intrauit lignum in oculo dextero. Et ecce quadam die ueniebat cæcus ille Draco & trahens se applicuit ad habitaculum in quo uir Dei morabatur, totus in girum se complicans quasi ueniam poscens, humiliatoq; capite iacebat. Quem beato Simeone intuente, statim exiuit de oculo eius lignum habens cubitum unum. Videntes autem omnes glorificauerunt Deum, tamen ab eo fugierunt propter metum. Sed bestia ipsa inuoluit se, & mansit in uno loco immobilis, quam diu omnis populus pertransiret. Deinde surgens adorauit ostium Monasterij fere per duas horas, & sic reuersa est in cubile suum, & neminem lesit.

Quinta columna totum autem tempus quo in columnis quinq; stetit, sunt anni. 48.

Mulier quædam sitiens nocte uenit ad Idriam aquam bibere, in qua erat paruulus serpens, & bibens deglutiuit illum, & creuit in utero eius.

Sed

Sed multi Medici & incantatores & Magi, adhibentes studium nihil profecerunt, post aliquod uero tempus adducitur ad S. Simeonem, At ille iußit eam poni in terram, & de aqua Monasterij in os eius mitti, tunc exclamauit fortiter, & statim exiuit de ore eius serpens, cuius longitudo erat cubitorum trium. Eadem hora, crepuit Serpens, qui etiam ad multorum testimonium suspensus est ibi septem diebus. Et sana facta est mulier ex illa hora.

Virtutes eius quamuis alicuius facundia enumerare uix ualeat, tamen prout sunt uires, omnino silentio eas tegi minime patiar. Factum est autem ut aqua in loco illo non inueniretur, & totus populus periclitabatur, & omnia animalia præ aquæ penuria. Videns uero sanctus Simeon contritionem eorum, stetit ad orationem. Circa decimam autem diei horam, subito, dirupta est terra, & factum est chaos magnum ab orientali parte ipsius Monasterij, & inuenta est quasi spelunca inestimabilem multam habens aquam. Tunc iußit fodi septem cubitis, & ex eo tempore superabundauit aqua in illo loco usq; in præsentem diem.

Quo in tempore expetentes quidam de longe orationem ipsius & opera meridiana hora diuer-

terunt

terunt paululum ad umbraculum arboris propter æstum ad repausandum, cumq; sederent, ecce subito prægnans Cerua præteribat secus illos & dixerunt ad illam. Per orationem S. Simeonis te coniuramus, modicum sta ut te comprehendamus. Quæ stetit eadem hora. Apprehendentesq; eam occiderunt & comederunt partem aliquam ex ea, statimq; obmutuerunt & sic ueniebant sicut & Cerua illa, Currentes autem uenerunt ad S. Simeonem, portantes corium eius, & fecerunt ibi duos annos, & uix aliquando sanitatem recipere potuerunt. Iniquum est enim peccatorum eorum recitare, Corium autem Ceruæ suspenderunt ibi, ad testimonium multorum.

Sed & Pardus immanis erat in locis illis qui & homines & animalia interficiebat, & in giro omnia uastabat. Venientes autem homines loci illius ad S. Simeonem, nunciauerunt ei, quod tanta ac talia mala Pardus operaretur. Tunc S. Simeon iussit de terra uel de aqua Monasterij aspergi in illa loca. Et factum est. Exquirentes uero postmodum inuenerunt ipsum Pardum iacentem mortuum, & omnes glorificauerunt Deum Simeonis. Quemcunq; tamen sonabat, præcipiebat illi dicens, Vade in domum tuam, & honorifica Deum

qui

qui te sanauit, & ne audeas dicere, quod te Simeon curauerit, ne tibi subito deterius contingat, & ne presumas iurare per nomen Domini, *quia graue peccatum est, sed in me humili & peccatore iura, siue iuste siue iniuste, quam ob causam, omnes orientales & barbaræ gentes, quæ sunt in illis regionibus per eum iurant.*

Latro quidam de Antiochia qui nominabatur Ionathas, *multa mala faciens, cum à multis persequeretur, nec posset se iam ab illis abscondere, quasi* Leo *à facie multorum persequentium fugiens, subito ingressus est* Monasterium, *& amplexus columnam sancti* Simeonis, *cœpit amarissime flere.* At *ille dixit ei. Quis es, aut unde uenisti homo, aut cur huc introisti?* At *ille.*Ego *sum* Ionathas *latro, qui omnia mala feci, ueni huc pœnitere.* Ait *itaq; sanctus* Simeon. Talium *est regnum cœlorum, sed ne uelis me tentare, ne iterum inueniaris in sceleribus ipsis quæ reliquisti.* Hæc *illo loquēte, ecce* Officiales *ueniebant ab* Antiochia *dicentes.* Trade *nobis inimicum et maleficum* Ionathan, *ne subito cōmoueatur ciuitas in seditionem.* Bestiæ *enim paratæ sunt ad deuorandum eum.* Respondit *eis sanctus* Simeon. Filioli *mei, ego non adduxi eum huc, quomodo qui adduxit eum maior nobis est, & istis ta-*

libus

libus subuenit, etenim talium est regnum cœlorum: Et si potestis intrare, rapite eum hinc, ego autem non possum, quia timeo eum qui illum misit ad me. Audientes autem hæc uiri illi, regressi sunt cum timore magno et renunciauerunt omnia Antiochiæ, sed Ionathas latro per septem dies amplexans, & tenens columnam, dicit ad beatum Simeonem, Domine si iubes ambulare uolo. Respondit illi iustus, Iterum in ipsa mala festinas, dixit illi Ionathas. Nō domine, sed tempus meum impletum est. Et sic loquens cum eo reddidit spiritum.

Et uolentes eum sepelire iuxta Monasterium, ecce alij officiales ueniebant ab Antiochia propter illum, & cœperunt clamare & dicere. Da nobis inimicum nostrum, omnis enim ciuitas turbata est propter illum. Respondit ei beatus Simeon, qui illum adduxit, uenit cum multitudine cœlestis militiæ, qui potens est intartarum mittere ciuitatem uestram cum habitantibus in ea, qui etiam hunc reconciliauit sibi, & ego timui ne subito occiderent me, ne ergo amplius fatigetis me humilem & pauperem, & ita cum timore regressi sunt, nunciantes omnia quæ uiderant & audierant.

Post paucos uero annos, factum est una die, hoc est sexta Sabbati, & inclinauit se ad orationem, sustinens tres dies, id est, sexto sabbato et Dominico. Mors Simeonis.

Tunc

Tunc ego pauefactus, ascendi ad ipsum, & steti in conspectu eius, dixitq; ad eum, surge Domine, benedic nos, quomodo populus tres dies & tres noctes habet expectans benedictionem à te & non respondit mihi, & rursus aio ad eum. Quare me contristas Domine, aut quid offendi? Supplico mitte mihi manum, aut forsitan iam à nobis migrasti? Et sentiens quod non loquebatur mihi, cogitaui ut nulli dicerem, quia timebam illum tangere, & stans quasi hora media, inclinaui me & posui aurem meam ad auscultandum, & non erat flatus, nisi tantum quasi odor multorum aromatum ascendebat de corpore eius, & sic intellexi quia requieuit in Domino, & hebefactus, planxi amarißime, & inclinans me osculatus sum oculos eius & barbam complexus crinesq; capitis eius, & increpans dixi. Cur me Domine derelinquis, uel ubi requiram tuam Angelicam doctrinam? Quale responsum reddam pro te, aut cuius anima respiciat columniam sine te & lugeat? Quale responsum reddam infirmis, quando ueniunt & reqirunt te hic & non inueniunt? Quid dicam aut quid loquar ego humilis? Hodie uideo te, crastina uero considero ad dexteram siue ad sinistram, & non inuenio te, Aut quo amictu ope-

riam

riam columnam tuam? Heu me quando ueniunt aliqui de longe quærentes te, & non inueniunt. Et præ multa tristitia obdormiui.

Statimq; apparuit mihi dicens. Non derelinquam Columnam hanc, nec locum & montem hunc benedictum, in quo illuminatus sum, sed descendens satisfac populo, & anuncia de me Antiochiæ secretò, ne tumultus fiat in populo. Ego enim requieui sicut Dominus uoluit, tu autem ne cesses ministrare in hoc loco, & reddet tibi Dominus mercedem in cœlis. Sed nec molestus tibi sim. Exurgens autem à somno, pauefactus, dixi. Domine memento mei in requie sancta tua. Et subleuans uestimenta eius, procidi ad pedes eius, & osculatus sum uestigia illius, & tenens manus eius posui super oculos meos dicens. Benedic obsecro mi Domine. Et iterum fleui & dixi, Quales reliquias tollam à te, in memoriam. Et hæc dicens, motum est corpus illius, ego autem timui tangere eum, Et ut nemo sciret, descendi celeriter, & fidelem fratrem misi Antiochiam ad Episcopum. Et statim ueniens cum tribus Episcopis, & cum illis Ardaborius Magister militum cum suis, tenentes cortinas circa columnam eius defixerunt uestimenta sua. Erant autem conficta ab auro. Et

deponentes eum iuxta Altare ante columnam colligentesq; se aues uolabant super columnam, clamantes & quasi lugentes, ita ut omnes uiderent.

Congeries impudentiss. mendatiorum.

Planctus etiam populi & iumentorum resonabat per miliaria septem, sed & montes & campi, & arbores contristati sunt circa loca illa, ubiq; enim nebula tenebrosa facta est per circuitum. Ego autem considerabam Angelum uenientem ad uisitandum eum. Circa hora septimam seniores septem, loquebantur cum Angelo, cuius uultus erat sicut fulgur, et uestimenta sicut nix. Et uocem eius in timore & tremore tam diu consideraui, quam diu audire potui, quod tamen fuisset ignoro. Cum autem iaceret sanctus Simeon in feretro, uolens Papa Antiochiæ de barba illius pro benedictione aliquid contingere, extendit manum statimq; arefacta est, multæq; obsecrationes & orationes fiebant ad Deum pro eo, & sic restituta est manus eius. Supponentes autem corpus feretro, cum Psalmis & Hymnis duxerunt Antiochiam. Omnis autem populus qui erat per circuitum regionis illius plangebat, quo Patrocinium tantarum reliquiarum tolleretur ab eis et quod Episcopus Antiochiæ iurasset, ut nemo tangeret corpus illius. Venientes uero in quintum miliare ab Antiochia, in uicum

uicum qui uocatur Meroe, nullus potuit mouere m, tunc quidam homo annis quadraginta surdus r mutus, subito cecidit ante feretrum, & cœpit amare et dicere, Beneuenisti serue Dei, tuus enim duentus me saluauit, & si meruero uiuere, ego bi seruiam omnibus diebus uitæ meæ. Et eleuans apprehendit unum de Burdonibus qui portabant retrum, statimq; mouit se de loco isto. Et ita sanus factus est homo, ex illa hora. Peccatum autem ominis illius, tale erat. Hic amabat uxorem alieam, & uolens eam adulterare non potuit, & mortua est, & posita in momento. At ille iuit r uiolauit sepulchrum eius, statimq; obmutuit et urdus factus est, & obligatus est in illo loco anis quadraginta.

Tunc exeuntes omnes de ciuitate Antiochiæ, scipiunt super argentum & aurum corpus sancti Simeonis, cum Psalmis & Hymnis, & cum multis lampadibus portauerunt in Ecclesiam maiorem, & inde in aliam Ecclesiam quæ uocatur Pœnitentia. Multe enim uirtutes fiunt ad sepulchrum eius, magis quam in uita sua, & homo qui anus factus est, ibi seruiuit usq; in diem mortis æ. Multi autem obtulerunt thesauros Episcopo ntiochiæ pro fide, poscentes reliquias de corpore eius, sed propter iusiurandum minime præstitit,

O miseros beatos qui hæc credi derint.

Ego humilis & peccator Antonius, in quantum potui, Lectionem hanc breuiter exposui. Beatus autem qui habet illam scriptam in libro, & legit in Ecclesia & in domo Dei, & cum memoriam eius fecerit, mercedem ab altißimo recipiat, cui est honor, potestas et uirtus in secula seculorum Amen.



EXPLICIT VITA S. SIMEONIS EREMITÆ.



FARRAGO PRAECIPVORVM EXEMPLORVM, DE APOSTOLIS,

Martyribus, Episcopis, & sanctis Patribus ueteris Ecclesiæ, qui docentes uerbum Dei, & ueritatem illius asserentes Christianæ religioni fideliter patrocinati sunt. Quorum cognitio in primis utilis & necessaria prædicatoribus uerbi Dei.

COLLECTA PER HERMANNUM Bonnum uirum pium & doctum:

DE S. IOANNE APOSTOLO & Euangelista.

NOTVS LOCVS EST DE VOcatione Ioannis Euangelistæ ex quarto capite Matthei, unde constat uocatum eum sine suo merito, & præter omnem expectationem ad cognitionem Euangelij, & ad manus Apostolicum per Christum. Post resurrectionem Christi uixit

Ioannes multo pluribus annis, quam reliqui Apostoli, & quanquam occisus non est per tyrannos impios & persecutores Euangelij, tamen non minora incommoda, grauiores etiam cruces, & calamitates sustinuit, quam uel Stephanus uel omnes alij Apostoli & martyres. Illis enim contigit cito mori & eximi his miserijs, cæterum Ioannes per totam uitam suam, & per tot annos, uelut in perpetuo quodam & aßiduo agone luctatus est: Nam uidit in Ecclesia subinde exoriri perniciosas sectas & persequutiones aduersus ueram Ecclesiam, & interim hæreticos impios foueri publice, & esse in admiratione apud cæsares & maximos quosq; homines. Interim Ioannes & reliqui pij, qui Euangelium docebant contempti & proscripti sunt.

Porro Ephesi in Asia docuit Euangelium & Asiæ Ecclesijs præfuit ueluti communis & generalis quidam Episcopus & superintendens. Sub Vespasiano Cæsare uidit uastari regnum Iudaicũ, destrui templum, & Iudæam patriam suam euerti miserrime. Id uero quanto cum luctu & dolore animi coguouerit, uel inde potest æstimari facile, quod non ignorabat id fieri horrendo quodam iudicio Dei propter contemptum Christum, ut interim non dicam de prima & grauißima persecutione con-

one contra Christianos, sub Nerone Imperatore, sub quo optimi quiq; Apostolorum & magni nominis Christiani mortem oppetierunt, ut Petrus et alij. Porro ubi Domitianus Imperator factus est filius Vespasiani, & frater Titi, is secundo persecutus est Christianos post Neronem, & cum publico edicto edito iußisset omnes Christianos, & maxime prædicatores Euangelij, pelli in exilium, profugere Ioannes coactus est in Pathmon insulã (ubi dicitur Apocalypsin scripsisse si modo illius autor est hic Iannes) ibi uero in quanto mœrore & luctu fuerit, inde facile cogitari potest, quod non ignorabat à sæuißimis lupis, hoc est, prauis doctoribus & impijs hæreticis interea Ecclesias dißipari, et corrumpi sanam doctrinam Euangelij. Tandem trucidato Domitiano permissa est Christianis libertas redeundi, itaq; reuersus est Ioannes ad Ecclesiam suam Ephesinam & tranquillitatem nactus scripsit contra Ebionitas, Martionem & Cherinthum hæreticos Euangelium suum, in quo potißimum tractat diuinitatem Christi & doctrinam de iustificatione fidei. Negabant enim hæretici illi diuinitatem Christi, & docebant carnale regnum post hanc uitam futurum.

Cæterum illud haud quaquam hic prætereundũ est, quã horrendo iudicio Dei fœdißime perierint

blasphemi illi hæretici, & graues dederunt suæ impietatis pœnas. Accidit enim quod lauandi gratia ingressus est balneas Ioannes, & quando uidit Cherinthum hæreticum inter suæ sectæ socios, impudenter & palam blasphemantem CHRIstum in balneis, exilijt Ioannes & illotus discessit, inquiens ad suos: Fugiamus hinc, ne & balneæ ipsæ corruãt, in quibus Cherinthus lauatur ueritatis inimicus. Simulatq; autem egressus erat Ioannes collapsum balneum est, & oppreßi sunt Cherintus & hæretici alij. Dedit itaq; Cherintus cum suis pœnas grauißimas suæ impietatis, ut sciamus homines obstinate impios & blasphemos in CHRistum non manere multos, & exitum illorum semper confusionem & ignominiam esse, utcunq; aliquandiu florere et regnare uideãtur. Contra uero pij quantumquam oppreßi, & multis calamitatibus obnoxij, tamen glorificantur tandem, & decedunt cum insigni testimonio pietatis ex hac uita. Proinde hæc exempla hæreticorum consolari debent piorum animos, ut sciant finem impiorum interitum esse & exitium illorum non tardare, tantum ut nos orantes per pacientiam expectemus tempus quando ulciscetur eos dominus. Cæterum Ioannes functus Episcopi ac prædicatoris Euangelici ministe- [illegible] rio apud

[illegible]

rio apud Ephesios & doctrina & consilio præfuit Ecclesijs Asiæ, usq; ad tempora Traiani Imperatoris qui Neruæ succeßit, ac tum demum obijt Ephesi ibidemq; est sepultus anno octauo & sexagesimo post passum Christum. Et testatur annorum ordo fuisse Ioannem in officio prædicationis ultra annos sexaginta. Porro quod inane sepulchrum sit repertum sicut fertur, nusquam apud probatæ fidei historicos reperitur, saltem huic commento occasionem præbuit id quod dixit Christus: Volo eum sic manere. Ex hoc figmento fabula alia orta est, de reditu Enoch, Eliæ & Ioannis in mundum ante extremum diem.

DE SANCTO MARTINO EPISCOPO.

IN historia Martini præclara testimonia extant ueri Episcopi seu prædicatoris Euangelici, ideo digna est, quæ diligenter cognoscatur, & quanquam superstitiosis quibusdam figmentis sordidata est in multis locis, tamen ideo quæ in ea sunt optima & utilia contemni non debent. Primum quod ad temporis rationem attinet fuit Martinus in illorum Episcoporum numero, qui sub Iu-

liano & Valentiniano Imperatoribus, doctrinam Euangelij & sinceram religionem aduersus Arrianorum hæresin constanter tutati sunt, atq; ex hac ipsa circumstantia temporum æstimare licet, fuisse Martinum uere pium præsulem & uigilantem in tuenda doctrina Euangelij assertorem.

Parentes nobiles habuit, sed impios ac hostes Christianæ religionis. Pater tribunus militum fuit sub Iuliano Cæsare, atq; hoc ipsum magnæ tum dignitatis officium erat, quod non nisi summis uiris contingebat. Porro educabatur Martinus ad militiam quoq; patris sui exemplo. Cæterum cum Euangelium tum passim prædicaretur, puer adhuc Martinus ad audiendas sacras conciones subinde in templum ibat, ac catechismum Christianæ doctrinæ perdidicit, & postea quanquam renitentibus parentibus baptizatus est. Hic uero quantam censes eum crucē, quanta odia et persecutiones et parentum, et aliorum sustinuisse? Cæterū matrem tandem ad Christianismum conuertit, pater ipsius mansit impius, haud dubie in gratiā Iuliani Cæsaris qui summus contemptor fuit religionis Christianæ. Porro cum audisset Martinus Hilarium Episcopum Pictauiensem redisse ad suam Ecclesiam ex exilio, in quod pulsus erat per Arrianos, qui tum in admiratione apud principes erant, et manifesta ui

grassaban-

grassabantur in uere pios, nam & ab iisdem Martinus quoq; profligatus et eiectus erat ex urbe, ubi in schola Euangelium docebat discipulos, quos habuit. Venit itaq; ad Hilarium Episcopum eiusq; doctrina & conuersatione tantum promouit in cognitione scripturarum, quod & ipse Monasterium instituit, hoc est, scholam, in qua sacras literas docebat. Accidit autem ut Turonenses Episcopum ac superintendentem in sua Ecclesia non haberent, itaq; ab illis Martinus uocatus est in Episcopum, ut respiceret Ecclesiam sua uigilantia, ne qua hæresis & falsa doctrina irreperet. Erant enim tum magna & aperta pericula ab hæreticis, proinde factus Martinus Turonensium Episcopus Christū syncere prædicabat, non sectas, non fiduciam operum docuit, sed tanquam fidelis dispensator Euangelium Christi prædicauit. Præterea quoq; extra populi frequentiam Monasterium, hoc est, publicam scholam constituit, in qua latine literas sacras tractabat in usum studiosorum, de quibus spes erat, ut in docendo Euangelio aliquando Ecclesiæ possent prodesse. Et fuisse scholam hoc Monasterium satis ex historia æstimare licet, quæ testatur habuisse Martinum supra octoginta discipulos & auditores in hac sua schola, illosq; intentos studiis scripturæ sacræ uixisse sobrie & continentißime extra omnem luxum.

Nihil

Nihil enim perinde obest ingenijs, quam luxus & ebrietas. Atq; ex hoc ipso Collegio discipulorum Martini multos factos esse Episcopos Ecclesiarum testatur historia. Atq; hoc ipsum arguit satis qua de causa & Monasteria & collegia Canonicorum primum sunt instituta, & in ipsis ædificijs collegiorum multa sunt uestigia, quæ scholas olim fuisse comprobant, & scholarum speciem adhuc hodie præ se ferunt. Proinde in officio sui Episcopatus hoc unum conatus est Martinus, ut Christum fideliter doceret, & pro facultatibus suis pauperes semper adiuuaret. Fuit itaq; omnibus uirtutibus uiri Episcopi instructus iuxta præscriptum Pauli 1. Timoth. 3. cap. In doctrima potens erat ad docendum suos, & ad conuincendum aduersarios. In uitæ conuersatione & moribus lenis & sobrius. Ad hoc patientißimus quoq; in aduersis, nam ab ipsis presbyteris, & collegis suis sæpe grauißimas iniurias passus est. In orando & precationibus aßiduus fuit, adeo etiam, quod, ut Seuerus discipulus eius scribit, nullum unquam horarum momentum præterijt, in quo non aut orationi aut lectioni incumberet. Hæc demum sunt testimonia ueri Episcopi. Nam quod dicere et prædicare Euangelium debeant Episcopi, etiam ueteres Canones

tiones testantur. Nulla in hac historia Martini mentio fit de confirmatione Romani Pontificis, de pallio magna ui aureorum redimendo, sicut hodie fieri solet. Magnis tentationibus exagitatus est Martinus à Sathana, ut specie sanctimoniæ & pietatis deceptus deficeret à uera cognitione uerbi ad impietatem aliquam. Accidit enim quodam tempore, ut Diabolus regia purpura & diademate ornatus appareret ei sub persona Christi, cumq; taceret Martinus uiso sub spectaculo, ait ad eum Diabolus. Agnosce Martine quem colis, Christus ego sum descensurus ad terras, prius me tibi uolui manifestare. Et cum adhuc Martinus nihil responderet, rursus ait, Martine cur dubitas credere, cum me uideas? Christus ego sum. Tunc ille uerbo Dei instructus per spiritum sanctum ait. Meus Christus crucifixus fuit, & uulneratus, ideoq; te tali in habitu non recipio, neq; in te credo. Ad hanc uocem ille euanuit. Monemur hoc exemplo ne apparitionibus spirituum credamus. Sathan enim hoc agit, ut transformet se in Angelum lucis, ut Euangelij ueram doctrinam obscuret. Porro cum ageret iam Martinus annum octogesimum suæ ætatis, debilitari cœpit, & in febres incidit, atq; cum grauiter ægrotaret, ut spes uitæ reliqua amplius non

esset,

esset, hortatus est discipulos ad religionis studium, & ut hæreses pugnantes cum doctrina fidei uitarent. Illi uero flentes dixerunt. Cur nos pater deseris, aut cui nos desolatos relinquis? Inuadent enim gregem tuum lupi rapaces, Ille uero & luctu & precibus eorum motus dixit. Domine si adhuc populo tuo sum utilis non recuso laborem, fiat uoluntas tua. Sed ipse oculis in cœlum, fixis orans non multo post expirauit astantibus presbyteris. In eius exequijs multi præclari uiri fuerunt, qui postea Episcopi facti sunt. Constat quoq; ex historia Martini Diaconos & Archidiaconos dispensatores eleemosynarum tunc fuisse in Ecclesia non appellationes dignitatum, legitur enim quod præceperit Archidiacono Martinus, ut pauperi cuidam uestem daret. Ille uero cum id facere neglexisset, & postea cum per occasionnem uideret Martinus adhuc nudum hominem nulla ueste utentem, ipse suum pallium illi donauit. Ambrosius Episcopus alicubi meminit Martini in suis scriptis.

DE MARIA MAGDALENA.

EXemplum M. Magdalenæ dignum est quod diligenter tractetur. Est enim mire consolatorium ad erigendas conscientias infirmorum hominum

hominum, qui sentiunt se esse peccatores, & non posse se suis operibus & iustitia conscientiæ tranquillitatem coram Deo inuenire. Et hac causa institutum quoq; est olim à maioribus, ut quotannis Magdalenæ exemplum tractaretur. Sed contigit in hoc exemplo, quod in multis alijs, quod res utilis & ualde salutaris Ecclesiæ in turpem abusum abijt, et degenerauit in fabulosam quandam superstitionem, quæ non solum diuersa esset à scripturis, sed contraria etiam palam apertis uerbis Euangelistarum. Nos itaq; simpliciter usum exẽpli Magdalenæ tractabimus, sicut in Euangelicis historijs de ea scriptum est, ut certi aliquid discamus, quod ad nostram consolationem & institutionem potest facere. Abusum quoq; eiusdem exempli breuiter indicabimus propter aduersarios nostræ doctrinæ, ut intelligant homines pij quantis mendacijs pro uera scriptura usi sint Monachi olim ad decipiendas animas hominum propter suum quæstum. Est autem certissima hæc ratio tractandi exempla Sanctorum, ut consideremus primum illorum doctrinam & fidem qua seruati sunt. Vitam & opera considerare non debemus, ne dum admirari, nisi quatenus sunt fructus fidei, non ipsorum merita. Ad hunc modum propositum nobis est in Euangelicis literis exemplum Mariæ Magdalenæ Lucæ 8. cap.

Ait enim Euangelista fuisse mulierem non uulgari infirmitati obnoxiam, sed obsessam septem Dæmonijs & liberatam à Christo. Primum itaq; nihil tribuit eius meritis, sed corporaliter etiam obsessam ait septem Dæmonijs, ut notet extremam eius miseriam, & calamitatem. Sic nos omnes ait Apostolus natura filios iræ & damnationis esse, quanquam corporaliter non uidemur obsessi à Diabolo. Iam uero sicut Magdalena sine suo merito liberatur per Christum, ita & nos quoq; eripimur ex regno & potestate Diaboli, in qua sumus, quando per Christum baptizamur, & cognitione Euangelij illuminamur, ut credamus propter ipsum remitti nobis peccata, & liberari nos à morte. Magdalena itaq; credit ex misericordia Dei se seruari per Christum, et id significat Lucas cum ait eam sequi Christum & audire eius uerbum. Nam hoc unum est, quod à nobis qui Christiani sumus requiritur, ut maneamus in fide Christi, & exerceamus nos in studio & cognitione Euangelij, quam diu uiuimus. Porro opera & fructus fidei non desunt in Magdalena. Non enim secura nunc desidet domi, & suas tantum uoluptates curat, sed seruit Christo, & illi subsidium præbet de suis facultatibus cum mulierculis alijs, quæ item

senserunt

ſenſerunt beneficium Chriſti. Eſtq́; inſignis hæc commendatio bonorum operum, ut ſciamus hanc magnam eſſe gratitudinem & beneficium, quod in iuſtificatis placet Deo, ut noſtris operibus, quantum in nobis eſt, Euangelium conſeruare apud poſteros ſtudeamus.

Porro cum proficiſceretur Chriſtus Ieroſolymam ſub tempus paſchatis, quo paſſus eſt, fuit unà in eius comitatu Magdalena, & cum crucifigitur áſtat unà cum Maria matre, et dolet & ſepultum ungere uult emptis aromatis, ut erga mortuum Chriſtum quoq́; teſtetur animi grati ſignificationem. Sed interim, ſicut alij diſcipuli, ipſa quoq́; in fide uacillat, & infirma eſt, non poteſt enim ſperare, ut reſurgat Chriſtus. Atq; hæc eſt communis infirmitas, omnium piorum in tentatione, Sed quid fit? teſtantur Euangeliſtæ Chriſtum deuicta morte iam reſuſcitatum primum omnium ſe exhibuiſſe uiuentem Mariæ Magdalenæ, de qua ſeptem Dæmonia exierant, ut ex hoc exemplo conſtet Chriſti reſurrectionem ad eos maxime pertinere, qui ſe grauiſſime ſentiunt peccatis laborare. Proinde confirmata hac certitudine reſurrectionis Chriſti, credidit Chriſtum eſſe Dominum mortis & peccati, per quem ſolum contingat iuſtitia, remiſſio peccatorum, & uita æterna. Et non

dubium est, quin hanc fidem diligenti studio audiendi & discendi Euangelij aluerit usq; in finem uitæ, & interea de suis facultatibus seruisse proximo, & in primis discipulis, sicut antea Christo ipsi.

Hæc itaq; tractatio exempli Magdalenæ consolatoria est, & ex Euangelicis literis sumpta, consentit cum doctrina fidei, quam etiam confirmat in animis nostris, ut sciamus exemplo Magdalenæ, nos omnes peccatores & damnatos esse. Deinde liberari nos per Christum. Tertio fidem hanc in Christum alendam & augendam esse studio audiendi uerbum per totam uitam, et declarandam per opera charitatis, quæ sunt fructus ueræ fidei. Quarto esse quidem nondum ab omni parte perfectos credentes, maxime ut persistamus in tentatione contra scandala, sed ibi consolatur Christus suos resurrectione sua, qua ascendit ad patrem factus Dominus omnium in cœlo & in terra. Debemus itaq; merito gratias Deo agere, quod habemus in Magdalenæ exemplo certitudinem nostræ fidei, & confirmationem nostræ salutis. Deinde orare quoq; Deum debemus, ut donet nobis fidem, illuminet & conseruet nos in cognitione uerbi sui exemplo Magdalenæ huius, ne relicto Christo ad fiduciam operum nostrorum prolabamur.

Quod

Quod ad personam & genus Mariæ Magdalenæ attinet, non opus est scrupulosius singula inuirere, neq; enim hoc magnopere facit ad rem. Olim certa hac de re magna fuit dissensio. Sed quantum ex Euangelistis apparet, Maria Magdalena ex Galilæa fuit, ubi liberata quoq; est per Christum à septem Dæmonijs, id quod Matthæi 27. uides, atq; hinc constat satis eam non fuisse sororem Lazari Bethaniensis, de quo est Ioannis 11 & 12. cap. Bethania enim non abest longius à Ierusalem, qua stadijs quindecim sita ad latus montis Oliueti. Neq; uero fuisse Magdalenã hanc mulierem, quæ Christo pedes lauit, & profudit unguentum in caput eius Lucæ 7. cap. satis aperte constat ex ipsis uerbis Euangelistæ, qui clare testatur fuisse mulierem peccatricem in eo ipso loco seu ciuitate. Et aliam unguenti profusionem & lotionem pedum factam esse à Maria sorore Lazari & Marthæ apparet ex 12. cap. Ioannis. Id quod commenti quidam sunt de arce Magdalon, quæ in diuidenda hæreditate cum Lazaro et Martha uenit in sortem Mariæ fabulosum est. Præterea & ea omnia quæ habet Lombardica historia seu aurea legenda sanctorum de Maria Magdalena fictitia sunt, Dixerunt enim post ascensionem Christi Paulo Apostolo commissam esse Magdalenam

 Maximino

Maximino cuidam ex septuaginta duobus discipulis, & cum illo nauigio peruenisse propter persecutiones in Christianos in Maßiliam urbem, ibique publicè docuisse & miracula fecisse. Præterea Lazarum fratrem eius in eadem urbe Episcopum factum. Postea illam triginta annis in eremo pœnitentiam egisse, & nullo pane aut cibo sed tantum syluestribus herbis usam esse, & indies septies sub tempus septem horarum Canonicarum ab Angelis in aëra sublatum cum magno gaudio, et id tandem resciuisse pium quendam sacerdotem etiam in eremo uiuentem, & expletis triginta annis sub finem uitæ suæ esse Mariam Magdalenam ab Angelis deportatam in templum illud, & palam eleuatam ab Angelis à terra stetisse in ipso choro & subsellijs sacerdotum, ubi tunc fuit Maximus, & ibi tum procumbentem ante Altare sumpsisse corpus dominicum, et statim eodem illo temporis momento esse mortuam. Hæc omnia stulta partim, & absurda, partim etiam & uehementer impia sunt. Ridiculum enim est stultum de sancto Petro & Maximino, & omnia illa de nauigatione. Et docere mulierem non permittit in Ecclesia Paulus. Porro quod per triginta annos in locis desertis pœnitentiam egerit pro peccatis, manifeste impium est, & pugnat cum omnibus illis quæ de

Magdalena

Magdalena scripta sunt in Euangelijs, præterea cibos uitare, quos creauit Deus sumendos cum gratiarum actione, doctrina Dæmoniorum est. 1. Timoth. 4. Et ad Colos. secundo capite damnat Paulus istam religionem, qua corpus læditur, & suo debito honore priuatur. Sed quid opus est singulatim hæc omnia refellere? Duo uidetur quæsiuisse uel calliditas Sathanæ, uel impudentia quorundam qui harum fabularum autores sunt, ut hoc facto hominum animis fucum aliquem facerent, & commendarent horas Canonicas, & missæ sacrificium. Cæterum iam per gratiam Dei Euangelio reuelato cernitur palam, quam impudens hoc fuerit mendacium, quo tum interea temporis, quando potestas fuit principis tenebrarum, toti orbi est impositum. Proinde ingentes gratiæ agendæ sunt Deo, quod reiectis fabularum mendacijs uerum usum exempli Magdalenæ ex Euangelicis historijs denuo cognoscimus.

DE IACOBO Apostolo.

PRimo dicendum est de uocatione Iacobi qua ad cognitionem Euangelij & ad officium Apostolorum peruenit. Ea enim prorsus inopinata

fuit & præter omnem ipsius expectationem tum, cum piscaretur, & nihil minus futurum esse in animum induxisset. Proinde per Christum sine merito suo peruenit ad cognitionem Euangelij, & uocatus est ad Apostolatum, ut ex hoc exemplo consolationis argumentum omnes nos quoq; sumamus, qui sentimus peccatum nostrum & infirmitates carnis, ne dubitemus omnes sanctos ad eundem modum per gratiam Dei in Christo seruari, sine suis meritis et operib. Et admonet nos quoq; hic locus de uocatione Apostolorum, qui partim, piscatores fuerunt, partim alij homines contempti coram mundo, ut cogitemus ideo non repudiari nos á Deo si homines miseri, uiles & contempti sumus ad illorum hominum æstimationem, qui in mundo potentes & magni sunt, ac magnam commendationem sanctitatis & sapientiæ habent. Vocatus Iacobus á Christo, ultro eum secutus est, & credidit uerbo eius, nihil secum deliberans prius, an Pharisei & magni homines in mundo essent hoc doctrinæ genus, quod adferebat Christus, probaturi. Post ascensionem Christi & mißionem spiritus sancti, constanter & intrepide unà cum alijs Apostolis testatus est de resurrectione Christi, & cum alij in alias orbis partes discederent prædicaturi Euangelium, ipse Ierosolymæ in Iudæa mansit, ibiq;

ibiq; Episcopus ac superintendens Ecclesiæ piorum fuit. Nam magna constantia & libertate docuit iustificari homines per fidē in nomine Christi, ideoq; uanam esse omnem fiduciam operum legis Mosaicæ. Iudæi uero cum indigne ferrent hanc nouam prædicationem de Christo quotidie latius propagari, accidit, quod Herodes Agrippa rex gratificaturus Iudæis palam instituit persequi Apostolos & prædicatores Euangelij. Nam quicquid passim erat turbarum, & publicarum calamitatum ac malorum regno Iudaico, id omne nouæ prædicationi de Christo imputabatur, existimauitq; Herodes rex & Iudæi, tum demum omnia fore tranquilla publice & priuatim, si Apostoli & prædicatores Euangelij perderentur, & ab illis uelutiā publicis & fatalibus quibusdam nostris terra repurgaretur. Proinde Iacobum Ioannis Apostoli fratrem & Episcopum Ierosolymitanum apprehendi & capite truncari iubet Herodes, ut hoc modo autores & prima capita Christianæ sectæ sensim extirparet. Callidum quidem & prudens, hoc est consilium, sed quia contra Dominum est & in causa religionis, ideo non succedit.

Nam occiso IACOBO, & PETRVM Apostolum similiter apprehendi & in carcerem conijci iussit, sed ille seruatus est præsidio DEI,

& per Angelum eductus ex carcere. Herodes, qui *conculcatum uoluit Euangelij dogma, fœdißimo mortis genere non multo post perijt. Sed ad* Iacobum *redeamus, qui nulla alia de causa truncatus est, quam propter prædicationem de gratuita remißione peccatorum per* Christum *contra iusticiam operum* Legis. *Cæterum illa quæ de translato corpore Iacobi à suis discipulis per mare in Galiciam, deinde compostellam in* Hispanijs *dicuntur, uaria et fabulosa commenta sunt* Papistarum, *tantum quæstus & commodi causa excogitata, contra* Euangelium *& doctrinam* Iacobi *de gratuita remißione peccatorum in nomine* Christi, *quam, dum uiueret, magna constantia docuit contra hypocritas operum*

DE S. ANDREA Apostolo.

ANdreas frater Simonis Petri *fuit, ambo piscatores, & uocati à* Christo *ad munus* Apostolicum, *per occasionem, cum uterq; nihil minus expectaret.* Atq; *hæc ipsa illorũ uocatio fortuita commendationem continet misericordiæ & beneuolentiæ diuinæ, qua per* Christum *omnes uocamur ad cognitionem* Dei, *sine nostro merito,*

tum, cum sumus peccatores & impij. Andreas itaq; per gratiam Dei factus Apostolus, diligenter audiuit cum reliquis Apostolis docentem Christum, credidit Euangelio, & iuxta praeceptum CHRisti unà quoq; praedicauit, quamdiu adfuit Christo. Hae sunt summae laudes Apostolorum & omnium sanctorum. Interim quod ad ipsos & ipsorum uitam attinet, non carent uitijs & magnis infirmitatibus, sed ultro dißimulat eas Deus propter Christum, id quod uidemus in Andrea & fratre eius Petro, & reliquis Apostolis, sicut in historijs Euangelicis clare expressum est. Porro post resurrectionem Christi missa iam spiritu sancto in alium locum alij Apostoli se contulerunt ad praedicandum Euangelium iuxta praeceptum Christi. Testantur itaq; historiae docuisse Andream in Scythia, et inde cum in Achaiam Graeciae partem deuenisse, ubi magna diligentia summoq; studio docuit Christum, & reiecto omni ueteri cultu idolorum plurimas parrochias instituit, quibus ueros praedicatores Euangelij praefecit. Caeterum foelicẽ hanc Euangelicae doctrinae propagationem in Achaia indigne tulit Sathanas. Accidit enim ut Aegeas proconsul, qui Romanorum nomine administrauit Achaiam non solum improbaret et contemneret doctrinam Euangelij, sed manifeste etiam

se pro sua autoritate opponeret, & tollere etiam prorsus conaretur, idq; ex publico mandato Senatus Romani & Neronis Cæsaris, atq; ut id commodius facere possit, præcepit ut omnes pro, ueteri consuetudine idolis immolarent, neq; discederent á recepto iam olim Deorum cultu. Atq; hic uelut aheneum murum se opposuit Andreas, & palam restitit Aegeæ impio magistratui inquiens. Tu qui magistratus es deberes merito illum Deū adorare, qui dedit tibi hanc potestatem, & non cogere populum ad impium cultum idolorum. Hanc ob iurgationem indigne ferens Aegeas dixit. Tu ne es ille impostor & seditiosus, qui eam doctrinam inuehis in has terras, quam publico mandato suo reprobauit Senatus Romanus? Atq; hic simul magno quodam fastu incepit contemnere & deridere doctrinam de crucifixo Christo, existimans nihil uel absurdius uel stultius uici posse, quam seruari homines debere per talem hominem, qui crucifixus esset. Sed Apostolus Andreas minime mutus ad hæc fuit, refellit enim omnes calumnias humanæ rationis contra hanc stultam doctrinam de Christo crucifixo, comprobauitq; ita fieri oportere, ut pateretur Christus ut hoc modo seruarentur credentes in ipsius nomine. Sed his omnibus argumentis, & hac constanti confessione Andreæ nihil commouetur

mouetur Aegeas praefectus, sed dixit ad Andream. Quia tam magnificis crucifixum tuum Deum, ego te quoq; in crucem suffigam ut Experiaris quid sit contra ueterem cultum DEI nouas opiniones de crucifixo tuo Christo in uulgus spargere. Atqui uero tantum abest hic expauisse Andream, quod etiam DEO gratias egerit, quod post tantas molestias & tot labores in officio praedicandi Euangelij per crucem posit uitam suam finire Christi Domini & praeceptoris sui exemplo, & simul orasse dicitur Deum, ut nunc posit hac occasione deserere praesentem uitam pro ipsius uoluntate. Proinde populo gratus Andreas ob synceram doctrinam, & innocentiam uitae singularem, rapitur á Tyranno ad paratum supplicium. Sed hic alij lugent indignum casum boni uiri, alij per tumultum publicum eripere uolunt Apostolum & pastorem suum ex Tyranni manibus, atque hic ingens propemodum tumultus, & publica quaedam clades fuisset exorta, nisi Andreas ipse placide admonuisset populum, & concione sua sedasset populares turbas. Rogauit etiam populum, ne se priuaret hoc fructu suorum laborum. Nam hanc esse uoluntatem DEI, ut tandem praedicationem de CHRISTO crucifixo cruce & morte confirmaret. Est itaque pro

consuetu-

se pro sua autoritate opponeret, & tollere etiam prorsus conaretur, idq; ex publico mandato Senatus Romani & Neronis Cæsaris, atq; ut id commodius facere posit, præcepit ut omnes pro, ueteri consuetudine idolis immolarent, neq; discederent á recepto iam olim Deorum cultu. Atq; hic uelut aheneum murum se opposuit Andreas, & palam restitit Aegeæ impio magistratui inquiens. Tu qui magistratus es deberes merito illum Deũ adorare, qui dedit tibi hanc potestatem, & non cogere populum ad impium cultum idolorum. Hanc ob iurgationem indigne ferens Aegeas dixit. Tu ne es ille impostor & seditiosus, qui eam doctrinam inuehis in has terras, quam publico mandato suo reprobauit Senatus Romanus? Atq; hic simul magno quodam fastu incepit contemnere & deridere doctrinam de crucifixo Christo, existimans nihil uel absurdius uel stultius uici posse, quam seruari homines debere per talem hominem, qui crucifixus esset. Sed Apostolus Andreas minime mutus ad hæc fuit, refellit enim omnes calumnias humanæ rationis contra hanc stultam doctrinam de Christo crucifixo, comprobauitq; ita fieri oportere, ut pateretur Christus ut hoc modo seruarentur credentes in ipsius nomine. Sed his omnibus argumentis, & hac constanti confeßione Andreæ nihil com-

mouetur

mouetur Aegeas praefectus, sed dixit ad Andream. Quia tam magnifacis crucifixum tuum Deum, ego te quoq; in crucem suffigam ut Experiaris quid sit contra ueterem cultum DEI nouas opiniones de crucifixo tuo Christo in uulgus spargere. Atqui uero tantum abest hic expauisse Andream, quod etiam DEO gratias egerit, quod post tantas molestias & tot labores in officio praedicandi Euangelij per crucem poßit uitam suam finire Christi Domini & praeceptoris sui exemplo, & simul orasse dicitur Deum, ut nunc poßit hac occasione deserere praesentem uitam pro ipsius uoluntate. Proinde populo gratus Andreas ob synceram doctrinam, & innocentiam uitae singularem, rapitur á Tyranno ad paratum supplicium. Sed hic alij lugent indignum casum boni uiri, alij per tumultum publicum eripere uolunt Apostolum & pastorem suum ex Tyranni manibus, atque hic ingens propemodum tumultus, & publica quaedam clades fuisset exorta, nisi Andreas ipse placide admonuisset populum, & concione sua sedasset populares turbas. Rogauit etiam populum, ne se priuaret hoc fructu suorum laborum. Nam hanc esse uoluntatem DEI, ut tandem praedicationem de CHRISTO crucifixo cruce & morte confirmaret. Est itaque pro

consuetu-

consuetudine Romanorum primum cæsus, deinde in crucem suffixus, atq; ita placide in manus Dei patris spiritum suum tradidit. Corpus honorifice sepultum est, curantibus id uxore præfecti Aegeæ, quæ conuersa erat ad fidem Euangelij, & alijs pijs hominibus in Christum credentibus.

DE SIMONE ET Iuda Apostolis.

SIMON & Iudas Apostoli eodem in loco & tempore apud Persidas passi sunt propter doctrinam Euangelij, ideoq; utriusq; commemorationem coniunctam uoluerunt olim maiores in Ecclesia. Exemplum sane memorabile est in utroq; pro confirmatione doctrinæ Euangelicæ, sed abusu & inscitia hominum imperitorum deprauatum est, sicut multa alia. Primum omnium quod ad utriusq; uocationem attinet, satis constat eos ad Apostolatum per Christum euocatos esse, & in numero Apostolorum duodecim numeratos. Contigit autem illis hoc beneficium sine ipsorum meritis ex mera & singulari gratia Dei per Christum, à quo ex impietate & tenebris ad lucem Euangelij, & cognitionem Dei uocati sunt. Porro post ascensionem Christi, cum iuxta præceptum Christi

Christi paßim in toto orbe prædicarent Apostoli Euangelium, contigit Iudæ Apostolo primum in Mesopotamia & Ponto regionibus. Simoni uero in Aegypto Euangeliũ prædicare. Deinde per occasionem ambo simul in Persiam peruenerunt, ubi cum syncere & summa cum fide docerent Christum contra impietatem & idolatriam gentium, & superstitionem operum humanorum, concitauerunt in se Magos, sic enim uocabant suos sacerdotes Persæ, Etenim hi indignißime ferebant per nouam prædicationem Apostolorum de crucifixo Christo suam autoritatem in populo eleuari, & plane reijci impium illum ueterem cultum deorũ, quem ipsi pro summa religione tradebant uulgo non sine ingenti suo commodo & quæstu. Et quia prospiciebant impij illi sacerdotes futurũ esse per prædicationem Apostolorum, ut ipsi destituti suis commodis & honoribus, quos ex cultu Idolorum percipiebant, esurirent tandem, instigarunt paßim uerbis & per Epistolas præfectos templorum aduersus Christi Apostolos, & effecerunt tandem, immodico studio & improbis sollicitationibus suis, quod per publicum tumultum & seditionem oppreßi sunt Apostoli, & interempti. Sunt qui Simeonem crucifixum scribunt, sed qualitercunq; sit, parum refert. Certum hoc est, quod uterq; pro

confeßione

Christi et propter Euangelij prædicationem mortem sustinuerint. Est itaq; in hoc exemplo confirmatio doctrinæ Euangelicæ & bonorum operum. Docuerunt enim Christum, & in hoc sancto ministerio seruierunt proximo suo pro suæ uocationis ratione. Neq; enim uel Monachatus, uel aliorum portentosorum operum ulla mentio est in his exemplis & ueris narrationibus de sanctis, qui in Christum crediderunt, eumq; docuerunt, non humana opera, & hoc nomine etiam paßi sunt.

DE S. MATTHIA Apostolo.

Ex primo actorum Apostolicorũ capite constat Matthiam fuisse unum ex discipulorum numero uocatum à Christo ad cognitionem Euangelij, cuius & Apostolus factus est, idq; sine suo merito, & cum nihil minus futurum esse speraret, estq; hic locus ualde consolatorius afflictis conscientijs, quæ facilius in tentationibus acquiescunt uerbo Dei, cum audiunt omnes Sanctos peccatores fuisse & ex gratia Dei conuersos ad Christum, per quem & seruati sunt. Porro quanquam ad Apostolatum per Christum ipsum nõ est uocatus Matthias, tamen quia nõ humano iudicio, sed sorte iuxta uoluntatem Dei delectus est in locum Iudæ pro

ditoris

ditoris, & cooptatus est in numerum Apostolorum, præter suam & aliorum expectationem, ideoq; hoc ipsum non minorem commendationem diuinæ gratiæ ac uoluntatis meretur, quam si à Christo ipso ad Apostolatum uocatus fuisset. Apostoli enim nihil in hac causa priuata autoritate agentes, rem omnem per orationem Deo commiserunt. Atq; ita contigit, ut sorte eligeretur Matthias in numerum Apostolorum. Cæterum per Pentecostē digreßis Apostolis in alias atq; alias orbis partes, Matthias dicitur in Iudæa docuisse Euangelium. Sunt qui existimant ipsum in Aegyptum peruenisse, atq; ibi Christum prædicasse, & tandem morte affectum. Sed hæc ut uariant apud scriptores, ita incerta quoq; sunt. Illud autem certißimū est, quod non docuit aliud, quam Euangelium Christi, iuxta mandatum Christi, Ite in orbem uniuersum & prædicate Euangelium. Item: Docentes eos seruare omnia quæ ego præcepi uobis, atq; hoc etiam nomine Matthiam passum esse, & morte adfectum dubium non est, iuxta illud, quod Christus ipse futurum esse Apostolis, atq; adeo omnibus ueris prædicatoribus prædixit Matth. 10. cap. propter confeßionem nominis sui. Est igitur in tota historia Matthiæ confirmatio quædam doctrinæ & fidei nostræ in Christum, quem ipse prædicauit alijs, et per quem ipse seruatus est sine suorum operum fiducia.

DE S. BARTHOLE-
meo Apostolo.

IDEM sentiendum est de uocatione Bartholomei ad Apostolatum, quod de alijs Apostolis. Quanquam enim nihil certi in Euangelicis literis scriptum extat de occasione, per quam uocatus est à Christo, tamen ex mera gratia & iuxta beneplacitum Christi sine suo merito uocatum esse certißimum est aliorum Apostolorum Exemplo, proinde mire consolatorius est hic locus de uocatione Bartholomei, atq; adeo omnium aliorum Apostolorum, ut non dubitent afflictæ conscientiæ per solam gratiam Dei seruatos esse omnes sanctos, & neminem suo merito, & propter suam dignitatem conuersum esse ad cognitionem Christi, sed ex gratia miserentis Dei tantum, ideoq; consolari nos debent hæc exempla Sanctorum, ne propter peccatum infirmitates nostras desperemus. Nam illas ultro dißimulat & ignoscit nobis Deus, modo credamus in Christum, & ab eius uerbo non discedamus, & ad fiduciam operum nostrorum prolabamur. Tolerauit enim multa Christus in discipulis & Apostolis sæpe, qui non uulgariter infirmi fuerunt, sed grauißime etiam errarunt nonnunquam. Sed hæc de uocatione Bartholomei Apostoli. Cæterum post mißionem spiritus

ſpiritus ſancti cum alij Apoſtoli in alijs orbis partes conceßiſſent ad prædicandum Euangelium iuxta mandatum Chriſti, Bartholomeus in Indiæ citerioris partes perueniſſe dicitur, ibiq; magna fiducia & libertate Euangelium docuit, & prædicatione ſua tantum promouit per gratiam Dei, ut intra breue tempus omnis celebritas & cultus idolorum collaberetur, & ueniret in contemptum. Erat enim tum temporis ſumma ſuperſtitio et incredibilisquædam impoſtura Sathanæ in eo populo. Nam in templis quibuſdam idola erant ex quibus palam reſponſa & oracula dabat Diabolus ſub prætextu ueri Dei, ideoq; in illis locis frequentißimus hominum couentus & concurſus erat. Nam et male habentes curati ſunt in iiſdem locis arte Satanæ, tanquam beneficio ueri Dei. Cæterum ubi cognitio Chriſti ex aßidua prædicatione Bartholemei innoteſcere populo cœpiſſet, non ſolum admiratio idolatriæ cadere cœpit in hominum animos, ſed etiam obmuteſcens Diabolus ilico neq; loqui, neq; reſponſa dare & curare infirmos pro ueteri ſuo more amplius potuit. Accidit itaq; cum ingrederetur templũ quoddam Bartholemeus, in ꝙ idolum Aſtaroth cognominatũ colebatur, quod propter oracula, et curationem infirmorum celeberrimum erat, interrogatum ab hominibus, qui ex

longinquo aduenerant auxilij & consilij capiendi causa, nullũ omnino responsum dare potuit. Porro causam silentij quærẽtibus alio in loco ab alio idolo quodam, ex quo item Diabolus loquebatur, responsum est, propter præsentiam & nouam doctrinam hominis peregrini cuiusdã ipsum obmutuisse, et sibi quoq; ac alijs dijs regni idem periculum imminere, nisi in tempore hominem è suis finibus propellant, proinde contrarijs & dissentientibus iudicijs ac sententijs animorum, alij probare Bartholemeum & eius doctrinam, alij rursus contemnere & palam damnare cœperunt. Adfuit autem Dominus prædicationi Bartholemei, eamq; signis & præsentibus miraculis confirmauit. Id uero indigne ferentes templorum præfecti, & sacerdotes idolorum odiosißime traducunt & accusant Bartholemeum ac eius doctrinam apud regem Indiæ. Quod homo peregrinus & impostor arte magica instructus omnem ueterem cultum deorum subuertat, & publicam tranquillitatem regni perturbet, & futurum esse ut non solum Deorum cultus & uetus religio, sed ipsius regis quoq; autoritas labefiat & prorsus intercidat, nisi homo ille peregrinus & impostor è medio quam primum tollatur. Hac persuasione grauiter accensus & commotus Rex misit aparitores suos ad comprehendendum

dendum Apostolum Bartholemeum, & cum adduxissent eum, ait magna cum indignatione Rex: Tune es ille impostor, qui cultum et religionem Deorum in hoc regno meo labefactare studes, & praeterea fratrem meum euertisti doctrina tua? Erat enim frater regis conuersus ad Christū per praedicationem Bartholemei, & filiam eius Lunaticam sanauerat Apostolus. Ad quod respondit Bartholemeus. Ego non euerti fratrem tuum o Rex, sed conuerti potius. Ad quod rex. Ego, inquit, ita te tractabo, ut sicut fecisti fratrem meum relinquere Deum suum, & tuo credere, ita tu quoq; deseras tuum Deum, & meo Deo sacrificia offeras. Cui Apostolus, Ego, inquit, Deum, quem colebat frater tuus, obmutescere feci, & ostendi inane simulachrum esse. Quod si ad eūdem modum refellere poteris doctrinam meam de Christo, facile equidem in tuam sententiam cedam. Interea dū haec ita minatur Rex Bartholemeo Apostolo, nunciatur denuo per alios quosdam regi in multis alijs regni locis Deorum cultum et simulachra itidem cecidisse. Quod ubi audiuit Rex prae nimia animi indignatione purpuram, qua erat indutus, discerpsit, et Apostolum fustibus caedi iußit, & caesum uiuum excoriari praecepit, tutatusq; est Bartholemeus confeßionem Euangelij magna constantia ad finem uitae usq;.

DE S. NICOLAO Episcopo.

TEstimonia ueri Episcopi extant in historia de sancto Nicolao, ideoq; digna est, quæ propter exemplum tractetur etiam in Ecclesia, ut intelligant homines pij, quod officiũ olim habuerint ueri Episcopi in Ecclesia, et quod hac nostra ætate tantum fere hæreat Episcoporum titulus in illis hominibus, qui nomen Episcopale tantum sibi usurpant, & nulla cura aut cognitione ueri Episcopalis officij tanguntur. Nicolaus qualis fuerit Episcopus ex ipso annorum ordine facile intelligi potest. Vix enim in Episcopatu temporibus Constantini Cæsaris, & in Mirea celebri ciuitate Lyciæ Episcopus fuit. Cæterum ut præclaras uirtutes sancti uiri clarius cognoscamus, ordine singula recensebimus. Natus est Nicolaus in florentißima olim Lyciæ regionis Partara urbe, ex honestis & opulentis parentibus. Puer adultus iam destinatus est à primis annis ad discendas literas, fuit ab ineunte ætate in primis studiosus pietatis. Nam sententias scripturæ sacræ, quas uel in schola uel in publicis contionibus audierat ediscere solebat, atq; in huius rei studio tantopere feruebat puer quod quando reliqui eiusdem ætatis adolescentes dimißi à præceptoribus lusibus operam dabant, ipse se ple-

runq;

runq; ab illis seducebat, & conferebat se in Ecclesiam, ut sacras lectiones audiret. Nam illæ tunc tẽporis publice in Ecclesia tractabantur, quibus postea propter imperitiam hominum cantus horarum Canonicarũ successerunt. Fuit itaq; hæc indoles ingenij, & hoc studium pietatis in Nicolao, quod singulari quodam beneficio Dei contigisse illi non est dubium. Et quia natura ducebatur adfectu quodam ergo religionem certum est non deseruisse eum hoc suum institutum in perdiscenda scriptura sacra, in qua haud dubie constituit ætatem suam consumere. Proinde mortuis parentibus nihil per ambitionem aut insolentiam tentare cœpit. Nam contentus relictis à parentibus opibus, delegit priuatim honeste uiuere, ducta haud dubie in matrimonium uxore honesta pro ratione illorum temporum & pro studio suo erga pietatem. Neq; uero uana quadam persuasione addictus fuit pietati, sed studuit eam re ipsa etiam & bonis operibus in iuuando proximo suo exornare. Vltro enim de suis facultatibus inopia laborantibus subueniebat, et inter hæc officia charitatis illud præcipuum exemplum commemoratur, quod conciui cuidam inopi tres filias iam nubiles habenti, tantum pecuniæ tribuit, quantum satis esse posset ad honeste collocandum puellas in matrimonium. Et hæc sunt uera

bona opera quæ scriptura ex fide tanquam ex arbore fructus dicit prouenire. Iam uero cum iuxta præscriptã regulam Pauli de eligendo Episcopo, haberet Nicolaus eruditionis et pietatis probatum testimonium, accidit quod mortuo Mircæ urbis Episcopo, ipse per occasionem in Episcopum sit designatus, idq; contra ipsius uoluntatem. Nam cum isto tempore nemo facile reperiretur aptus ad hoc officium, et qui suscipere uellet ob grauitatem tanti muneris, præsertim isto tempore, quo non solum persecutionibus, sed uarijs quoq; hæresibus & sectis Ecclesia oppugnabatur, constitutum itaq; erat in Episcopos & Presbyteros alios, ut quicunq; sequenti die primus in Templum ueniret is Episcopus ordinaretur, & cum iam seduli in oratione fuissent Episcopi cum reliquis hominibus pijs tota ea nocte, ut dominus uirum pium in messem suam extruderet, accidit ut Nicolaus ignarus huius conuentionis summo mane ueniret ad templum oraturus cum alijs pro successu Ecclesiæ in eligendo Episcopo, itaq; ipse hac occasione Episcopus statim designatus est. Et quãquã sedulo reluctaretur, agnosceretq; se indignum hoc tanto munere, tamẽ præter suam uoluntatem Episcopatũ suscipere coactus est, & qui ciuis iam erat antea, gubernationem Ecclesiæ suscepit, & hinc est quoq; quod S. Nicolaus

Nicolaus olim uulgo dictus sit ein leyen Bischoff/ non quod fuerit laicus indoctus et homo stupidus, sed qui ex priuato ciue publicus Ecclesiæ super intēdens ac pastor factus sit. Nulla hic fit mētio de cœlibatu sacerdotū ac redimendo pallio, & emenda confirmatione à pontifice Romano. Neq; enim fuit isto tempore tanta autoritas Papæ, quāta nunc est sine iure et autoritate uerbi Dei. Porro postq̄ publicæ gratiæ actæ sunt Deo pro inuento Episcopo, et cura Ecclesiæ gubernandæ cōmissa est, Nicolao ab Episcopis et Presbyteris, summa cura aduigilauit ut iuxta præscriptū Pauli officijs ueri præsulis fungeretur. Nam quod ad potißima officia Episcopi attinet, sedulus fuit in orando, diligenter meditabatur in sacris literis, efficax erat in docendo, alacer in exhortando, & arguebat cū omni præcipiendi studio, ut sana doctrina fidei & bonorum operum conseruaretur. Hic uero si temporum & annorum statum consideres, non dubium est pium uirum grauißima certamina sustinuisse contra inualescentes hæreses Arrij & aliorum, nonnunq̄ etiam se magnis periculis obiecisse propter salutem Ecclesiæ suæ. Quod attinet ad uitæ mores exemplar gregis commißi fuit, uixit enim sobriæ et frugaliter. Omnibus se æquabilē præbuit, et quantum in ipso erat inopia laborantes adiuuit

Memorabile in primis hoc est exemplum quod narratur de Diuo Nicolao, qui, cum esset publica fames in Lycia regione, audiuit forte appulisse in portum naues frumento onustas, audijt ipse nautas rogans ut aliquantum frumenti quisq; ex sua naui uenderet in subsidium populi, quod ille se non posse facere adfirmabat, nam mensuram frumenti acceptam reddendam esse Cæsaris præfecto in alia quadam urbe. Ille nihilominus instabat orans, ut facerent quod ab ipsis peteretur. Ecce, inquit, promitto uobis curaturum Deum, quod nullam frumentorum diminutionem sentiet Imperatoris exactor. Dominus enim qui dixit: Date & dabitur uobis, efficere potest, ut propter hoc beneficium nihil decedat frumento, id quod factum quoq; est. Nam acquiescentes nautæ uerbis & persuasionibus Episcopi Nicolai subuenerunt hominibus fame periclitantibus, & postea compererunt eandem mensuram frumentorum beneficio Dei singulari conseruatam esse, & integram adhuc in redendo ministris Imperatoris. Obseruatu dignißimum hoc est exemplum, & minime contemnendum, quippe quod testatur Christi promißionem ueram esse. Date & dabitur uobis. Vsu enim comperimus, beneficia collata in usum indigentis proximi à Deo cumulatiori mensura reddi. Cæterum grandæuus

dæuus iam Nicolaus Episcopus & ætate & laboribus fessus, ægrotare cœpit, & cum sensit ob corporis nimiam debilitatem iam finem uitæ suæ adesse conuocatos fratres & presbiteros docet ac hortatur, ut à sana doctrina fidei non discedant, ac ipse non multo post tradidit spiritum suum in manus patris. Sunt qui affirmant interfuisse ipsum Niceno Concilio, sed incertum est. Apparet enim grandiori ætate fuisse Nicolaum, & iam sub ipsum tempus Nicenæ Synodi mortuum.

DE S. BLASIO Episcopo.

IN historia de sancto Blasio Episcopo multa sunt portentosißima mendacia, ideoq; cum iudicio ea tantum excerpenda nobis sunt, quæ cum sacris literis, et doctrina Euangelij consentiũt. Primum itaq; cum haberet Blasius inter Christianos magnam pietatis & modestiæ commendationem electus est uno consensu Christianorum in Episcopum in Sebastia Capadociæ ciuitate. Porro suscepto Episcopatu, Euangelium de Christo prædicauit, ac omnem ueterem cultum & religionem deorum reiecit. Proinde propter tyrannidem & persecutionem Diocletiani in Christianos, deserere su-

tum ministerium, & in locum solitarium profugere coactus est. Ceterum repertus tandem à Cæsarianis, adduci non potuit, ut idolis sacrificaret, sed intrepide Christum confessus est, damnans omnem superstitionem & idolatriam gentium. Qua de causa primum coniectus est in carcerem, & cum confeßionem Christiani nominis constanter tueretur, ad supplicia raptus est, & tandem capite truncatus. Quæ asscripta sunt de miraculis, & de petione eius pro laborantibus dolore gutturis, omnino sunt fabulosa & impia, contra primum & secundum præceptum Decalogi, & totam doctrinam de Christo unico seruatore nostro, quam dum uiueret, prædicauit Blasius.

EXEMPLA SELE-ctiora sanctorum patrum & Episcoporum ueteris Ecclesiæ, ex historia Ecclesiastica & Tipartita.

DE SANCTO POLY-carpo discipulo Apostolorum.

Polycarpus

POLycarpus Smyrnensis Ecclesiæ Episcopus fuit, & omnes Episcopos sui temporis in Asiã singulari doctrina & authoritate sua antecelluit. Natura ingenio sedato & moribus placidißimis fuit. In docendo Euangelio ratione & methodo simplicißima usus est. Nam hoc solum conari solebat, ut ab Apostolorum doctrina, & forma sanorum uerborum scripturæ, ne tantillum quidem discederet. Proinde hoc suo exemplo & hac ratione in docendo plurimum profuit Polycarpus, non solum Smyrnensium Ecclesiæ, sed totius Asiæ Ecclesijs, nam hæ secutæ sunt hunc morem Polycarpi in tractandis rebus sacris. Et quia syncere & fideliter docuit Euangelium, ideoq; acerrimos hostes habuit Velentinum & Martium hæreticos, cum quibus grauißima ei sæpe conflictatio fuit pro defensione Euangelij. Et cum uideret eos pertinaciter impios esse, & blasphemos in Christum, neq; spem aliquam esse post tot admonitiones, ut redirent in uiam, summo opere uitare studuit consuetudininem Valentini & aliorum hæreticorum, idque exemplo Ioannis Apostoli, qui cum apud Ephesum balnea lauandi gratia fuisset ingressus, uidisset que ibi Cherintum, discesit continuo non lotus, dicens: Fugiamus hinc, ne & balnea ipsa corruant, in quibus lauat Cherintus,

ueritatis

ueritatis inimicus? Idem prorsus Polycarpum fecisse ferunt, nam cum Marcioni aliquando uenisset obuiam dicenti sibi, Agnosce nos Polycarpe, respondit, Agnosco, sed primogenitum Sathanæ. Etenim tunc Apostoli, atq; eorum discipuli, tanta sollicitudine et studio in religione utebantur, ut ne uerbi quidem communionem cum aliquo eorum qui à ueritate deuiauerant, habere uellent, idq; haud dubie ex præcepto CHRisti & consilio Pauli, qui rectißime docuit, post unam atq; alterã admonitionem hæreticum hominem uitandum esse. Porro non concionando solum, sed scribendo etiam studuit Polycarpus prodesse Ecclesijs, existimans haud dubie utrunq; hoc ad ueri Episcopi munus pertinere. Extat enim epistola Polycarpi ad Philippenses scripta, in qua doctißime et grauiter formam quandam Christianæ doctrinæ & uitæ expreßit. Sed hæc de officio Polycarpi in Episcopatu dixisse satis sit. Quando uero sub Antonio Cæsare de multis Christianis ob profeßionem Euangelij supplicium sumptum est, in Asia, & plurimorum exempla iam testarentur Christianorum gentem magna constantia subire mortem, conclamatum est per publicum tumultum de requirendo Polycarpo, utpote magistro huius nouæ sectæ, & qui suis persuasionibus animaret alios ad constantiam

in fe-

in ferenda morte. Polycarpus itaq; primo quidem cum audiret uulgus in se acclamationibus excitatum, in nullo penitus commotus est, sed mansit impauidus: Et cum in eadem illa ciuitate interritus permanere uellet, acquiescens tamē deprecantibus se familiaribus suis, in agrum quendam ciuitati proximum secedit, atq; ibi cum paucis die noctuq; nihil aliud agit, quam quod in orationibus permanet pro pace Ecclesiarum, quæ ubiq; sunt supplicans Deo. Nam hic mos erat ei ut orationi quam plurimum uacaret. Accidit enim aliquando quod cum publica quædam seditio, et tumultus esset exortus, ipse pro suo more accinxit se orationi, pro pace Reipublicæ, & deinde progressus in conspectum multitudinis facundia sua, quæ in eo singularis erat, tumultum compreßit. Cæterum iam in oratione positus Polycarpus, ante triduum quam comprehenderetur, uisionem uidet per noctem, ceruical capitis sui flammis esse consumptū, cumq; euigilasset post uisum, interpretatus est astantibus fratribus suis somnium suum, dixitq; pro certo se propter Christum per ignem uitæ exitum sortiturum. Imminente igitur quæstione rursus charitate fratrum compulsus commigrauit in alium locum quo non multo post inquisitores eius perueniunt, cum iam declinaret dies. Et ingreßi ipsum quidem

offendunt

offendunt in superioribus quiescentem, quod ubi animaduertit aufugere noluit, dicens uoluntas domini fiat. Quin imo cum comperisset adesse comprehensores suos, in occursum eis progressus, læto admodum uultu ac placido sermone compellare uiros cœpit, ita ut non parum illi mirarentur & stuperent, quid tantum studij fuerit, ut uir illius grauitatis et honestatis in tam longæua ætate et tanta uitæ autoritatæ positus perquiri & comprehendi iussus sit. Sed ille nihil moratus continuo apponi mensam hostibus tanquam hospitibus iubet, atq; eis epulas largius ministrari, idq; duplici de causa, ut exhiberet beneficium etiam hostibus suis, iuxta Christi præceptum, deinde ut unius horæ spacium orationis gratia ab eis impetraret. Orabat enim tanta Dei gratia repletus, ut admirarentur omnes qui aderant, & ipsi qui adcomprehendendum eum uenerant pœnitentia ducerentur, quod tam honestum uirum ac Deo dignum, & ipsa ætate uenerabilem, rapere iuberentur ad pœnam. Postea uero quam finiuit orationem, & instante iam hora progreditur, & asino iam insidens ad ciuitatem ducebatur, cum esset dies magni Sabbathi. Aduenienti ei occurrit præfectus Herodes nomine, & pater eius Niceas, qui leuantes eum secum in uehiculum, persuadere sedulo conabatur dicentes:

Quid

Quid enim mali aut periculi est, dicere Deum Cæsarem, & immolare, & de cætero securum uiuere? Polycarpus uero hæc primo tacitus audiuit, sed ubi persistebant, ait ad eos: Quid opus est multis? non sum facturus quod exigitis. At illi postquam nihil se proficere senserunt, indignatione commoti cum contumelia cū uehiculo deturbant, ita ut pedem læderet præceps actus. Sed dißimulata iniuria illa, alacriter pergebat ad stadium, quo duci fuerat imperatus. Et cum iam peruenisset ad proconsulem, qui ei rei præfectus erat à Cæsare, interrogatur ab eo, an ipse esset Polycarpus? Se esse confitetur. Ergo, inquit, habeto ætatis tuæ reuerentiam, et parcens ultimæ senectuti tuæ, iura fortunam Cæsaris, & dic in Christum conuitia & dimitto te. Respondit ad hæc Polycarpus. Sex & octoginta anni sunt, quibus seruio Christo meo, qui nunquam ulla in re de me mala meritus est, & quomodo obsecro nunc illi maledicere & blasphemare regem meum queam, qui salutem mihi dedit? Cunq; rursum uehementius urgeretur, ut fortunam Cæsaris iuraret: Si hanc, inquit, iactantiam quæris ut ego fortunam Cæsaris iurem, & quis sim ignorare te simulas, cum omni libertate audi à me, quia Christianus sum?

Si uero rationem uis Christianæ religionis accipe re, statue diem & audi. Proconsul dixit. Vides ingenti tumultu conscitatum in te populum esse, idcoq; tu suade huic populo, ut consentiant. Respō dit Polycarpus, tibi quidem respondi. Docemur quidem Principibus et potestatibus ijs, quæ à Deo sunt, honorem deferre, eum scilicet, qui religioni non sit contrarius, populo autem furenti satisfa- cere non est meum. Proconsul dixit. Bestias para- tas habeo quibus obijcieris nisi cito pœnitueris. At ille respondit, adhibeantur, nobis enim immobilis stat sententia. Nec possumus de bono ad malum per pœnitudinem commutari. Melius autem erat si hi mutarētur ad bona qui perseuerant in malis. Tunc proconsul igni te, inquit, faciam consumi, si tibi bestiæ contemnendæ uidentur, nec propositi recipis pœnitudinem. Ad hæc respondens Poly- carpus inquit, Ignem minaris hunc, qui ad momen- tum incenditur, & paulo post extinguitur, qui ignoras futuri iudicij æternum ignem, qui ad per- petuas pœnas impiorum præparatus est. Sed quid moraris? Adhibe utrum uoles, Mihi quidem ne grauiora etiam pro gloria Christi ferre difficile erit. Hæc & multa alia his similia dicens Polycar- pus, confidentia simul & læticia replebatur, ita ut alacritatem uultus eius responsionumq; constan- tiam

tiam proconſul maximo ſtupore admiraretur. Miſſo igitur Curione ad populum, iubet uoce maxima proteſtari, Policarpum conſtanter confeſſũ Chriſtianum ſe eſſe. Tum uero uniuerſa multitudo tam gentium, quam Iudæorum Smyrnenſium ciuitatis cum ingenti furore clamauit, tollendum plane è medio, & igni ſubijciendum eſſe. Nam hic eſt, inquiunt, totius Aſiæ doctor & pater Chriſtianorum, & huius culpa fieri, quod uetus religio & iam olim receptus cultus Deorum collabatur. Extructus eſt itaq; rogus lignis celeriter, uel de balneis uel de alijs publicis quibus locis allatis, præcipue per Iudæos qui ardentius ad hæc, pro more ſuo, feruebant. Tum uero depoſitis ſenior indumentis ac zona reſoluta, calciamenta quoq; pedibus tentabat educere. Vt ergo expedita ſunt quæ ad ignem pertinebant, cum eum uellent rogo impoſitum etiam clauis affigere, ait, ſinite me. Qui enim dedit mihi ignis ſupplicium ferre, dabit ut & ſine clauorum affixione flammas immobiliter perferam. Tum illi omißis clauis, uinculis uſi ſunt ſolis, quibus poſt tergum manibus reuinctis uelut electus aries & ex magno grege aſſumptus, acceptabile holocauſtum omnipotenti Deo oblatus eſt. Aiunt autem hanc fuiſſe ultimam orationem, quam ad Deum habuit, priuſquam ex hac uita exceßit:

Deus dilecti et benedicti filij tui Iesu Christi pater, per quem tui agnitionem suscepimus, Deus Angelorum et uirtutum et uniuersæ creaturæ & totius iustorum generis, qui omnes coram te uiuunt, benedico te, qui me in hanc diem atque in hanc horam perducere dignatus es, ut particeps existerem martyrum & calicis Christi tui in resurrectionem uitæ æternæ, animæ ac spiritus mei, per incorruptionem spiritus sancti, in quo suscipiar hodie in conspectu tuo tanquam pingue sacrificium & acceptabile, quod á multis iam seculis præparasti tibi. Verus es tu et sine mendacio Deus, propterea et in omnibus laudo te, & benedico te, & glorifico te per æternum Deum et Pontificem Iesum Christum dilectum filium tuum, per quem & cum quo tibi cum spiritu sancto gloria nunc & infinita secula seculorum, Amen.

DE COINTHO QVI Parum constans Martyr fuit.

ACcidit eodem tempore, quo passus est ob Euangelij de Christo confeßionem Policarpus Episcopus, quod Cointhus quidam natione Phryx, qui cum multo ante de suis regionibus ad

uenerat

uenerat in Asiam, sua sponte obiecit se paratis supplicijs, in Christianos, Siue enim pietatis quodam zelo, siue humana quadam præsumptione adductus, constituit fortißimo animo pro CHRisti nomine quoduis tormenti genus subire & perpeti. Primum itaq; cœpit bestias, cæteraq; tormenta sponte lacessere, deinde uelut fractis animis cedere, tandem etiam salutem segnitia perdere. Nam absterritus horrendo spectaculo suppliciorum turpiter abnegauit confeßionem Christi, & cultum idolorum imminentis pœnæ formidine approbauit. Testabatur igitur hic euentus cum ad martyrium procacia potius ac temeritate quam constantia et certitudine fidei prosiluisse. Ipse namq; sese iudicijs ingesserat sine neceßitate, & non requisitus à iudicibus. Proinde uictus omnibus exemplum euidens dedit, cautius in rebus talibus & circumspectius agendum esse, quia non temeritas & præsumptio, sed fides & modestia in cruce persistit, & tandem coronatur. Etenim Pauli Apostoli & aliorum sanctorum exempla in scripturis testantur, quod per occasionem sæpe cesserint furori impiorum, et non temere coniecerint se in pericula præter neceßitatem.

DE POTAMIENA VIRGINE.

ORigenes apud Alexandriam diligenter & pie admodum in Catechismo docendo frequentem et famosam scholam habuit. Erat enim illis temporibus hic mos in Ecclesia, ut in bonis literis discendis, et in cognitione pietatis recte institueretur iuuentus. Proinde habuit Origenes inter reliquos suæ scholæ auditores & discipulos nobilem quandam puellam, cui Potamiena nomen erat, ingenio & pietatis studio insignem. Etenim ut de castitate morum & pudicitia nihil dicam, quæ in ea singularis erat, nemini discipulorum siue ingenium siue doctrinam spectes, cessit. Sed quia illis temporibus magna atq; crudelis persecutio erat in Christianos, Aquila tyrannus tum Alexandriæ & summus hostis fidei Christianæ, iussit Potamienam discipulam Origenis in ius uocari. Indigne enim ferebat nobilissimam puellam ad Christianæ religionis professionem desciuisse & Deorum cultum receptum iam longe consuetudine improbare. Itaq; morti eam adiudicauit, iussitq; omni genere contumeliæ atq; crudelitatis affici. Neq; enim satis erat illi unum aliquod supplicium, nam curârat impurus & sceleratissimus princeps, ut essent etiam qui moderatissimæ & castissimæ puellæ pudi-

citiam

citiam attentare conarentur. Sed id tum ne fieret, prohibuit ex carnificibus quidam, cui Basilides nomen erat, nam hic omni ui, ne tanta in ipsum turpitudo committeretur, restitit. Tandem uero cum iam probris, conuitijs & maledictis plurimorum probe exagitata esset, carnifices ad uoluntatem & in gratiam Aquilæ tyranni picem calidam per artus ac membra omnia ipsius diffuderunt, atq; ita in constanti confeßione fidei, alacri uultu & imperterrita expirauit.

DE APPOLLONIA uirgine.

Dionysius Alexandrinus Episcopus, ad Fabianum Antiochenum Episcopum scribit, multos ob Christiani nominis profeßionem passos esse apud Alexandriam temporibus Decij Imperatoris. Etenim præter Imperatoris mandatum de perdendis Christianis, magus quidam & sacerdos idolorum persuasionibus suis ita commouit superstitiosum uulgus Alexandrinum contra Christianos, ut nihil aliud sitiret, quam piorum sanguinem atq; hunc furorem impiæ multitudinis auxit mandatum Imperatoris Decij. Itaq; palam grassati sunt Alexandrini in Christianos, adeo etiam, quod nemini qui profitebatur nomen Christianum tutũ

erat eo tempore persecutionis exire in publicum. Porro inter multos alios, qui crudelißimis supplicijs adfecti sunt propter Christum, corripuerunt homines impij & insani Appolloniam uirginem longæuæ ætatis, & pietatis admirandæ, huic primo omnes dentes effoderunt, deinde congestis lignis extruxerunt rogum, comminantes se eam incensuros nisi cum ipsis pariter impia uerba proferret, & idolorum receptum cultum approbaret. At illa nihil minus se facturam dixit, & simul intrepide ad ignem, quem minabantur, accessit ultro expetens pro gloria Christi mortem subire, ita ut perterrerentur etiam ipsi crudelitatis authores, quod promptior inuenta est ad mortem fœmina quam persecutor ad pœnam.

DE MARINO martyre.

GRauis persecutio extitit in Christianos, temporibus Valeriani Cæsaris. Is enim primum amplexus doctrinam Euangelij, amare & fouere solebat Christianos, sed postea per doctorem quendam impium & magistrum ac principem Aegyptiorum magorum seductus, iußit Christianæ religionis sectatores perdi & interimi. Proinde in his persecutionibus Valeriani apud Cæsaream Palestinæ

lestinæ, multa à diuersis martyria consumata sunt, inter quos uir militaris, et ciuis Ierosolymitanus *fu- it, cui* Marinus *nomen erat, huic in urbe* Cæsarea *inter collegas suos per ordinem gradus sui cum di- gnitas quædam militaris deferretur propter uirtu- tem, inuidia statim subit in ipsius collegam proxi- mum, quod indigne ferebat* Marinum *sibi antefer- ri.* Exclamauit *igitur non posse* Marinum *adipisci superiorem gradum, eo quod* Christianus *esset.* Interrogatur *à iudice* Marinus, *si ita res se habe- ret.* Ille *ita esse, & uere se esse* Christianum *cla- rißima uoce testatur.* Decernit *iudex ut intra tri- um horarum spacium deliberet secum, an uelit im- molare* Dijs *&* Imperatori, *an* Christianus *interi- mi. Cumq; à tribunalibus fuisset egressus,* Theotec- nus Episcopus *loci apprehensa manu eius per- ducit eum ad* Ecclesiam, *ibiq; multis uerbis eum confirmans in fide ad ipsum* Altare *tandem per- ducit, gladiumq; suum, quo erat præcinctus, o- stendens ei, & rursus offerens* Euangelium, *in- terrogat utrum è duobus mallet, an momentane- am illam dignitatem militarem eligere, an pro glo- ria* Christi *mortem oppetere.* Atqui *uero* Marinus *promptißima fide cum manum ad* Euangelium *tetendisset, obtine, inquit* Theotecnus, *quod ele- gisti ò fili, & contemnens presentem uitam*

 æternam

æternam sperato. Confidens perge, & suscipe coronam, quam tibi Dominus præparauit. Reuersus cotinuo ad tribunal, euocatur per præconem. Aderat enim iam destinatum trium horarum tempus. Ille uero nec moras patitur, nec expectat interrogantem, sed continuo sibi & deliberatum asserit, & ex paternis legibus confirmatum, quod Deo obtemperare magis oporteat, quam hominibus. Proinde illico pronunciat iudex illum capite puniendum pro tali responsione.

DE PETRO martyre.

QVanquam Diocletianus Imperator crudelißime insectatus est Christianos, tamen inter ipsos aulicos ministros fuerunt non solum qui amabant doctrinam Euangelij, sed qui in eius cognitione optime & pie instituti erant, atq; ex illorum numrro Dorotheus erat, qui præerat cubiculo Imperatoris. Sodales hic habuit Petrum & Gorgonium in officio. Porro cum iam ageret Diocletianus apud Nicomediam, ibiq; sæuißimo edicto publicato cōtra Christianos crudelißima quæque supplicia intentaret omnibus Christianam fidē profitentibus, cœpit Petrus palam improbare impietatem & tyrannidem Cæsaris, cuius iussu statim edu-

tim eductus est in medium, eiq; mandatum est au-toritate & nomine Imperatoriæ maiestatis, ut Dijs immolaret et doctrinam de Christo contemne-ret. Quod cum facere recusat Petrus minister Cæ-saris, ilico imperatur appendi & flagris toto cor-pore laniari, uidelicet ut doloris uehementia ada-ctus faceret, ad quod uerbis & mandato Cæsaris adduci se ultro non sustinebat. At ille cum maneret in sententia animi sui immobilis, uisceribus iam pelle nudatis iubetur aceto ac sale perfundi. Cumq; etiam hoc tormenti genus constanter & fortiter tolerasset craticula prunis substrata poni iube-tur in medio, ibiq; quod reliquum fuerat in uerbe-ribus absumpti corporis superponi, & non ad su-bitum, sed sensim paulatimq; succendi, quo scilicet pœna diutius differretur, cumq; ministri scelerum hinc modo corpus, modo inde uersantes per mem-bra singula pœnas inciperent, & supplicia reno-uarent, sperantes ab eo elicere se posse consensum ille firmius in fide & plane ouans in spe consum-ptis iam & igne resolutis carnibus suis, ultimum spiritum in fide lætus exhalat. Tali Petrus aulicus & minister familiaris Diocletiani Cæsaris mar-tyrio decoratus uere Petri Apostoli extitit & fi-dei hæres, & nominis. Porro Dorotheus & Gor-gonius cum Petrum in communi fide, et officio si-

 mul

mul socium suum tam crudelibus atq; immanibus & barbaris supplicijs cruciari uiderent, constanter & libere adeunt Cæsarem: Cur punis, inquiunt, Imperator in Petro fidem & mentis sententiam, quæ in nobis omnibus eadem est? Vt quid in illo crimen ducitur quod nos omnes ex æquo profitemur? Hæc enim fides nobis, hic cultus, & eadem sententia est. Imperator nihil hac libertate suorum familiarium in confitendo Christo commotus, iußit illos quoq; in medium uenire, ac similibus pene supplicijs adfectos, tandem laqueo appensos necari demandauit.

DE PHILEA EPISCOpo in Aegypto.

EOdem hoc tempore Diocletiani Cæsaris, quanta crudelitate sæuitum sit in Christianos apud Thebaida & in Aegypti partibus, id omnem narrationem & fidem superat. Testatur enim Eusebius se in Aegypto suis oculis inspexisse, quod sedenti pro tribunalibus sæuißimo præsidi offerrentur innumeri fidelium populi, quos ille singulos per ordinem confessos se Christianos esse, capite plecti iubebat. Videbam inquit Eusebius, fessos residere carnifices, uires resumere, animos reparare, mutare gladios, diem quoq; ipsum

non

non sufficere ad pœnam. Nullus tamen ex omnibus ne paruulus quidem infans deterreri potuit à morte. Sed hoc singuli pauescebant, ne forte, dum properum sol uertens diem clauderet, separatus à consortio martyrum remaneret. Sic confidentia fidei constanter & cum læticia mortem præsentem uelut æternæ uitæ principia rapiebant. Deniq; dum priores quiq; iugularentur, reliqui non desidiæ aut corpori animos indulgebant, sed psallentes & hymnos Deo canentes locum quisq; sui martyrij expectabat, ut hæc agentes in DEI laudibus extremos etiam spiritus exhalarent. Neq; uero mirum fuit hanc tantam turbam Christianorum tali constantia mortem oppetijsse pro gloria Christi. Nam Episcopum & doctorem talem habebant in Euangelio, qui doctrina & uitæ exemplis ipsos in omnibus præibat. Erat autem illi nomen Phileas, & fuit Episcopus urbis illius, quæ appellatur Thimuis. Quod ad pietatem attinet, summus erat in cognitione Christi. Quod ad personæ & generis commendationem, nobilis ciuis Romanus erat, & qui primis in Romana Republica honoribus fuerat functus. Eruditione quoq; liberalium literarum, & omnibus quæ ad animi uirtutem pertinent exercitijs, apprime instructus. Theologiæ studio quod præcipuum est, & ante-

ponendum

ponendum omnibus, ita se addixerat, ut omnes qui præcesserãt, longe anteiret. Cumq; plurimos propinquos & consanguineos nobiles uiros in eadem urbe haberet, frequenter ad præsidem ducebatur, ut eius monitis acquiesceret, & tot tantisq; propinquis exorantibus respectũ haberet uxoris et liberorũ suorum, neq; ita pertinaciter incepta præsumptione persisteret, Ille uero instar rupis immobilis, quæ undiq; fluctibus alliditur, constans garrientium dicta respuere, animum ad cœlum tendere, Deum in oculis habere, parentes & propinquos sanctos Martyres et Apostolos ducere. Aderat tum forte uir quidam, qui præerat turmæ Romanorum, Philomorus nomine. Qui cum uideret Phileam Episcopum lachrymis propinquorum & præsidis calliditate fatigari, nec tamen flecti aut infringi posse, exclamabat. Quid inaniter & superflue constantiam uiri tentatis? Quid eum qui fidem Deo seruat, infidelem uultis efficere? Quid eum cogitis negare Deum, ut hominibus acquiescat? Non uidetis quod aures eius uerba uestra non audiunt, quod oculi eius lachrymas uestras non uident? Quomodo potest terenis lachrymis flecti, cuius oculi cœlestem gloriam aspiciunt & contuentur? Post hæc dicta cunctorum ira in Philoromum uersa, unam candemq; eum cum Philea subire

sententiam

ſententiam poſcunt. Quibus libenter annuens Iudex, utrumq; plecti capite iubet.

DE DOROTHEA VIRgine Alexandrina.

QVando Maxentius Romæ tyrannidem exercuit eodem temporis in orientis atq; Aegypti partibus Maximinus Cæſar ſimili per omnia crudelitate et ueſania tyrannidem gerebat, ita ut alter alterum, utpote in tyrannide ſocius, etiam in ſceleribus uideretur imitari. Maximus etiam in hoc præire & uincere uidebatur Maxencium ſocium ſceleris, quod publicos & maximos honores magiſtris impijs, peruerſis doctoribus & malarum artium peritis decernebat, ideoq; grauior perſecutor fuit Chriſtianorum, quam imperatores ſuperiores. Neq; enim uel pietatis uel ciuilis modeſtiæ ullam rationem habuit. Vitiabat enim honeſtas matronas & puellas ſine ullo delectu paſſim in omnibus urbibus & oppidis. At qui uero cum, duobus his grauiſsimis dominis, libidine & crudelitate, præceps ageretur, accidit forte quod eſſet apud Alexandriam Dorothea uirgo ſatis nobili familia orta, ingentibus diuicijs & nobilitate propinquorum clara. Formæ uero et decoris gloria tanta in ea fuit, ut mirum et ſpetiale quoddam

Dei figmentum in ea crederetur. Sed illa quæ animi pietate et uitæ modestia pulchrior, quam multo corporis esse studeret, æquißimo mentis iudicio quod pulchrum & decorum inter homines uidebatur, id potius Deo consecrare, quam usui humano statuit indulgere, ut uirgo Deo consecrata perſisteret, & per totam uitam suam studio pietatis uacaret. Neq; uero tum temporis stultißima illa ratio Monasticorum uotorum fuit recepta, sed qui hoc DEI donum habebant, sua sponte cœlibes manebant sine ullius uoti acceßione, ut eo commodius incumbere possent studijs sacrarum literarum, & seruire Ecclesiæ in suo officio.

Ceterum Maximinus Tyrannus, qui omnia diuina atq; humana, libidine simul & crudelitate fœdabat, cognito solius formæ, non etiam ingenij ac propositi bono, ad contemerandam uirginem ac polluendam eius castitatem animum intendit. Sed ubi comperit quod Christiana esset, quæ secundum sua edicta pœnæ magis quam libidini subijcienda uideretur, in ambiguo positus æstuare cœpit et in quam se partē uerteret ignorabat. Sed ubi dubios animos libido, quæ ei latius dominabatur, obtinuit, et expectantē uirginem pro Christi confeßione ad supplicia rapi, per occultos nūcios de stupro interpellauit. Illa æque nephas sibi esse respondit,

templum

templum corporis sui idolorum cultu & libidinis contagione polluere. Proinde se quidem ad mortem paratam esse, à crudeli uero tyranno non decere blandum aliquid aut molle proferri, nec esse dignum resolui erga se truces animos quos quotidie undatim Christianorum profusus cruor duraret. Ad quæ responsa cum ille libidine accensus acrius incalesceret, & nisi uerbis acquieuisset, ui agere constituit. Proinde Dorothea uirgo omnibus facultatibus suis, domo & familia derelictis noctu clam cum paucis fidißimis famulis, & cum amicißima sibi comite castitate discedit, atq; illusum tyrannum uanum amentemq; dereliquit. Memorabile profecto hoc est exemplum Dorotheæ uirginis, quod nos non solum cognoscere & amare conuenit, sed imitari etiam, si exigat occasio. Testatur enim habuisse olim Christianos magnam rationem honestæ uitæ, ne doctrinam Euangelij & spiritualem libertatem conscientiarum carnali aliqua licentia, & fœdis cupiditatibus contaminarent.

DE LVCIANO ANTIOcheno presbytero.

Lucia-

LVcianus Antiochenus presbyter, ex Maximini Cæsaris præcepto adductus est ad tribunal iudicis. Vir erat pietate insignis, eruditione, et continentia ac honestate morum præcipuus; et qui propter præclaras uirtutes suas omnibus admirationi erat. Cum itaq; adductus esset ad iudicem. Cur, inquit, ad eum præses, uir prudens & diserte sequeris illam sectam, cuius non potes rationem reddere? Aut si aliqua ratio uestræ doctrinæ est, eam audientibus nobis in medium profer. Tum ille data sibi facultate dicendi huiuscemodi orationem de fide nostra habuisse dicitur. In occulto non est, quod nos Christiani quem colimus, Deus unus est per Christum nobis annuciatus, & per spiritum sanctum cordibus nostris inspiratus. Non enim sicut uos putatis, humanæ alicuius persuasionis errore constringimur, nec in discussu (ut alij) parentũ traditione decipimur. Autor nobis de Deo Deus est. Neq; enim posset sublimis illa maiestas sensibus humanæ mentis illabi, nisi uel spiritus sui uirtute delata, uel uerbi ac sapientiæ suæ interpretationibus indicata. Fateor, errauimus etiam nos aliquando, & simulachra, quæ ipsi finximus, Deos cœli ac terræ putabamus autores, sed arguebat eos fragilis substantiæ suæ à nobis præstita consecratio. In quibus tantum uenerationis inerat, quantum decoris

decoris manus contulisset artificum. Verum omnipotens Deus quem non nostris manibus fictum, sed cuius nos decebat esse figmentum, errores miseratus humanos sapientiam suam misit in hunc mundum carne uestitam, quæ nos doceret Deum qui cœlum fecisset et terram, non manu factis, sed in æternis atq; inuisibilibus requirendum. Vitæ etiam leges et disciplinæ præcepta constituit, seruare parsimoniam, paupertate gaudere, mansuetudinem colere, studere pati, puritatem cordis amplecti, patientiam custodire. Quin etiam omnia hæc quæ nunc aduersum nos geritis uentura nobis esse prædixit, educendos nos ad reges, & ante tribunalia iudicum statuendos, ac uelut uictimam iugulandos. Inde est deniq; quod & ipse qui immortalis erat, utpote uerbum & sapientia Dei, morti se præbuit, quo nobis in corpore positus, patientiæ præberet exemplum. Sed nec nos sua morte decepit, quibus post tertium diem resurrexit. Etenim innocens immaculatus & purus ad hoc solum mortem suscepit, ut eam uinceret resurgendo. Quæ autem dico non sunt in obscuro gesta loco, neq; testibus indigent. Pars pene mundi iam maior huic ueritati adstipulatur, urbes integræ, aut si in his aliquid suspectum uidetur, contestatur etiam de his agrestis manus ignara figmenti. Si minus adhuc

creditur, adhibebo uobis etiam loci ipsius in quo res gesta est testimonium. Astipulatur his ipse in Hierosolymis locus, & Golgathana rupes sub patibuli onere disrupta. Antrum quoq; illud, quod auulsis inferni ianuis corpus denuo reddidit animatum, quo purius inde ferretur ad cœlum.

Aut si adhuc minus digna uobis hæc uidentur, quæ in terris substantiam gerunt, accipite etiam è cœlo adstipulatorem fidelem, Solem etiam ipsum horum produco testem, qui eum hic fieri per impios uideret in terris, lumen suum meridie abscondit in cœlo. Requirite in annalibus uestris, inuenietis temporibus Pilati, Christo patiente, fugato sole interruptum tenebris diem. Quod si terræ, si cœlo, si sanguini eorum, à quibus ueritatem per tormenta perquiritis, fidem non accommodatis, quomodo meis uerbis allegationibusq; credetis? Et cum pene iam auditoribus his uerbis suadere cœpisset, arripi iubetur in carcerem, ibiq; quasi absq; tumultu populi necari.

DE PAPHNVTIO Episcopo.

Paphnutius

PAphnutius Episcopus ex Aegypti partibus fuit, adeoq; ex illis unus, quos Maximianus Cæsar dexteris oculis effoßis & sinistro poplite succiso per metalla damnauerat propter fidei confeßionem. Erat autem uir non solum pietatē, sed etiam multis alijs præclaris dotibus exornatus. Et præter reliquas uirtutes tantam in eo uim pietatis fuisse testantur historiæ, ut per orationem non modo curaret ægrotantes, sed etiam Dæmones fugaret & abigeret ab ijs, qui erant obseßi. Porrò Cōstantinus Imperator tantá ueneratione et amoris adfectu ipsum prosequebatur, ut sæpius ipsum intra palatium suum euocatum complecteretur, et illum oculum, qui ob fidei confeßionem ei euulsus fuerat, auidioribus osculis demulceret. In Nicena Synodo cum de hæresi Arriana ageretur, trecenti & octodecim Episcopi fuerunt congregati à Constantino Imperatore, inter quos & Paphnutius fuit. Cæterum cum Synodus iam corrigere uellet abusus quosdam in Ecclesia, & certas leges quasdam statuere, quas Canones appellamus. In quorum tractatione cum quibusdam necessarium esse uideretur constituere hanc legem, ut Episcopi & presbyteri, diaconi & subdiaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent, & ne postea permitteretur

clericis uxores ducere propter commodam quan-dam publica Ecclesiæ. Et cum multorum grauissimorum Episcoporum autoritate et consensu hæc sententia confirmata propemodum esset, solus Paphnutius restitit, et surgens in medio palam contradixit, honorabiles, inquit, nuptias esse, & castitatem dicendam concubitum cum propria coniuge, suasitq; Concilio ne talem ponerent legem de abdicandis uxoribus contra uerbum Dei. Quos Deus coniunxit, homo non separet. Etenim grauissimam causam esse asserebat, quæ aut clericis, aut ipsorum coniugibus, occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius, licet nuptiarum esset inexpertus, exposuit, Synodusq; laudauit sententiam eius, & nihil ex hac parte sanciuit, sed hoc in uoluntate uniuscuiusq; non in necessitate dimisit. Solus itaq; Paphnutius obtinuit ut coniugati clerici uxores suas retinerent, & in hac re, quam Christus liberam esse reliquit, nulla necessitatis lex statueretur.

DE ATHANASIO Episcopo.

ATHanasij exemplum dignum est, quod ab omnibus pijs cognoscatur, præsertim hoc tempore, quo tyranni & homines impij quosuis potius

potius ferunt & magnis sumptibus fouent quam ueræ pietatis doctores, qui recte tradunt uerbum Dei, & in omnibus rebus publicæ tranquillitati consulunt. Talis autem extitit Episcopus Athanasius illis temporibus, quando per Arianos Ecclesia misere dißipabatur, sub impijs principibus, post mortem Constantini Imperatoris. Athanasius iam inde à puero in omni genere bonarum artium & pietatis studio institutus erat. Ingenio ad discendum alacri, et ad iudicandum de grauibus quibusq; rebus acutißimo fuit, ideoq; assumptus est, in Ecclesiam ab Alexandro Alexandrino Episcopo, qui propter præclaram indolem & insignes uirtutes quas in eo animaduertebat, singulari amore & beneuolentia eum complectebatur. Et cum Nicena Synodus indicta esset à Constantino Cæsare, cum Alexandro Episcopo sene & sanctißimo uiro unà Nicæam profectus est, nam eius Diaconus tum erat. Quando uero fuit uir acris ingenij, & in Ecclesiasticis negocijs apprime uigilans, acute admodum & diserte Arianorum dolos ac fallacias detegebat, magnaq; constantia tutatus est articulum fidei nostræ de æternitate & diuinitate Christi. Proinde apud Alexandriam defuncto Episcopo Alexandro, suscepit curam regendæ Ecclesiæ Alexandrinæ. Sed quia satis innotuerat Arianis in

 concilio

concilio Niceno, quid poßit ingenio & eruditi-
one sua Athanasius contra hæreses, ideoq; statim
ut eum Episcopum factum cognouerant, existi-
mantes, id quod res indicabat, sua negocia per il-
lius solicitudinem non facile processura, omnibus
modis quærere aduersus eum machinas deceptio-
nũ parabant, Porro mortuo constantino Cæsare,
Constantinus orientale regnũ administrabat, Con-
stantino iuniore fratre nõ longe ab Aquileia apud
Alsam fluuium interfecto, Constans utriusq; fra-
ter occidentem obtinebat. Accidit itaq; quod Con-
stantium Cæsarem in suam sententiam pertra-
hunt Ariani, per prauos sacerdotes, sed uerentur
interim, ne forte adeundi regis copia quandoq;
fieret Athanasio, & per eum de ueritate fidei,
quam ipsi peruertebant, secundum scripturas
edoceretur, omnibus modis incumbunt, ut ipsum
apud principem traducant & infament ueluti
omnium scelerum ac flagiciorum autorem, usq;
adeo etiam, quod tandem humani corporis bra-
chium loculo delatum Imperatori ostendunt, quod
ab Athanasio excisum magicæ artis gratia de Ar-
senij cuiusdam corpore confirmabant. Neq; hoc
solum flagicium, sed alia innumera scelera confin-
gebant, ut pium & sanctißimum uirum Impera-
tori inuisum redderent. Quibus ex causis commo-
tus Con-

tus Constantius Imperator, iubet Synodum cogi apud Tyrum, in eaq; per Episcopus Athanasium publice condemnari. Sed quid fit? deducitur eò Athanasius, loculus cum humano brachio circumfertur. Inuidia simul & horror omnium animos inuadit. nemo enim non detestatur hoc tantum facinus in Athanasio. Porro Arsenius ille, cuius brachium dicebatur excisum, lector aliquando Athanasij fuerat, & ob culpam correptionem ueritus, frequentiæ sese subtraxerat. Eius uero latebras oportunas sibi ad huiusmodi commentum flagitiosi homines rati, in initio compositi criminis occultatum eum apud quendam, quem fidißimum suis sceleribus crediderant, retinebant. Cæterum peruenit interim ad Arsenium in latebris positum, quid suo nomine criminis intentaretur Athanasio. Et siue eum ipsa humanitatis contemplatio, siue diuina perpulit prouidentia, clam noctu euadens claustris, enauigauit Tyrum. Et pridie quam causæ dicendæ ultimus dies esset, Athanasio sese Arsenius obtulit, utq; se rerum series haberet, edocuit, ille domi manere hominem, nec internoscere cuiquã de eius præsentia iubet. Interea concilium cogitur, in quod aliqui concinnatæ columniæ conscij, omnes pene infenso animo aduersus Athanasium præiudicatoq; conueniunt, per idem tempus Paph-

nutius Episcopus aderat Athanasij innocentiæ conscius. Is cum uidisset Maximum Hierosolymorum Episcopum, qui unà secum effosso oculo & poplite succiso, confessor extiterat, uerùm pro sua nimia simplicitate & candore nihil de scelere sacerdotum suspicantem, consedisse cum cæteris, quos factionis macula sociauerat, medium confessum adire non est ueritus, te inquit, Maxime cum quo mihi idem & unum confeßionis insigne est, cum quo mihi pariter mortale lumen effossum clariorem diuini luminis conciliauit aspectum, te inquam, non patiar in concilio malignantium et cum iniqua gerentibus introire, iniectaq; manu eleuans eum de medio eorum ac desingulis instruens, perpetua de hinc Athanasio communione & amicitia sociauit. Sed ne hoc quidem testimonium sanctißimi confessoris Paphnutij sectarios Arianos commouit. Nam causa interim nihilo minus dicitur, tanta est impudentia hominum impiorum.

Primum adfertur accusatio mulieris cuiusdam, quam subornârant subdoli & impij homines, ut diceret se aliquando hospicio Athanasium suscepisse, & ab eo noctu nihil suspicantem uim corruptionis esse perpessam. Introduci ad hæc iubetur Athanasius, ingreditur cum Timotheo presbytero suo, eumq; monet, ut postea quam mulier dicendi finem fecisset, se tacente ad ea quæ dixerat, responderet.

responderet. Sciebat enim Athanasius se ne uisum quidem esse mulieri, nedum hospitio susceptum. Proinde cum mulier ea quæ edocta fuerat, perorasset, Timotheus conuersus ad eam, uere, inquit, mulier ego mansi apud te aliquando, aut uim tibi, ut asseris, feci? Tunc illa (ut est mulierum talium procacitas) obiurgans Timotheum, Tu ipse es, inquit, qui mihi uim fecisti, tu in illo loco commaculasti castitatem meam. Simul & conuersa ad iudices obtestari fidem Dei cœpit, uera se dicere. Tum omnes pudore suffusi sunt, quod tam facile tacente Athanasio factio compositi criminis patuisset. Hinc transitur ad aliud crimen, profertur facinus seculis inauditum, Hoc est, inquiunt, ubi nemo possit uerborum præstigijs decipi, res oculis agitur, uerbis cessantibus. Brachium hoc te, aiunt, Athanasi accusat excisum. Hæc est Arsenij dextera, quam tu quomodo, uel ad quos usus excideris, indicato. Tum ille. Quis enim, inquit, uestrum Arsenium nouerat, ut hanc ipsius dexteram cognoscatis? Exurrexerunt aliqui, qui dicerent optime se nouisse Arsenium, inter quos nonnulli erant ignari huius compositæ fallaciæ. Orat dehinc à iudicibus Athanasius, ut hominem suum, quem in negocium deposceret, iubeant intromitti. Cumq; introductus esset Arsenius, eleuato eius uultu

Athanasius Concilio & iudicibus ait. Hic est Arsenius. Et Eleuans simul eius dexteram. Haec est, inquit, etiam dextera eius, haec est & sinistra. Haec autem, quam ipsi offerunt, manus unde sit, uos requirite. Tunc uelut nos quaedam & tenebrae accusatorum oculis infusa, quid agerent, quo se uerterent, nesciebant. Verum quia non iudicandi sed opprimendi hominis causa concilium gerebatur, fragor omnium repente attollitur, magum esse Athanasium & decipere intuentium oculos conclamatur, nec debere ullo modo ultra hominem tam nefarium uiuere, factoq; impetu suis manibus prae furore discerpsissent, nisi Archelaus, qui cum caeteris ex mandato Imperatoris cōcilio praesidebat, liberasset eum, & eduxisset per occultos exitus, ac fugere iußisset. Congregati Episcopi ad Concilium rursus conueniunt sequenti die, & tanquam nihil deprehensum fuisset, ut confessum de intentatis criminibus Athanasium condemnant. Et gesta in hunc modum facta per orbem terrae mittentes ad sceleris sui consensum Imperatore cogente, caeteros Episcopos perpulerunt.

Hinc iam toto orbe profugus agitur Athanasius, nec ullus ei tutus ad latendum supererat locus. Tribuni, praepositi, Comites, exercitus quoque ad inuestigandum eum mouentur edictis imperialibus

perialibus, præmia delatoribus proponuntur, si quis uiuum maxime, si id minus, caput certe Athanasij detulisset. Sed totis regni uiribus frustra aduersus eum, cui Deus aderat certabatur. Nam sex continuis annis ita latuisse fertur in cisterna seu cella subterranea, ut nũquam in publicum prodiret. Et cum per ancillam, quæ sola conscia officiorum domini sui erat, qui Athanasio latebras præbuerat, indicatus fuisset, tanquam Dei spiritus admonitus ipsa eadem nocte qua ad eum comprehendendum cum iudicibus ueniebatur, post annos migrauit ad alium locum, atq; ita illi qui uenerant frustrati, dominisq; in fugam uersis, de ancilla ut falsa indice pœnas sumunt. Verum ne graues alicui latebræ suæ fierent & occasio calumniæ in innocentes quæreretur, nihil sibi iam ultra tutum in Constantij regno præsumens ad Constantis partes profugus discessit. A quo sic satis honorifice, pieq; susceptus est, quiq; causa eius quam fama compererat, diligentius cognita, scribit ad fratrem suum Constantium pro certo se comperisse quod sacerdos Dei summi Athanasius iniuste & præter omnem culpam fugas & exilia pateretur, itaque se monere, ut uirum pium pristino suo loco restituat. Quod si nollet, curæ sibi futurum, ut ipse id adimpleret & simul intima regni eius penetraret dis

ret dignißimas pœnas de aduersarijs & falsis accusatoribus Athanasij sumpturus. Venit igitur Athanasius Antihochiam, nam ibi tum erat Constantius Cæsar, qui perterritus fratris Constantis literis, simulata benignitate uenire ad se iubet Athanasium, & ad Ecclesiam suam securum redire permittit, sed hac lege, ut unam Ecclesiam permittat Arianis, qui cum ipso nollent communicare. Id quidem, respondit Athanasius, facile tibi concendo Imperator, sed hac item lege, ut nobis & nostris concedatur hic & in alijs locis quoq; habere unam Ecclesiam, qui cum uestris nolunt communicare. Id uero cum audierunt Ariani Episcopi, quorum consilio utebatur Cæsar, neq; se uelle accipere Ecclesiam Alexandriæ neq; Antiochiæ dare uelle respondent. Itaq; admiratus Imperator prudenciam Athanasij properare eũ ocius ad suscipiendam suam Ecclesiam iubet. Sed cum Maxentij scelere Imper ator Constans, cuius iussu et autoritate restitutus erat Athanasius, regno simul & uita fuisset exemptus, rusum in Athanasium ueteres illi hostes exasperare Cõstantij Cæsaris animum & accendere eius iram contra eum cœperunt, fugatoq; de Ecclesia Athanasio in locum eius Georgium quendam perfidiæ & immanitatis suæ socium sufficiunt. Rursum igitur fuga,

rursum

rurſum latebræ, & edicta Cæſaris aduerſus Athanaſium in omnibus locis ponuntur, in quibus & præmia delatoribus promittebantur. Ad hoc etiam *cum ob uindictam necis fraternæ, regnumq́ʒ recuperandum ad occidentis partes ueniſſet Conſtantius Cæſar, & extincto tyranno iam ſolus regno potiretur, cogere ſtatuit omnes occidentales Epiſcopos ad comprobationem ſectæ Arianæ, & Athanaſium palam condemnauit. Sciebat enim eum uelut aheneum murum et ualidißimum obicem eſſe ad reſiſtendum doctrinæ Arianorum, ideoq́ʒ & omnes Epiſcopi, qui in Italia improbabant Athanaſij proſcriptionem in exilium relegati ſunt, fuitq́ʒ eo tempore & in oriente & occidente admodum miſerabilis Eccleſiæ facies.*

Porro Conſtantino Imperatore non multo poſt *defuncto uita, Iulianus Cæſar ſucceßit. Is primo ueluti arguens perperam geſta Conſtantij Imperatoris, Epiſcopos iubet de exilijs relaxari & ad ſuas Eccleſias redire, atq́ʒ hac occaſione Athanaſius Alexandriam ad ſuam Eccleſiam reuerſus eſt, eamq́ʒ denuo repurgauit ab impijs opinionibus Arianorum. Cæterum Iulianus poſtquam ad orientem Perſas bello pulſaturus aduenit, palam cœpit prodere impietatem animi ſui, quam callide antea dißimulauerat. Publice enim teſtabatur ſe idolorũ*

cultu

cultu, & gentilibus superstitionibus addictum & astu magis quam aperta ui Christianos auellere conabatur à Christo ad gentium impietates. Et hunc *illius animum accendebant etiam doctores & magistri impij, qui asserebant nihil suis artibus successurum, nisi prius Athanasium uelut omnium horum, quæ moliebantur in reparando impio cultu deorum & alijs superstitionibus renouandis, sustulisset.* Iterum *igitur mittitur exercitus ad perdendum Athanasium, iterum palam oppugnatur Ecclesia. Cumq; populum Christianorum circa se lachrimantem & tristem stare uideret, cum ex præcepto Iuliani Cæsaris pararet se ad fugam, sic consolatus est eũ inquiens.* Nolite ô *filij conturbari sed habetote fiduciam, quia nubecula tantum est, quæ cito pertransit.* Iam *uero cum in discessu naui per Nilum fluuiũ iter ageret, comes qui ad hoc ipsum missus fuerat, cognitio eius itinere, instanter eum insequi cœpit.* Et *cum forte applicuisse Athanasij nauicula ad quendam locum, comperit à prætereuntibus post tergum esse percussorem suum, et iam iamq; nisi prospiceret sibi imminere. Conterriti qui simul aderant socij, eremum suadebant ad fugæ præsidium petendam.* Tum *ille, nolite, inquit, ô filioli deterreri, eamus magis in occursum percussori nostro, ut sciat, quia longe maior est, qui nos defendit.*

fendit, quam qui persequitur. Et conuersa nauicula iter obuiam ei, qui se insectabatur, aggressus est. Ille uero qui nullo modo suspicari potuisset in occursum sibi ultro uenire, quem quæreret, tanquam prætereuntes aliquos interrogari iubet, ubi audissent esse Athanasium. Cumq; respondissent uidisse se eum non longe euntem, tota celeritate pertransiens properat in uanum, festinans capere quem ante oculos positũ uidere non potuit. Ille uero Dei uirtute monitus Alexandriam redit, ibiq; tuto latebras usq; quo persecutio cessaret, exegit. Etenim post Iuliani necem & imperio & Ecclesiæ per Iouinianum, qui ei successit in regno, pax & tranquillitas restituta est. Erat enim princeps pietatis commendatione insignis, Episcopus à Constantino & Iuliano proscriptos reuocauit, iußit etiam Ecclesijs decimas persolui in usum prædicatorum, Athanasium autem præcipue complectebatur, nam officioßißimis & honorificis literis eum requirebat, & ab ipso certam quandam formam fidei & Ecclesiarum disponendarum rationem suscepit. Sed hæc tam pia & læta principia mors immatura corrupit. Præfuit enim imperio Iouinianus, non amplius mensibus septem, & febri correptus obijt apud Ciliciam.

Post Iouiniani mortem Valentinianus imperium

rium suscepit. Is in consortium regni assumpsit fratrem Valentem, et sibi quidem occiduas partes delegit, fratri uero orientales reliquit, qui quia Arianæ hæreseos sectator fuit, persecutus est synceros prædicatores Euangelij, multáq; nefanda & crudelia in Ecclesiam Dei molitus est, sed hæc omnia tum maxime incepit, postquam Athanasius mortuus est, nam illo superstite uelut diuina quadam uirtute prohibitus cum debacharetur in cæteros, in illum nihil ausus est triste committere. Igitur ea tempestate cum iam quadraginta et sex annos in Episcopatu administrasset Ecclesiam Athanasius ægrotare cœpit, et post tam multos agones, tot cruces & discrimina, ex hac uita sublatus est, & sciscitatus de successore, cui tuto & rectissime committi posit cura Ecclesiæ Alexandrinæ, Petrum calamitatum & periculorum suorum socium & uirum apprime eruditum in uerbo DEI delegit.

DE AMBROSIO Episcopo.

IN Italia quoq; multas Ecclesias contaminauerat Ariana hæresis, ita ut grauissima passim dissidia exorirentur ex diuersitate opinionum in causa

causa religionis, cum in aliis multis urbibus, tum uero apud Mediolanum. Accidit enim temporibus Valentiniani Cæsaris, ut defuncto Auxentio hæreticorum Episcopo utriusq; partis populi in urbe Mediolano diuersis studiis ferrentur, adeo quod dissensio grauis & periculosa seditio certum exitium urbe parare uidebatur, præsertim si utraq; pars cum diuersum optaret, sui uoti compos non efficeretur. Sed quid fit? Ambrosius tunc consularis eiusdem prouinciæ fasces gerebat. Is cum perniciem ciuitati uideret impendere, pro loco atq; officio suo confestim Ecclesiam seditionem populi mitigaturus ingreditur. Cumq; ibi multa secundum leges & publicam disciplinam pro quiete & tranquillitate perorasset, pugnantis inter se et diffidentis populi subito clamor & uox una consurgit, Ambrosium Episcopatum postulantes. Neq; enim alter unum populum fore, atq; unam fidem, nisi ambrosius sibi Episcopus daretur. Obluctante illo & plurimum resistente, ad imperatorem relatum populi desiderium, omni maturitate iubetur impleri. Itaq; inuitus & præter suam uoluntatem Episcopus factus Ecclesiæ gubernationem apud Mediolanum suscepit, & magna constantia opposuit se Arianis pro tuenda gloria ueri Euangelij Christi. Porro mortuo Valentiniano Cæsare regi-

na uxor eius Iustina Mediolanum profecta est, ibiq; in tranquillitate aetatem suam consumere instituerat: Erat haec addicta haeresi Arianae, quam quia dum uiueret maritus, callide suppresserat, nunc libere impietatis suae uenena aperire & effundere palam coepit. Conturbauit itaq; Ecclesiarũ tranquillum statum apud Mediolanũ, comminabaturq; sacerdotibus proscriptiones et exilia, nisi Ariminensis concilij decreta, quibus patrum fides confirmata fuerat, reuocarent, atq; in hoc nouo bello Ecclesiae murum, et turrim ualidißimam pulsabat Ambrosium, eumq; minis et terroribus atq; omni genere oppugnationis fatigabat, existimãs, id quod res erat, profligato Ambrosio Episcopo, se facile perducturum sua authoritate Ecclesias in sententiam Arianorum. Atqui uero aduersus hunc furorem reginae Ambrosius non defensabat se manu, aut telo, sed ieiunijs, continuatisq; uigilijs sub altari positus per obsecrationes defensorem sibi atq; Ecclesiae Deum parabat. Et non multo post accidit, quod maximi cuiusdam principis tyrannide aduersus ipsam & Caesarem inualescente, in exilium cum filio Valentiniano profugere coacta sit. Itaq; completum est in impia regina, quod in Psalmis comminatur Propheta omnibus impijs, quod in foueam, quam alijs parant, ipsi corruent.

Illud quoq; in primis memorabile factum est Ambrosij Episcopi, quod Theodosium Imperatorem propter iniustam cædem perpetratam excommunicauit, & ab ingressu templi prohibuit. Etenim cum apud Thessalonicam seditione exorta, quidam ex militaribus uir impetu furentis populi fuisset extinctus, repentini nuntij atrocitate succensus Thæodosius Cæsar ad ludos Circenses inuitari populum, eiq; ex improuiso circumfundi milites, atq; obtruncari paßim, ut quisq; occurrisset, gladio iubet, & uindictam dari non crimini, sed furori. Ferunt enim septem hominum milia in ea clade periisse nullo iudicio præcedente. Audiens Ambrosius tam miserabilem cladem ab Imperatore perpetratam, cum iam uenisset Mediolanum Theodosius, & solenniter in templum intrare uoluisset, occurrit foris ad ianuas & ingredientem his sermonibus obiurgauit & ab ingressu Ecclesiæ prohibuit, nescis inquit, Imperator perpetratæ à te cædis quanta sit magnitudo? neq; post sedatum impetum tanti tui furoris mens tua præsumptionis molem agnoscit, sed forte recognitionem peccati, & pœnitentiam prohibet imperij maiestas? Coæqualium hominum princeps es ô Imperator, & conseruorum. unus enim esse omnium dominus, Rex omnium & creator. Quibus ergo oculis

aspicies communis Domini templum? Quomodo manus extendes ad orandum, quae impurae sunt, et de quibus adhuc destillat sanguis iniustus? Quomodo huiusmodi manibus suscipies sanctum Domini corpus? qua temeritate ore tuo poculum sanguinis preciosi percipies? Recede igitur, recede, nec altero peccato priora crimina augere contendas, suscipe uinculum, quo te omnium Dominus nunc ligat, est enim medicina maxima sanitatis. Ad hunc modum obiurgatus ab Ambrosio Theodosius Imperator, agnouit delictum suum, culpamq; cum lachrymis professus, publicam pœnitentiam in conspectu totius Ecclesiæ exegit, & in hoc sibi tempus ascriptum absq; regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus istud quoq; mirabiliter adiecit, legi sanxit in posterum, ut scientiæ principum super animaduersione prolatæ, in diem tricesimum ab executoribus differentur, quo locus misericordiæ, uel si res tulisset, pœnitentiæ non periret.

DE SPIRIDIONE Episcopo Cyprio.

SEcundum Paphnutium & paucos alios Episcopos, Spiridion maxima in æstimatione est, habitus illis tēporibus. Erat enim Thremitunteis Cypriorum

priorũ Episcopus qui ob insignem pietatẽ, quæ in eo erat, et uitæ sanctimoniã, gratus erat omnibus, Ipse interim ut magnis & præclaris uirtutibus excellebat, ita minime de sese arroganter sensit. Quod ad uitæ genus attinet, priusquam Episcopus factus est, agriculturam exercuit, & pastorem ouium egit, uxorem & liberos habent, sed non propterea in studio et cognitione pietatis Christianæ minor, & propter hanc opinionem eruditionis, & testimonium probatæ uitæ designatus est Episcopus in Cypro. Neq; enim frustra præcepit Paulus, Episcopum non esse eligendum aliquem, nisi qui antea recte didicerit suæ domui et familiæ præesse. Porro præterquam quod syncere prædicauit Euangelium Spiridion, omnibus etiam alijs officijs boni Episcopi excelluit. Nam hospitalitatem coluit, & beneficus admodum fuit in iuuandis pauperibus. Mos enim erat Spiridioni ex fructibus, quos ex agris suis percipiebat quotannis partem quidan pauperibus largiri, partem autem gratis mutuari uolentibus. Erat autem tam promptus in erogando, quod neq; per se dabat, neq; per se recipiebat, sed solum cubiculum ac locum demonstrabat, inuitans petentes ut quantum opus haberent, tollerent, & denuo restituerent, quantum se scirent abstulisse. Accidit itaq; quod quidam dum mutuum percepisset, reuersus est non

multo post, quod tulerat rediturus. Quem dum secundum consuetudinem iußisset reponere in cubiculo, quod fuerat inde mutatus, ad iniustitiam ille conuersus, & credens latere Spiridionem, non reddidit, quod debebat, sed auferens secum debitum quasi reddidisset, absceßit. Sed quid fit, reuersus idem ille post certum tempus, petijt à Spiridione frumenti aliquid mutuo. At ille misit eum ad horreum, data potestate, ut ipse sibi metiretur, quantum opus haberet. Ille granarium uacuum reperit, & ilico reuersus ad Spiridionem dixit, se deludi, nam nihil se frumenti inuenire in horreo. Cui Spiridion. Mirum est, inquit, ô homo quod loqueris. Quomodo tibi solum uisum est horreum frumento uacuum esse, cum nos omnes sciamus & uideamus abundare necessarijs? Sentiens itaque Spiridion hominem dolo malo & furto usum esse, dixit. Considera potius apud temetipsum, ne forte quod mutuatus iam antea eras, bona fide non reddideris. Si enim huius doli tibi conscius non es, haud dubie non priuaberis, quibus eges, sed rursum accedens inuenies. Sic igitur ille palam conuictus, quod deliquerat, indicauit Spiridioni, & ueniam petijt. Memorabile in primis hoc est exemplum, quod testatur DEO curæ esse res piorum hominum, & rursus non fortunari ac benedici

nedici iniuste partas opes impiorum. Illud quoq; pertinet ad commendationem sanctißimi Episcopi Spiridionis, quod in Euangelij doctrina non solum singula simplicißime & accuratißime explicabat, sed usq; adeo studiosus fuit, ut religio illi esset magna, uel tantillum ab usitatis & communibus scripturæ uocibus discedere, sequutus haud dubie Pauli præceptum, qui docet formam sanorum uerborum tenendam esse. Maximas enim & graues dissensiones sæpe peperit in Ecclesia studium nouarum uocum. Dicitur itaq; quodam tempore pro publica utilitate Ecclesiarum conuenisse in unum Cyprios Episcopos, & inter eos fuisse hunc Spiridionem & Triphyllum Ledrensem Episcopum uirum eloquentia & sapientia clarum. Cum itaq; conueniret populus ad audiendam concionem sacram, iniunctum est Triphyllo, ut exponeret locũ aliquem scripturæ ad ædificationem Ecclesiæ, cumq; ille locus uenisset in medium: Tolle lectum tuum, & ambula, cubile dixit pro lecto, mutans nomen. Id uero indigne ferens Spiridion, & exiliens de Cathedra sacerdotali, Tu ne melior es, inquit, eo qui lectum dixit, quia eius uerbis uti te pudet? Fecit hoc Spiridion conspiciente populo, ut hominem eloquentiæ persuasione tumentem humiliaret, et simul admoneret, minime tutũ esse à sanis &

receptis scripturæ uocabulis discedere. Fecit autem hoc palam Spiridion pro sua autoritate, ut incuteret homini ambitioso pudorem. Nam ob uitæ singularem sanctimonium uenerabilis erat, & senex simul ætatis annis, & sacerdotis officio.

Cæterum qualis circa peregrinorum susceptiones fuerit hinc apparet. Instante iam quadragesima, quidam ex itinere uenit ad eum, quibus diebus consueuerat cum suis continuare ieiunia & die certo commedere. Videns itaq; peregrinum ualde lassum & defatigatum, perge, inquit, ad suam filiam, laua peregrini pedes, & cibos appone. Cumq; puella dixisset nihil cibi reconditum esse, propter ieiunium, iußit ut porcinas carnes, quas domi salitas habebat, coqueret. Quibus coctis, sedens cum peregino positis carnibus uescebatur, & rogabat peregrinum, ut una secum ederet, quo refutante, Christianunq; se profitente, propterea magis, inquit, refutare non debes, Ego quoq; Christianus sum. Omnia enim sunt munda mundis, sicut sermo diuinus edocuit. Testatur hoc exemplum fuisse Spiridionem uirum minime superstitiosum, sed pium & prudentem, qui uerum usum Christianæ libertatis non ignorauit.

De sene

DE SENE QVODAM confessore, qui simplici confessione fidei uicit Philosophum argute disputantem.

QVantam uim habebat fidei simplicitas, uel ex hoc exemplo deprehendi potest. Etenim cum ex iussu religiosi Imperatoris Constantini ex omnibus populis & urbibus Episcopi & sacerdotes Dei coissent Nicæam ad refellendam Arianam hæresim, fama hac commoti Philosophi quoq; & Dialectici ualde nobiles & diserti conuenerunt, Inter quos quidam insignis in arte Dialectica per dies singulos conflictus summi certaminis cum Episcopis nostris, uiris ad æque in Dialectica non improbabiliter eruditis, mouebat, & fiebat ingens spectaculum, conuenientibus ad audiendum prudentibus & literatis uiris. Nec tamen ullo genere Philosophus concludi à quoquam poterat aut constringi. Tanta enim dicendi arte obiectis quæstionibus occurrebat, ut ubi maxime putaretur adstrictus uelut anguis lubricus elaberetur. Sed ut ostenderet Deus, quia non in se sermonē regnum Dei, sed in uirtute consistit, quidam ex confessoribus, qui aderant in Niceno Concilio simplicißimi ingenij uir & nihil aliud sciens nisi Iesum Christum, et hunc crucifixum, cum uidisset

Philosophum insultantem nostris sacerdotibus, & callida se disputationis arte iactantem, poscit ab omnibus potestatem sibi dari paucis cũ Philosopho colloquendi. Tum uero nostri quibus imperitia uiri boni perspecta erat, expauescebant, & ueluti pudore quodam suffundebantur. Metuebant enim ne forte apud homines callidos & disertos risui exponeretur sancta simplicitas. Perstitit tamen senex, inquit, Iesu Christi philosophe audi quæ uera sunt. Deus unus est qui fecit cœlum & terram, quiq; homini, quem de limo terræ formauerat, spiritum dedit. Vniuersa quæ uidentur, & quæ non uidentur uirtute uerbi creauit, & spiritus sui sanctificatione firmauit. Hoc uerbum ac sapientia, quem nos filium dicimus, humanos miseratus errores ex uirgine nascitur, & per paßionem mortis à perpetua nos morte liberauit, ac resurrectione sua æternam nobis contulit uitam, quem & expectamus iudicem omnium, quæ gerimus, esse uenturum. Hæc ita se habere sine perscrutatione humanæ rationis credimus. Proinde noli tu inaniter laborare, quærens destruere ea, quæ fide percipimus. Noli inuestigare modum, quo fieri hæc, aut non fieri potuerint. Si enim credis consulenti mihi, ad ista responde, surge & sequere me ad Domi-

nicum

nicum & huius fidei signaculum suscipe. Philosophus uero conuersus ad discipulos suos & ad alios qui aderant, Audite, inquit, ò eruditi uiri. Donec uerbis mecum res gesta est, uerba uerbis opposui, & quæ dicebantur, dicendi arte subuerti. Vbi uero pro uerbis uirtus processit ex ore dicentis, non potuerunt resistere uerba uirtuti, nec homo aduersari potuit Deo. Est itaq; hoc modo philosophus Christianus effectus, & magno gaudio gratulatus est se tandem simplici confeßione Christianæ fidei à sene conuictum esse.

DE PAEDAGOGO quodam, Iuliano, & Libanio Sophista.

ANtiochiæ uir quidam optimus & Christianæ religionis in primis studiosus pædagogus adolescentium habitabat, eratq; in eadem urbe nobilis ille Sophista Libanius, homo quidem secundum mundum eruditus & prudens, sed impius & supramodum in Christum redemptorem nostrum blasphemus, idq; in gratiam Iuliani Cæsaris, qui acerrimus hostis et persecutor fuit Christianorum. Is iam aduersus Persas in bellum profectus

erat.

erat, eiusq; secundum reditum, & fœlicem uictoriam expectauit Libanius, habens præ oculis minas eius aduersus Christianos. Interrogauit igitur Pædagogum contumeliose irridens eum propter susceptam religionem Christianam. Quid putas, inquit, nunc fabri filius Christus Deus uester agit? At ille quod paulo post contigit repletus gratia diuina prædixit, Respondit enim, O Sophista quiescas paululum. Creator omnium quem tu fabri filium nominasti iam Iuliano loculum concinnat, in quo mortuus portabitur. Neq; uero hoc suo præsagio de morte Iuliani falsus est pædagogus. Accidit enim ut paucos post dies sagitta uulneratus Iulianus periret. Aiunt autem quod cum fuisset uulneratus, mox manum sanguine suo compleuerit, et in aërem proiecerit dicens, Galilæe uicisti, sic enim per contumeliam uocabat Christum. Memorabile in primis hoc est exemplum, quod impudentes blasphemias in Christum & contemptum sui manifestum tandem suo tempore grauiter ulciscatur Deus. Nam ferunt & Sophistam Libanium non multo post fœdissime quoque perijsse.

De constan

DE CONSTANTIA mulieris cuiusdam in Edessa ciuitate Mesopotamiæ.

VAlens Imperator Arianæ hæreseos acerrimus adsertor fuit, ideoq; & religionis Christianæ infensißimus erat hostis, & multa ad nephanda mala paßim intulit orthodoxis. Venit in Edessam Mesopotamiæ urbem, & cum cognosceret, Christianos Basilicam ibi habere, ad quam quotidie magno numero confluerent audiendi uerbum Dei & orandi causa. Et quia uidebat Arianos nimis in precio esse in ea ciuitate, & foueri Christianos contra mandatum suum, fertur præ nimia animi commotione manu percußisse præfectum urbis quod inde orthodoxos omnes non expulisset. Cumq; præfectus iniuriam passus inuitus indignationi principis ministrare contenderet. (non enim uolebat tot hominibus cædem inferre) latenter mandauit, ut dum præsens in urbe esset princeps, nullus in illa Basilica remaneret. Sed nemo respexit consilium præfecti, neq; metuit terrorem præsentis principis. Nam omnes altero die ad locum orationis pariter confluebant. Porro cum præfectus urbis cum multa militium manu ad Basilicam festinaret, ut Imperatoris perficeret

iußionem

iußionem quædam muliercula in paupertate de-gens suum filium manu trahens, cursuq; ad Basilicam properans, præfecti officium interrupit. Indignatus uero præfectus, mulierem sibi iußit adduci, dixitq; ad eam. O infœlix mulier, quo sic indecenter curris? At illa, Quo alij, inquit, ire festinant. Tunc ille, Non audisti quod præfectus illic occisurus est uniuersos, quoscunq; inuenerit? Et mulier, audiui, inquit, ideoq; festino, ut & ego illic inueniar inter eos. Et quo hunc paruulum trahis infantem? Tunc mulier ait, Vt & iste martyrium suscipere mereatur. Hoc ubi audisset præfectus, considerauit concurrentium animum. Et mox recurrens ad principem, suggeßit ei, quod omnes essent mortem pro sua fide subire parati, sed iniquum sibi uideri, breui tempore tantam multitudinem occidere. Quo dicto ab ira auocauit Imperatorem, atq; hac occasione Edesseni furorem Imperatoris effugiunt.

FINIS.

INDEX HVIVS OPERIS

A.

Baptizati

B.

C.

D.

E.

F.

non

T.

V.

FINIS INDICIS.

IMPRESSVM VVItebergæ per Vitum Creutzer.

ANNO 1562

